32

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 M
5

Digitized by Google

R
IV
24

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE ATRAMENTIS CVIVSCVNQVE GENERIS.


OPVS

Sanè nouum hactenus à nemine promulgatum in ſex Deſcriptiones digeſtum.

120

AVCTORE
PETRO MARIA CANEPARIO CREMENSI
Medico, & Philoſopho, Venetijs Medicinam profitenti.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, MDCXIX.

Apud Euangeliſtam Deuchinum.

J. Constantij Plebani Cogni usus, 1747.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO

& clementiſſimo Principi

D. D. ANTONIO PRIOLO

DEI GRATIA DVCI VENET. &c.

DVABVS de cauſis, equidem præcipuis, onus ſuſcepi libentius tam ſublime ac ſumme neceſſarium opus ſcribere: Vna autem fuit vt detraherem Sory abuſum, & in analogum integrumq; ſtatum reſtituiſſem Chalcitim, pro recta ac vera compoſitione Theriacæ, quod ſummum fore vtile deprehendi humanæ ſaluti abolere huiuſcemodi lapſum, hucuſq; imprudenter admiſſum, per multos enim annos præpoſtere finxerunt præſcriptam compoſitionem, vt ſemiſopita eius virtus oſtendit cum ſatis non reſpondeat ipſa veterum Theriacæ, hoc erat antiquitus celebre medicamentum penes Romanos Imperatores cæteroſq; Principes; Altera fuit cauſa vt fideliſſimi obſequij quo multis iam annis Celſitudini Veſtræ addictus teſtimoniū exhibeam Sereniſſime Princeps pręter ſuam erga me beneuolentiam maiorem quā ipſe viderer promeritus nouerim, quamobrem Serenitati Veſtrę mei ingenij laboriſq; monumentum conſecro,

Digitized by Google

vt cum Cicerone 8. Philipp. proferam, O Dij immortales, quam magnum eſt, perſonam in Republica tueri Principis, merito equidem ei dedicandum duxi, cum præ cęteris Principibus Romanisq; Imperatoribus neminem nouerim laude digniorem Serenitate Veſtra, quę alijs eminet Munificentia, Humanitate, Prudentia, ac generoſitate quibus perlucet Serenitas Veſtra Clementia Cæli ac larga liberaliq; ſyderum benignitate, nedum Dei optimi profuſa indulgentia, quamobrem Principem ac Patriæ Patrem & Ducem Deus Maximus Serenitatem veſtram conſtituit, omnium Principum ſummum noſtri ſeculi ſingulare Decus, quod Illuſtriſſimis meritis obtinuiſſe nemini eſt ignotum, vt argumento ſunt ampliſſima geſta ſua ſumma induſtria, ac candore acta cum fælicitate, ac laudes ſerenitatis Veſtræ, quę vbique decantantur, vt in eis recenſendis non minus eſſet laboris, quam ſi quis vellet Sydera Cæli, aut fluctus maris, aut eius arenam enumerare, idcirco Principes externi exemplum capiant a Ser. Veſtra operæ pretium cenſeo: meritò itaque Deum Maximum in Trinitate vnum ſupplico, vt Serenitatem Veſtram cum Ser. Republica in maius ſemper & melius augere ac tueri dignetur & in ſummiſſi animi mei teſtimonium hanc meā lucubrationem cum ei me, omniaq; mea debeam, offerre volui, vt debui: hunc itaque fętum meum fronte ſerena ſuſcipere minime diffido Inuittiſſime Princeps, fæliciſſime Valeas in Neſtoreos vſque annos. Datum ex muſeo meo Venetijs.

Serenitatis Veſtræ

Deditiſſimus ac humillimus ſeruus

Petrus Maria Canepariuſ.

Digitized by Google

IPSE AVCTOR
BENEVOLO LECTORI S.

EX monimentis Illuſtrium Virorum perpetuis conſpicuum eſt, Medicinam calamitatibus, & iacturis oppreſſam ac fere uſu raptam fuiſſe varijs temporum decurſibus: & ſi in primis ſæculis, poſt Adam extiterint grauiſſimi ac prope diuini Medici prout Apollo medicinæ inuentor exiſtimatus, Chiron Centaurus, Aeſculapius, de quo ſcripſit Ariſtotiles libro de ſecreto ſecretorum ad Alexandrum magnum meminit atque Hermogenem quem aſſeruerunt aliqui ſuiſſe Enoch, et alio nomine Hermetem, eum Græci multum commendarunt triplicem in Philoſophia, omni ſapientia ſecreta et cæleſti preditum; quamobrem Mercurium Trimegiſtũ appellarunt: præterea fuerunt Podalyrus & Machaon, ambo filij ipſius Aeſculapij, Melampus Argyuus, & alij innumeri: nemo tamen eorum Medicinam in lucem ſcriptis erexerat, ita vt ad nos tuta integraque peruenire potuiſſet: niſi Hippocrates Cous diuinus ille ſenex ab Inferis ſere eam reuocaſſet ipſe enim medicinæ fundamenta iecit: huic cum primis temporibus inſtar fœtus recens concepti eßet medicina in duo tantum lineamenta ita confuſa,

vt rudes adumbraciunculæ membrorum conſpicerentur, ſucceſſit Galenus qui ſumma induſtria pluribus conſcriptis voluminibus illuſtrauit eam, ac methodo diſtinctiorem egit: non defuerunt alij ſuperiorum aſſeclæ, viri equidem egregij tum Græci, tum Arabes, atque Latini, qui diu accerrimo ingenio ſe exercentes in re medica excoluerunt eam, veterumque, breuitati ſupplerunt quinimo eorum exemplo excitati noua (ad hominum utilitatem) condiderunt ſuperioribus incognita ſic igitur tum inuenienda uniuerſa Apollinea diſciplina, tum etiam ſtabilienda, cum & amplificanda multum elaborarunt, vt ipſa locupletaretur humanæ gentis beneficio: pauciores tamen comperti ſunt, qui tantum negotium perficere potuerint, quin poſteris comparandæ laudis aliquam occaſionem reliquerint, his tamen gratia debemus quod multorum excitarint ingenia, Vetuſtiorum enim opera & inuentis adiuti certius & uerius aliquid explicare potuerunt, atque nouas ſibi formulas mitiorum medicaminum inuenire & condere quorum vſum retinuit poſterior ætas, neglectis Veterum remedijs, & ſi aliqua eorum adhuc in uſum habita ſint optatis non reſpondent, nam inerte compoſita ſunt medicamenta, idcirco non ſalutaria euadunt, prout apud ueteres erant, imo innoxia commutantur quod euenit, nam ſimplicium medicamentorum cognitio medicis perijt, qui multis ambiguis tenentur hinc quoque multis ignotis abutuntur, queinadmodum Galenus ipſe animaduertit in multis medicamentorum compoſitionibus, vti Theriacæ, præ cæteris, in theriacæ enim compoſitione fruſtra, & iactura abutuntur atramento ſory vice chalcitis: ſic etiam de alijs accidit medi-

camentis

camentis compoſitis, quæ vbi careant ingredientibus bonis, viribus atque deſtituta ſunt curandi morbos, qui in contrarium affectum potius transferuntur ab huiuſcemodi medicamentorum vſu, quapropter reijciantur ea penitus ab vſu medicinæ, aut optima conſtituantur, æquum eſt: ſed neque erubeſcendum eſt, diſcere quæ bona, aut quæ placida ſint, neque validiora opus è memoria decedere: vt adminiſtrari poſſint quæ magis opportuna videntur, hoc itaque modo poterit nuncupari medicina diues: ſic demum poterint ex his medicamentis eligi, quæ lenientia, aut quæ ſoluentia, aut valida, aut mitia modo nouiter reperta, aut veterũ ſint medicamenta, cum & ipſi veteres vtriuſque generis vſi ſint medicamentis, prout magis, & minus exigebat occaſio: Omnes enim vno calopodio calceari non poſſunt, quamuis plerique labantur in hoc: Verum diuerſificari æque oportet ea, iuxta rationem morbi, naturam, & vires corporis curandi: Hæc autem non recte ſuccedent abſque veteris medicinæ cognitione, præſertim ſimplicium medicamentorum vt recte Galenus aſſeruit libro quarto de compoſitione medicamentorum per genera, & libro ſexto de compoſitione pharmacorum ſecundum locos, capite primo: his igitur animaduerſis, vt operæpretium eſſe cenſeo, erigetur medicina à tenebris, quibus eſt vetuſtate collapſa, & à priſtino decore, noſtro ſeculo, deſciuit; cui pro mea virili, ac his quibus poſſum rationibus opem ferendam duxi, omiſſa omni iactantia, & inani oſtentatione, vt potius cæteros excitandi ſtudio ratus ea ratione, quæ vnuſquiſque natus eſt aliquid vtilitatis allaturus, veluti à Cicerone primo Officiorum lib. edocti ſumus, vbi ait, non ſolum nobis nati ſumus: tan-

tum ergo laboris, nauitatis atque induſtriæ collocaui in diſquirenda veritate, vt nil amplius deſiderari poſſit, vt Philiatris prodeſſem: errores noui, eosque adnotaui & digito ferè commoſtraui quorundam Neotericorum; qui non modo à priſcis degenerarunt, verum inter ſe quoque diſcenſerunt, ſuorum axiomatum obliti. Hi non virtutis amore, ſed gloriæ ambitione impulſi, quod vulgo plaudere ſolet, ſcripta erroribus inficiata ac mendis plena ediderunt, non reſpicientes quid deceat, aut vtile ſit, ſed vt ſcriptores habeantur; huiuſcemodi vero homines aſſimilantur Pamphilo, cuius meminit Galenus libro ſexto, & ſeptimo de ſimplicium medic. facult. necnon Phormioni Philoſopho de quo ſcripſit Cicero ſecundo de Oratore vnde quum & ego mecum ipſe reuoluerim prædictorum monumenta nullo modo cum antiquioribus conferre poſſe, & quod magis refert, pernitioſum eorum morem in alios dimanare, maximo poſterum detrimento: Conſcius mihi fui, ſummum fore præſidium & fructuoſum in operibus medicis aduerſus eos inſerere quæ deſunt, ambigua, & obſcura illuſtrare, falſaq; à veris ſeligere: vtinam alij virtutis amore his operam nauent, atque alios excitent qui ſummum his faſtigium imponant: memini tamen Virgiliani carminis, octaua Egloga non omnia poſſumus omnes: verum pro meis viribus Atramentorum ſaltem cuiuſcunque generis hiſtoriam explicare in animum induxi meum: & in ea nonnulla à nemine Iuniorum, quod ſciam, antea comperta diligenti tractatione animaduerſa, priſcis perſpectis adieci; hijs adhibui tractatulum de multiplici modo eliciendi oleum à Vitriolo, more Spagirico, & alterum de lapide Pyrite tanquam atramentorum,

licet

licet & metallorum ſtirpe, vt magis pateat eorum generatio: quamobrem neceſſario à Pyrite, ceu prædictorum radice exordiar, vt ordine procedamus, prout docuit Nicolaus de Cuſa lib. de venatione Sapientiæ cap. 39. primum in ordine vocatur aliorum principium, quæ ipſum ſequuntur, & ita ex his venari licet ordo prioritatis & poſteritatis: præterea in hanc comparationem conferre videtur prouerbium exempli gratia, adductum a Galeno libro ſecundo de differentijs pulſum cap. 9. nam ſcitum eſt Arceſilai dictum: nemo Vellus portat ad Fullonem ordo eſt enim vt lanificij, ſic inſtitutionis diſcipli narum: nec genera quiſquam prius docetur quam ſyllabas omnes didicerit, nec ſyllabas ipſas prius, quam vocis cuncta ele menta ſed omniũ aliud primum eſt, aliud ſecundum, aliud ter tium in omnibus artibus: horum nimirum vt naturam indaga rem, hunc ſuſcepi laborem vt inde cunctis veritatem aperirem, nãad eam velim omnes animum referre, & nullam inſulſis opi nionibus fidem adhibere, vt tandem vetus reuiuiſcat medicina, eniteſcat & veterem candorem reaſſumat: hac etiam cupiditate accenſus ſi qua poſſim ratione conatus ſum alijs prodeſſe: neque profecto motus ſum, hæc conſcribere vt quenquam offenderem, prout quidam faciunt andabatarum more, aliorum ſcripta cenſendo odio, aut furore quod nunquam excogitaui, neque vllo contentioſe rem agere velim a quo ſtudio ſemper animus meus abhorruit: impium enim videtur alios acriter inſectari, conditione potius ferarum quam hominum, quamuis veritatem minus aſſequuti fuerint: ſed modeſte quo melius potero, veritatem oſtendam: nam ſcio quod procliue eſt errare, & paucis datum eſt omnia percurrere: quamobrem

neque

Digitized by Google

neque ego ægreſeram, neque mentem proſequendæ iniuriæ habebo, ſi aliquis in hoc libro, quid minus elegans annotaret eum autem exhortor vt æquo animo legat ſcripta mea ac perſæpe relegat ea; alliciente veritatis ſtudio priuſquam de re parum nota ſententiam ferat: hoc enim opus iucundius & fructuoſius erit eis, qui honeſti erunt & pectus bonarum artium munierint quibus mente percepero placuiſſe opus hoc ad maiora me accingar, quæ ſtudioſis vtilitatem præſtare poſſint: Verumtamen ab his ſuperbos velim abiectos eſſe fruimini itaque humiles, & Valete.

Digitized by Google

ALL'ILLVSTRE
& Eccell.mo Signore
PIETRO MARIA CANEPARIO
Dott. Medico Fiſico.

MENTRE *d'altra dottrina fai te ſteſſo*
Con dolce vago non più vdito ſtile
Chiaro (gran CANEPARI*) ogni gentile*
Spirto del Mondo hai di tua luce impreſſo.
La've al remoto Clima, & al d'appreſſo
Mille Oricalchi intuonan, che ſimile
Famoſo grido al tuo, da Battro à Thile
Altrui non ſia giamai dal Ciel conceſſo.
Che di fauilla, anzi di Flegetonte
Sembra l'oſcuro, e tenebroſo lume
De Filoſofi antichi, e de' moderni
A par del tuo, ch'al carro di Fetonte
Salito, (& oltre) con felici piume
Splende immortal cinto d'honori eterni.

Antonio Venzato.

Digitized by Google

PETRO MARIAE CANEPARIO CREMENSI MEDICO PHILOSOPHO, atque ameniſſimæ doctrinæ Viro.

ATTILII PARISII D. EPIG.

SEMINA *doctrinæ ſpargens Caneparius arte*
Cum ſolus valeat ferre ſalutis opem
Reſtituit nobis extinctæ munera vitæ
Dum regit arbitrio corpora cuncta ſuo
Nunc rerum facies vt ſunt, velamine dempto
Atque arcana patent abditiora viris,
O Decus eximium Patriæ, pars maxima Cremæ
Iuppiter æternam det tibi lætitiam:

Eiuſdem Diſt.

LAudibus Italiæ laudes Caneparius addit
Dum Medicos Arabes Italus ecce docet.

Ad eundem perilluſtrem Excellentiſſimum, atque Doctiſſimum virum.

CEdite vos Arabes, vos Græci, voſq; Latini
En vobis librum, quo nihil egregius
Hac volucri penna ſcandit Caneparius aſtra
Et canitur toto nomen in Orbe ſuum.

Franciſcus Rodiſeus Medicus Fiſicus.

Au-

Digitized by Google

Authores in Opere citati.

AEtius.
Albertus Magnus.
Albuchaſis.
Alexander Aphrodiſæus.
Alexis Pedemontanus.
Alexander Trallianus.
Alexander Traianus Petronius.
Ambrobus Paræus.
Amonius in Porphirium.
Amatus Luſitanus.
Andreas Mathiolus.
Andreas Libauius.
Andreas Ciſalpinus.
Andreas Bellunenſis.
Andromacus.
Antonius Muſa Braſauolus.
Antonius è Scarperia.
Alphidius.
Antonius Fumanellus.
Antonius Guainerius.
Antonius ab Abbatia.
Appollonius.
Ariſtoteles.
Arnaldus de Villa Noua.
Archimedes.
Archygenes.
Aſclepiades.
Athenæus Cilix.
Auerroes.
Auicennas.
Auguſtinus Niphus Sueſſanus.

BAldus de Legibus.
Bartholomæus Maranta.
Bartholomæus Montagnana.
Bartholomæus Maggius.
Bellonius.
Benedictus Victorius Fauentinus.
Bernardus Gordonius.
Bernardus Tomilanus.
Bernardus Treuerenſis Comis.
Beriſotus Gallus.
Bernardus Penoſus.

CAto.
Camillus Leonardus Piſaurẽſis.
Carolus Cluſius.
Caſtor Durantes.
Cicero.
Conradus Geſnerus.
Cornelius Celſus.
Columella.
Conſtantinus Imperator.
Conciliator.
Crito.

DAmonicus.
Damocrates.
Democritus Abderita.
Dialogus Demogorgonis.
Diuus Thomas doct. Ang.
Diodorus Euchions.
Dioſcorides.
D. Garzia ab horto Luſitanus.

EMpedocles.
Eraſiſtratus.
Euonimus Philiatrus.
Euclides.
Euſebius.

FRanciſcus Frezimelica.
Fr. Iacob. Philippus in ſupplemento Cronicarum.
Franciſcus Calciolarius.
Franciſcus Picus Mirandulanus dictus Italica phænix.
Frater Vincentius in ſuo Speculo.
Filippus Vlſtadius in Cælo philoſophorum.

GEber Arrabus.
Georgius Agricola.

Gabriel

Gabriel Fallopplus.
Gabriel Fraſcatus.
Galenus.
Georgius Melichius.
Gentilis Fulignas.
Gerardus Dornæus.
Gulielmus Placentinus.

HErmes Trimegiſtus.
Hypocrates Cous.
Hieronymus Cardanus.
Horatius Poeta.
Heraclides.
Heras.
Hieronymus Caleſtanus.
Hieronymus Mercurialis.
Hermolaus Barbarus.
Homerus.
Hieronymus Fracaſtorius.
Heſiodus Poeta.
Hieronymus Rubeus.
Heraclitus.
Horatius Angenius.

IAcobus Parmenſis.
Ianus Cornarius in Hiſp.
Iacobus Siluius in Meſu.
Ioan. Antonius Cortuſus.
Ioan. Baptiſta Montanus.
Ioan. Baptiſta Zapata.
Ioan. Fernelius.
Ioan. de Vigo.
Ioan. Antonius Lodeto.
Ioan. Baptiſta Birellus.
Ioan. de Rupeſciſſa.
Ioan. Aculanus.
Ioan. Baptiſta Porta.
Ioan. Meſues.
Ioan. Aurelius Augurellus.
Ioan. Braceſcus.
Ioan. Chriſippus Funianus.
Ioſeph. Quercetanus.
Ioan. Iacobus Vvecher.
Ioan Ruellius.

Ioan. Manardus.
Ioſeph Hebreorum ſcriptor.
Iulius Firmicus.
Iuuenalis.
Iſocrates Rethor.

LVcretius Poeta.
Leonarth. Fuſchius.
Leninus Lemnius.
Licus.
Lucanus.
Leonardus Berthapallia.

MArtialis.
Martinus Rulandus.
Mundinus.
Michael Sauonarola.
Mitrydates.
Mathæus Syluaticus in Pandectis.
Marcellus Virgilius.
Marcus Oddus, è Collegio Patauino
Marſilius Ficinus.
Magiſter artis Onorius Peladelphus.

NIcolaus de Cuſa Cardinalis.
Noſtradamus.
Nicolaus.
Nicolaus Maſſa.

OSualdus Crollius.
Oribaſius.
Ouidius.

PLato.
Plinius.
Petrus Bonus in Margherita præto.
Paulus Ægineta.
Parmenides Philoſophus.
Pauſanias.
Peratus.
Palingenius.
Petrus Burgus.
Plautus Poeta Comicus.
Polidorus Virgilius.

Petrus

Digitized by Google

Petrus Meſſia.
Proſper Alpinus.
Pythagoras.
Plutarchus.
Petrus Vegæus.
Porphirius in Ariſto.
Philippus Mulerus.

Q Vintilianus Hiſpanus.

R Aſis.
Raimundus.
Rogerus Bacon.
Rombertus Dodonens.
Robertus Tauladanus.
Riuerius Medicus Regis Galliæ.

S Erapio.
Strabo.
Scaligerus.
Seranus.

Scribonius Largus.
Salcietus de Legibus.
Seruius in Virgilium.
Suidas.

T Adæus Florentinus.
Thomas Eraſtus.
Theodorus Gaza.
Tuſſignanus.
Thomas Bouius.
Themiſon.
Theophraſtus Græcus.
Theophraſtus Helueticus.

V Irgilius Maro.
Vannutius Bireguntius.
Victruuius de Architectura.
Valerius Cordus.
Victor Trincauellius.

Z Enoni Philoſophus.

ELENCHVS DESCRIPTIONVM, QVAE IN OPERE CONTINENTVR.

Deſcriptio Prima eſt de lapide Pyrite Metallorum, & Atramentorum ſtirpe: cui additur Definitio Cadmiæ, atque Magneſiæ, tum foſſilis, cum & Philoſophicæ.

Secunda verò Deſcriptio erit de Atramento Metallico, præſertim Chalcity, cunctis ferè huius ſæculi, hominibus ignoto, altero enim abutuntur in compoſitione Theriacæ diuerſo à veterum Chalcity.

Tertia de Atramento Sutorio, vulgo Vitriolo, cum expoſitione Coparoſæ, ac eius præparatione, & vſu aduerſus peſtem, & alios morbos.

Quarta de Atramento ſcriptorio tum veterum, tum & recentiorum cum multis varijsq; differentijs.

Quinta de Indico Dioſcoridis, cum alijs pigmentis diuerſicoloris, ſcripturis, atque medicinæ aptis.

Sexta de varijs operationibus ex Vitriolo gerendis, ac de multiplici modo eliciendi oleum à Vitriolo, atque vſu eius, tum gratia medelæ, vel internæ, vel externæ, cum etiam Chimiæ vſu.

His ſparſim multa penitiora tum medicinæ, arcana, cum alijs facultatibus commoda leguntur.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
TOTIVS OPERIS,

CAPITA PRIMÆ DESCRIPTIONIS,

De Pyrite lapide Atramentorum, Metallorumq; ſtirpe.

De principijs Metallicis, mineralibusque ſeminarijs. Cap. I.

Lapis Pyrites eſt Metallorum ſtirps, atque Minera. Cap. II.

De Cadmia. Cap. III.

De Calaminari lapide, & de Magneſia, quomodo inter ſe differant. Cap. IV.

De Magneſia Philoſophica. Cap. V.

Vtrum ſemen cum Spiritu, & Anima inſit Metallis, & lapidibus. Cap. VI.

Multi præpoſtere pronuntiarunt Philoſophorum ſententias. Cap. VII.

De radicibus & venis metallorum, de plantis lapideis, & de vegetabilibus, quæ abſque radicibus manifeſtis vigent. Cap. VIII.

Pyritis Differentiæ. Cap. IX.

In Pyrite vigent Sulphur, & Argentum Viuum, ex quibus generantur Metalla, & Atramenta. Cap. X.

Prædictis lapidis metallici nomina, atque Vires. Cap. XI.

Vtrum Ignis procedat ex proprio lapide concuſſo, aut aere, aut motu. Cap. XII.

Quot modis fieri poſſit ignis. Cap. XIII.

Ob propagationis Vſum plurimæ fiunt Candelæ. Cap. XIV.

De Lucernis. Cap. XV.

Modus Secundus eſt quomodo fiat ignis per Coitionem. Cap. XVI.

De modo tertio excitandi ignem, qui exequitur aut frictione, aut percuſſione. Cap. XVII.

Chymica opera, quæ ex Pyrite circumferuntur. Cap. XVIII.

Modus conficiendi Marcheſitam arte ex quocunque Metallo, exordiens a ſtanno. Cap. XIX.

b Cum

Digitized by Google

Cum Marcheſita Stamnea artificioſa conſtruitur ſpeculum in pila ſphærica Vitrea. Cap. XX.

CAPITA SECVNDAE DESCRIPTIONIS,

De Atramentis.

Atramenta in triplici genere conſtituta. Cap. I.
Primum genus atramenti appellatur Metallicum. Cap. II.
Prima differentia atramenti metallici eſt ſuprema Zona, Miſios dicta. Cap. III.
Secunda differentia, ſpecieſue atramenti metallici, eſt Zona media appellata Chalcity. Cap. IV.
Aduerſus Georgium Agricolam, ac eius ſectam. Cap. V.
De tertia differentia atramenti metallici, quæ vltima Zona alijs ſubſidet, & Sory appellatur. Cap. VI.
Abuſus Sory pro Chalcity. Cap. VII.

CAPITA TERTIAE DESCRIPTIONIS.

De Atramento Sutorio.

Atramenti Genus ſecundum appellatur Sutorium nec non Vitriolum, atque Chalcanthum. Cap. I.
De Singulis proprietatibus Atramenti Sutorii, ac de modo & tempore Vtendi eo. Cap. II.
De prima differentia Vitrioli, quod ſtillatitium & ſtalacticum appellatum fuit a Veteribus & Coparoſa a Recentioribus. Cap. III.
De ſecunda differentia Vitrioli, ideſt atramenti Sutorii, quod veteres nuncuparunt concreticum. Cap. IV.
De tertia virtrioli differentia, quod appellatur coctile & vulgare Vitriolum. Cap. V.
De modo faciendi Vitriolum coctile. Cap. VI.
Modus alter eſt Recentiorum conficiendi Vitriolum coctile. Cap. VII.
Suppoſita corruptaque ſunt in Spuriis Galeni ſcripa. Cap. VIII.
De modo depurandi Vitriola quæuis, eaque reducendi ad formam Vitrioli Romani. Cap. IX.
Vt fixetur Vitriolum, rubefiatque ac fuſile igni tueatur. Cap. X.

De

De Atramentorum affinitate cum metallis. Cap. XI.
Ex Vitrioli proprietate ferrum commutatur in æs, & quomodo hoc fiat Cap. XII.
Sulphur Vitriolatum quod elicitur a ferro, alioquin a Neotericis dicitur Crocus Martis. Cap. XIII.
Ferrum, cæteraque metalla omnia artis auxilio vcuertuntur in Vitriolum, quod eſt metalli Sal. Cap. XIV.
Ad ſegregandum & eliciendum Sulphur a Vitriolo. Cap. XV.
De modo extrahendi argentum Viuum a Vitriolo. Cap. XVI.
Ad effingendum nouum Vitrioli genus. Cap. XVII.
Atramentorum Conſenſio inter ſe, atque eorum diſſenſio. Cap. XVIII.
Atramenta non præparata conueniunt exterius, alioquin vero interius aſſumpta ſunt pernitioſa & ſuſpecta. Cap. XIX.
Atramenta arte, aliorumve miſtione caſtigata, & temperata poſſunt tuto exhiberi per os. Cap. XX.
In multis Cibarijs percipitur qualitas, & natura Vitrioli, quemadmodum & in atra bile, in corporibus noſtris ſuperabundanti. Cap. XXI.
Atramenta temperata conferunt quemadmodum & Aquæ Thermales atramentoſæ, & Aluminoſæ: Quales ſunt Aqua de balneis Volaterranis, & aliæ Villenſes. Cap. XXII.

CAPITA DESCRIPTIONIS QVARTAE.

De Atramento Scriptorio.

ATramenti Scriptorij neceſſitas, & Origo. Cap. I.
Plurimæ atramenti Scriptorij ſunt differentiæ. Cap. II.
Quale Antiquorum fuerit Scriptorium Atramentum. Cap. III.
Typographorum Chalcographorumve, Atramentum. Cap. IV.
Atramentum fere perpetuum ſtuchum appellatum, quo fiunt litteræ in tabulis marmoreis. Cap. V.
Neotericorum vulgare Atramentum Scriptorium, noſtro idiomate dicitur Inchioſtro. Cap. VI.
Modus particularis, magiſque tritus componendi encauſtrum. Cap. VII.
Alter modus eſt talis. Cap. VIII.
Quidam conficiunt encauſta cum aqua Sutorum, aut coriariorum tinctura. Cap. IX.
De alijs encauſtri exemplis: Cap. X.

Vinum vice aquæ ſubminiſtratur a plerique in conficiendo encauſto. Cap. X I.

Sequitur aliud encauſti exemplum cum multiplicatione. Cap. X I I.

Aliud Melichii Aromatarii. Cap. X I I I.

Ecce alia encauſti exempla. Cap. X I V.

Mathioli encauſtum. Cap. X V.

Aliud Caſtoris encauſtrum portatile, denſatum enim eſt, & abſque gallis & Vitriolo componitur. Cap. X V I.

Aliud in forma pulueris, in peregrinatione aptum. Cap. X V I I.

Alter puluis in itinere accomodus ad faciendum ſtatim encauſtum. Cap. X V I I I.

Encauſtum nigrum, quo pingi poſſunt imagines, atque litteræ ſcribi in laneis pannis, teliſque lineis, & veſtimentis, quemadmodum & in chartis, & conſimilibus. Cap. X V I V.

Ne congeletur encauſtrum hiberno tempore. Cap. X X.

Ad inſtaurandas literas ex antiquitate fere abolitas. Cap. X X I.

Encauſtrum quo ſi ſcribantur literæ, euaneſcunt per tempus e chartis. Cap. X X I I.

Multiplex modus delendi literas. Cap. X X I I I.

Ad reſarciendum chartam ex ſupra ſcriptis operatioibus imbecillem. Cap. X X I V.

Plerique modi ſcribendi literas latentes. Cap. X X V.

Vnus, & alter modus ſcribendi literas, atque imagines ſignandi in exteriori cortice oui crudi, quæ mox interius appareant in albumine cocto. Cap. X X V I.

Vt perſica, amigdalæ, Chryſomelæ, & conſimilia oriantur cum literis inſcriptis in eorum nucleis. Cap. X X V I I.

Triplex modus ſcribendi literas indelibiles, aut figuras in membris corporis humani. Cap. XX V I I I.

Quibus modis tollantur literę, characteres, cęteraque ſigna carni impreſſa. Cap. X X I X.

Dupliti modo literę fiunt albę in nigro paginę agro. Cap. X X X.

CAPI-

CAPITA DESCRIPTIONIS QVINTAE.

De Atramentis Diuerſicoloribus. *pag. 190*

Expoſitio Vniuerſalis. Cap. *I.* pag 190
De Atramento Indico. Cap. *II.*
Modus parandi aquam gummatam, & albumen oui, vt a corruptione præſeruentur. Cap. *III.* pag. 195.
Atramentum Cæruleum multiplex, quod ex plantis deducitur. Cap. *IV.*
De Luteo, atque uirenti colore. Cap. *V.* pag 197
De Braſilio, Verzinoue ligno tinctorio. Cap. *VI.* pag 199
De Atramento Scriptorio pauonaceo, violatoque purpureo. Cap. *VII.*
De purpura veterum, & ipſius differentiis. Cap. *VIII.*
De Recentiorum purpura. Cap. *IX.*
De colore Cremeſino. Cap. *X.*
De Rubeo colore laccę gummi naturalis. Cap. *XI.*
De lacca artificiali. Cap. *XII.*
De lacca eſcarlati, appellatur de grana. Cap. *XIII.*
De lacca Karbiſini vulgo di Cremeſe. Cap. *XIV.*
De modo conſtruendi laccam e Verzino. Cap. *XV.*
De lachryma ſanguinis Draconis, quæ eſt Dioſcoridis Cinnabaris Indica. Cap. *XVI.*
De Cinnabari, & Minio. Cap. *XVII.* 219
De Azurro vltramarino, nec non de viridi Azurro. Cap. *XVIII.*
Modus eliciendi Azurrum vltramarinum e lapide lazuli. Cap. *XIX.*
Modus parandi viride azurrum, Medicinę, ac Picturę commodum. Cap. *XX.*
De Pigmentis Mineralibus, cum luteis Flauis, cum etiam aureis. Cap. *XXI.*
Modus conficiendi Pigmentum albiſſimum, quo ſcribuntur literę albę in pagina alba. Cap. *XXII.*
Quomodo pagina vno ictu pingi, ac diuerſis coloribus, variiſque figuris impleri poſſit. Cap. *XXIII.*
Elegans induſtria ad pingendas variis coloribus, Pilas vitreas ſphericas quamuis amplas cum ore anguſto, quibus manus impelli, neque penicilla pigmentis illita vbique duci nequeant. Cap. *XXIV.*
Alterque modus eſt, quo vnico colore cæleſtino intus pinguntur pilę vitreæ ſphericę,

Digitized by Google

ſphericæ, quibus montes Cæli colore ſereni apparent. Cap. XXV.
Vernix qua effinguntur Coria aurata, inficit enim colore aureo folia argenti, & ſtamni ſuper inducta pellibus corijſue pulcherrimum inuentum. Cap. XXVI.

CAPITA DESCRIPIONIS SEXTAE.

De Oleo Vitrioli, ac eius quinta eſſentia.

De ignauia quorundam Recentiorum. Cap. I.
Prædictorum exempla. Cap. II.
Qui falſo ſe putant Galeni diſcipulos. Cap. III.
Medicamenta Chymica ſpagyricaue conſtant eadem cum Galenicis, quanquam diuerſis vocibus dictare videantur. Cap. IV.
Alchymia demonſtratur vera medicinæ præparatio. Cap. V.
Demonſtratur, auctoritate Galeni, medicamentorum preparationem fieri per ſeparationem elementorum. Cap. VI.
Inſtrumentis, operationibusque Chymicis omnibus vſos fuiſſe veteres Medicos conſtat. Cap. VII.
De ratione modoque ignium. Cap. VIII.
De ſegregatione elementorum Vitrioli, ac de nominibus quæ ipſius anatome ſortiuntur. Cap. IX.
Syncera Praxis diuidendi elementa Vitrioli. Cap. X.
Modus alter diuerſus ſegregandi elementa. Cap. XI.
Acedit tertius variuſque modus diuidendi elementa Vitrioli. Cap. XII.
Modus quoque alter cum præparatione chalcanthi. Cap. XIII.
Sophiſticus Imaginoſusque modus Præſtigiatorum. Cap. XIV.
Per quam vana exiſtimatio eorum, qui male ſentiunt de oleo Vitrioli. Cap. XV.
De facultatibus ſingularum partium Vitrioli, exordiendo a phlegmate humore aqueo, & primo. Cap. XVI.
De viribus Spiritus acidi, volatiliſq; Vitrioli, qui pro aeris elemento conſtituitur, quintam eſſentiam continente, & in ipſam perficitur, & pro oleo primo habetur, quod album eſt. Cap. XVII.
De vero oleo Vitrioli, analogice dicto elemento ignis, ac de dotibus ipſius. Cap. XVIII.
De Sale, elementoue terræ Vitrioli. Cap. XIX.
De Clyſſo, vnitateve elementorum Vitrioli. Cap. XX.

De

INDEX.

De glacie, ac de lapillis conficiendis ex Vitrioli colcotare, coloris cuiuſcunque fuerit prius Vitriolum: Vbi quoque recenſetur quomodo in bolum opacum euenire poſſint. Cap. XXI.

De Vitrioli tinctura eſſentiali. Cap. XXII.

De Magiſterio Vitrioli. Cap. XXIII.

De lapide Salamandrico, elixireve Medicina vniuerſali. Cap. XXIV.

Praxis olei e Vitriolo compoſiti, ac de Monarchia Theophraſti Paracelſi. Cap. XXV.

Diuiſio elementorum Vitrioli, aliorum ope, & miſcello. Cap. XXVI.

Abditum Senis experimentum. Cap. XXVII.

De alijs modis euocandi oleum à Vitriolo aliorum ope, verum abſque elementorum diuiſione, exordiens a liquidis prout menſtruis. Cap. XXVIII.

Oleum Vitrioli compoſitum ſcriptum à Bernardo Penoto Aquitano. Cap. XIX.

Oleum Vitrioli abſq; diſtillatione. Cap. XXX.

Triplex Oleum vna deſtillatione factum. Cap. XXXI.

De alijs oleis eductis è Vitriolo vna cum aridis, abſque vlla elementorum diuiſione. Cap. XXXII.

Antydropicum Muffetti. ibidem.

De aquis deſtillatis e Vitriolo, aliorum miſcello. Cap. XXXIII.

Rememoratio diſtillationis cum diuiſione elementorum, verum tamen e compoſitis. Cap. XXXIV.

E viridi Chalcantho, licet cum alijs miſto, educitur Spiritus cum virore, remedium præſtantiſſimum aduerſus Epilepſiam. Cap. XXXV.

De oleo vulgari e ſimplici Vitriolo vſto vnica diſtillatione euocando. Cap. XXXVI.

Oleum e Vitriolo cauſticum. Cap. XXXVII.

Oleum Vitrioli ſolutiuum auri, vbi vero ſolutum ſit, dicitur Solificatum. Cap. XXXVIII.

Oleum Vitrioli rubeum, ſuperiore ſuauius, quod tuto aſſumitur interius aduerſus morbum caducum, e Theophraſto Paracelſo. Cap. XXXIX.

Oleum Vitrioli potabile ex zapata. Cap. XL.

Oleum Vitrioli coagulat, & fixat oleum Tartari, eodemque tempore dulcet oleum Vitrioli. Cap. XLI.

Quomodo demulceri, ac dulcorari poſſit oleum Vitrioli quantumuis igneum, & corroſiuum ſit. Cap. XLII.

De artificiali rubificatione Vitrioli, ac omni alia præparatione ipſius. Cap. XLIII.

ulphu-

Digitized by Google

Sulphureum oleum Chalcanthi, vt album eueniat, quod ſoluit metallorum calces. Cap. XLIII.
Aliud oleum, Menſtruumve minerale e Vitriolo tantum proleƈtum, quod metalla cunƈta ſoluit phyſice. ibidem.
Experimenta huius generis penitiora totum concludant opus. Cap. XLV.
Elegans figura arcani, filio miſſi a Sene Philoſopho. Cap. XLVI.
Aurigera minera, natura, & arte conſtruƈta in cubilibus artis, quemadmodum in terræ cuniculis ab Archeo. Cap. XLVII.
Medicina Spagirica, & communis tam metallis, quam corporibus humanis. Cap. XLVIII.
Transformatio Saturni planetæ terreſtris, in Apollinem fulgentem. Cap. XLVIX.
De oleo Benediƈto ex lapillo minerali eduƈto. Cap. L.

PRIMA DESCRIPTIO

De Pyrite lapide

ATRAMENTORVM,

METALLORVMQ. STIRPE.

De principijs metallicis, mineralibusq; ſeminarijs.

Cap. I.

EXEMPLO Platonis in timeo, & quod nobis magis refert præcepto legis Diuinæ ante omnia ſanctiſſimum Dei nomen humiliter inuoco, vt mihi fauere dignetur, gratiamque largiri, vt omnium ſatisfactione inſtitutum meum expleam: Hoc eſt de atramentis ſermonem agere: primum vero vniuerſalia quædam eis tamen pertinentia tractare excogitaui. cum enim ſit trita philoſophorum ſententia, præcipue Ariſtotelis in principio phiſicorum, à communibus procedi ſpeculationem vſque ad elementa particularia cuius exemplo & auctoritate nixus exordiar, & cum Galeno aſſerente in primo de complexionibus. Naturam generare mixt one elementorum: hæc ab exordio mundi in vnum, ceu primam materiam chaos dictam, confuſa erant, at ipſius materiæ pr mæ diuiſione ob repugnatiam quatuor qualitatum primarum, generata fuerunt quatuor elementa: quorum duo ſunt actiua, & alia duo paſſiua, iuxta Auerois ſententiam in Ariſtotilem quarto metheororum: hæc appellauit Raſis in ſeptuageſ. reprh. naturas quatuor, ex quibus oritur omne compoſitum, nempe duas manifeſtas, & duas occultas, harum vero terra & aqua ſunt manifeſtæ includentes, & magis materiales; Ignis autem & aer ſunt incluſæ magis formales & mouentes: cum tamen ignis & aeris virtus proprie apparere non poſſit præter quam in aqua, & terra quemadmodum nec virtus formæ niſi in materia: vt prodidit philoſophus libro primo de generatione animalium, & idem libro primo phiſicorum: idcirco à terra mun,

Digitized by Google

dum ſumpſiſſe initium aiunt Phiſici tanquam à centro, Globi principio, memini legiſſe in Hermetem, Trimegiſtum, patrem philoſophorum, quod de terra omnia facta ſunt & ad terram conuertuntur, quod cenſuit Ariſtotiles in quarto metheororum prodidit enim ipſe ex terra & aqua conſtare plantas, animalia, & quæcunque metallantur: qua propter antiqui Romani veſtæ quam terram dixerunt iuxta Ouidium libro ſexto Faſt. ſimulacrum poſuerunt in tēplo Victoriæ rotundæ figuræ, eique virgines Veſtales ſacrarunt, quæ ignem perpetuum conſeruarent. Iccirco voluerunt terram omnium eſſe parentem communem, ſicuti Cælum Patrem vt in ſpurijs Galeni, ac primo de Elementis quod inſinuantes veteres Philoſophi atque Poetæ æquipararunt terram magno animali, ipſius enim oſſa prodiderunt eſſe ſaxa prout fulcimentum terræ, alioquin laberetur continue: ita carnis vice terram eſſe ſenſerunt atque flumina pro venis per corpus diſperſa, & cor eius centrum, in quo viget ſpirituū collectio, qui per vniuerſum corpus dirigunt vitalem calorem ad concoctionem ſuccorum & metallorum, & omnium ſubterraneorum, quæ generantur: præterea terra equidem animantia cuncta ſuſtinet, alit, & gremio vt mater operit: ſed in præſentiarum omiſſa plantarum animaliumque hiſtoria, progrediar de metallicis ſecundum inſtitutum meum: Ex præhabitis itaque ſcire intereſt mineralium prolem ſiue parentes inferiores exiſtere terram & aquam; quamuis cætera concurrant elementa: terra vbique exiſtit, aqua vero vbique penetrat: ex pinguedine terræ, ſiue eius ſubſtantia vnctuoſa feruente calore fit initium ſulphuris, eſt enim propria & eſſentialis materia ſulphuris, ex quo procreatur terra mineralis, quæ ſapit naturam ſulphuris: ex aqua vero mixta cum ſulphure, vbi fluere per eum accidat, fit humidum viſcoſum admixto terreo ſubtili, hinc aqua viſcoſa mineralis exoritur, quæ argentum viuum appellatur nam illius naturam refert teſte Alberto. libro tertio de mineralibus capite quarto. Ex hijs, & igne minerali ſubterranco excitato in eandem materiam diſpoſitam à calore Cæli vbi effundit dotes ſuas fit aer mineralis, quibus inde ſequitur generatio mineralis, qualis partium puritas, vel impuritas fuerit in natura elementorum proportione cæleſti: cum enim oriantur aliquando metalla vbi abundet aqua & quandoque media mineralia ſi terra ſuperabundet, hæc varia ſunt foſſilium vt alumina atramenta ſalia arſenica marcheſitæ atque hs ſimilia in latebroſis meatibus montiumque chriptis in quibus ſulphuris & argenti viui vapores elaborantur ab ipſa natura, prout dictum eſt; attamen ex prædictis ſeminarijs pleriſque volunt prius generari vitriolum hoc etiam obtinere primum gradum genealogię mineralis ex qua inde cætera procedunt tum metalla, cum & metallica: in vitriolo enim ſunt hydrargyrus metallicus, ac ſulphur metallicum, nam atramentoſum, & aluminoſum eſt ſulphur metallicum: iccirco in vitriolo eſt ſulphur, & in ſulphure vitriolum: ex aſſerentibus hoc videtur præ cæteris eſſe Geber Hiſpanus ſummus philoſophus, & in facultate abditæ philoſophiæ exiſtimatus magiſter magiſtrorum, innuit enim ipſe medium minerale ex quo omnia metalla, & argentum viuū, & marcheſita, & antimonium generantur, idipſum eſſe vitriolum, quod in terra aquæ commiſta, decocta, & exuſta occultatum eſſe dixit: propterea cum metalla reduci debeant in eorum materiam primam, hoc eſt quanto propius

ad

ad naturam metallicam accedere poſſunt, reducenda ſunt ad naturam vitrioli, & ſulphuris: eiuſdem opinionis fuiſſe videtur Theophraſtus Paracelſus Aurelianus Elueticus medicus, & philoſophus, & in facultatis metallicæ cognitione celeberrimus qui cum aſſenſerit pluribus in locis ſuorum operum cuncta à terra orta fieri ex ſulphure argento viuo, & ſale, demum libro Auroræ philoſophorum quem appellauit Monarchiam capite duodecimo de archano vitrioli, & de rubea tinctura ex eo prolicienda, ſcripſit vitriolum præ cæteris nobile eſſe minerale velatum à philoſophis ſub ſequenti ænigmate, viſitabis interiora terræ rectificādo inuenies occultum lapidem veram medicinam. [V.I.T.R.I. O.L.V.M.] Horum primæ initiantes verborum literæ, copulatæ & connexæ formant vocem & nomen quod ſonat vitriolum, in quo prima naturaliaque exiſtunt metallorum principia, & ſi alij reſiſtunt & malunt potius intelligi de vitriolo magico; quod tamen arte ſpagirica elicitur à caos ipſius vitrioli: quod Geber appellauit aquam ſiccam & viuam congelatam ſimilitudine criſtalli: idipſum repetit Theophraſtus libro nuncupato Congerie Paracelſi de tranſmutatione metallica capite ſeptuageſimo ſeptimo, eandem ſententiam aludunt quidam alchimiæ incumbentes, quemadmodum longo ſatis diſcurſu ſcriptis tradidit Gabriel Falloppius tractatu de foſſilibus: etenim aſſerunt ipſi triplicem in metallis eſſe materiam: Prima eſt remotiſſima, videlicet mixtum terræ, & aquæ in viſceribus terræ, quod ſi à calore ibi genito, & à calore aſtrorum exuratur & corrumpatur, vertitur in quandam ſpeciem terræ continentis in ſe ſalem & alumen quam terræ ſpeciem aſſerunt eſſe Calcanthum, quod eſt vitriolum vulgare idem cenſuit Ioannes Braceſcus in dialogo ligni vitæ, hoc habent pro media metallorum materia: his aſſenſit Ramundus Lullus, in Theorica ſui teſtamenti capite tertio dicens, quædam eſt ſubſtantia terrea procedens ex minera ſua proxima naturæ metallorum, quæ chalcanthon, & azot vitreus dicitur, & aliter Vriſius lucens & albicantis coloris, & in oculio rubei, nigri, & propatulo publice viride inſtat lacertæ venenoſæ, hæc conſtat ex argento viuo imbuto vapore calido & ſicco ſulphureo laborato à naturali calore viuificatiuo: ex eadem media ſubſtantia vitriolata ebuliente in cuniculis terræ duplex eleuatur vapor, ſiue ſpiritus fumuſue appelletur qui tranſigit lapides, & in eis frigore conglobatur in metallum poſt accretionem caloris in ipſum actione optesis: vt philoſophus in quarto metheororum: Quare: Vapor ille merito dicitur tertia proximaque metallorū materia: huius vero duplicis vaporis vnus eſt humidus viſcidus & tenax, habetque aliquid terrei tenuis admiſtum quod appellatur argentum viuum, non quia ſit argentum viuum vulgare, at per metonymiam, figura eſt tanquam tranſnominatio continentis, pro eo quod continetur, hoc enim continetur materia argenti viui: alter vero vapor eſt ſiccus terreus & pinguis, qui vocatur ſulphur non vulgare, quemadmodum dictum eſt de argento viuo, eo quod eius materia ſit ſimilis materiæ ſulphuris: hoc igitur mixtum eſt humidum viſcoſum glutinoſum vnctuoſumque, quod Auicennas appellauit virtutem mineralem. præterea nititur probare quod vitriolum ſit materia metallorum, hac ratione ducti omnes enim venæ metallorum deſinunt in vitriolum, teſte Plinio libro trigeſimo tertio, capite ſexto. cum itaque metalla habeant ſub ſe vitriolum, iudicium eſt ex ipſo generari metalla:

verum etiam alia ratione idem probant, videlicet ex quolibet metallo educitur ſua ſpecies vitrioli, nam metalla fuerunt iam compoſita ex vitriolo: idcirco eſt philoſophorum axioma vt omne compoſitum reuerti poſſit in ſua componentia, quemadmodum glacies reuertitur in aquam ex qua iam cõgelata erat; idem cenſuit Petrus Bonus Ferrarienſis, coætaneus Raimundi Lulli Maioricani, in libro Margaritæ prætioſæ nouellæ, vbi tractat de rationibus artis principalibus, ſcripſit enim, atque æs in vitriolum commutari, ſi cum ſulphureitate aluminoſa floreſcant, cum rubedine vnius & alterius viriditate, poſtmodum ſoluantur, diſtillentur, & congelentur, ad vnguem naturæ veſtigia proſequendo: quod autem de ferro & ære in exemplum propoſuit, proſecutus eſt inferius aſſerere de cæteris ſingulisque metallis: communis enim eſt omnium metallorum materia, depuratione tamen & digeſtione differens, quæ ſi æque depurata eſſet & digeſta in alijs, vt in auro, omnia proculdubio auri ſpeciem aſſumpſiſſent, veluti aſſenſerunt philoſophi omnes & præ cæteris Rogerus Bacon: de arte chymica in Auicennam: & ſi opinionum iſtarum multas collexerit longo progreſſu Gabriel Falloppius tractatu de foſſilibus capite vndecimo, & nixus ſit in tam vaſto opinionum pelago ingreſſus, confutare eas ac refellere tantummodo operam nauat ſubuertere philoſophorum ſententias, qui concordes aſſeruerunt materiam metallicam originem trahere à ſulphure, & argento viuo, inſtar duplicis vaporis vt ait philoſophus in quarto Metheororũ: Hæc duo principia conſtituta fuere in natura rerum. quorum ſub nomine terræ, & aquæ ſæpe meminere Plato, Ariſtoteles, Galenus, Auicennas, Geber, Albertus Magnus; & quamplurimi alij ſcriptores celebres, tum veteres, cum Recentiores: vtinam Falloppius ſuam ſaltem ſententiam expoſuiſſet, quam oblitus eſt, aut eam demonſtrare ignorauit: aut, dicendum eſt cum Ariſtotile, libro quarto Methaphiſicæ tex. x. nihil enim contingit intelligere, nihil intelligentem vnum ſi autem contingit, ponat huic rei nomen vnum: verum tanta fuit in eo maledicendi libido, vt proprie dicam, vt temere proſilierit ad vituperandum potius aliorum, quamuis clariſſimorum auctorum, ſententias, quam ad enucleandam ab omni velo veritatem, vt garrula loquacitate in labertintum inextricabilem poſteros deduceret quod eſt non minus commiſeratione, quam riſu dignum.

Lapis Pyrites eſt Metallorum ſtirps. Cap. II.

DEflexit equidem Falloppius à veritate, & ab auctoritate celebrum ſcriptorum diſſenſit, cum poſtea amens non animaduerterit, quod dum alios ferire contendit, ſeipſum eodem telo prorſus occidit, alia enim inter ſeſe vehementer repugnãtia ac in ſeipſum militantia ſcripſit, quæ in pauca hic reducam aduerſus eum, & proprijs ipſius armis, & clipeo inſtructus inſurgo: cum enim ſuis obiectionibus facilis ſit reſponſio, ſi omnium, quæ ab eo expoſita fuere, memores erimus: nam eodem capite vndecimo tractatu vt ſupra de foſſil. proſecutus eſt, ita differendo, videlicet dico falſum eſſe quod marcheſita ſit excrementum metallorum, ſed eſt veluti ſulphur lapidoſum,

ſit

Digitized by Google

ſit ex vapore ſicco, ſicut & ſulphur, & ita dicendo implicat ſermonem nam in omni metallo eſt vapor ſiccus, icirco in ſuperficie cuiuſcunque metalli repertum marcheſita: ex hijs ſingulis exploratis conſpicuum deprehenditur fateri Falloppium eſſe metallum, marcheſitam, & ſulphur facta ex eodem vapore ſicco ſulphureo, quod ſuperius prorſus negauit: ita vt aliquando ioco, & interdum ſerio hæc protuliſſe, ac pro fabula plura finxiſſe videatur, nam eiſdem verbis ſibi repugnat, & mentiendo ludit: etenim tradidit falſum eſſe, quod marcheſita ſit excrementum metallorum, aſſerens ipſe reperiri eam in ſuperficie dumtaxat cuiuſcumque metalli, demum inquit non exiſtere marcheſitam in venis cum metallis, quemadmodum deberet, ceu proprijs locis metallorum & affert exemplum ſeminis animalium, quod eſt excrementum proprium exiſtens in teſtibus, imo aſſerit marcheſitam habere venam per ſe, nam reperitur etiam marcheſita abſque metallis nihil hominus oppoſitum, ſibi contradicens, iam prodiderat capite ſexto, eiuſdem tractatus ſupracitati auctoritate Ariſtotelis libro tertio, & quarto metheororum, dicens lapidem pyrima cum erui à terra vna cum metallis, & non ſeparatim: hic tamen animaduettere velim quod Falloppius loquens de pyrimaco Ariſtotelis, intellexit de marcheſita Arabum, quemadmodum æque intelligendum eſt: præterea addit ipſe lapidem pyrimacum appellari metallicum, quia miſtus cum metallis ex terra effoditur lapis iſte liquatur & fluit igni ardenti, & iterum frigido dureſcit: hic tamen lapis non fluit quateuus lapis, at ſolum ratione illius metalli, quo prægnans eſt lapis: quod iam ſuperius capite quinto aſſeruit Falloppius ex mẽte Galeni, libro nono de ſimplic. medic. facultat. Videlicet terram non eliquari niſi habeat admiſtum aurum, vel argentum, vel aliud metallum, vel vitrum, vel aliud ſimile: quod addit etiam Alexander Afrodiſæus: liquatur igitur pyrites ratione metalli, ſed malleo non tractatur ratione lapidis, eſt enim friabilis quod eſt lapidis proprium: ex quibus deprehenditur exiſtere pyritem ſiue pyrimacum dicere mauis, idem enim eſt, lapidem non purum, ſed compoſitum ex lapide, & materia metallica, metallicum enim ens verum occultum habet in ſe icirco vtramque naturam oſtendit nempe lapidis & metalli; præterea Falloppius adducit aliam auctoritatem Theophraſti græci, qui memoriæ tradidit libro de lapidibus; quod veteres pro metallorum fuſione conſtruebant fornaces ex lapide pyrimaco, vnde vis metalli agitati ab igne communicabatur parietibus fornacis ex pyrimaco conſtructis, hinc aliqua portio metalli in lapide pyrimaco contenti liquebatur: hæc vero ſententia fulcitur aliorum quoque auctoritate, qui clariſſimi equidem ſcriptores fuerunt, & præ cæteris Pedacius Dioſcorides Anazarbeus, libro quinto de medica materia capite de pyrite, cenſuit hunc lapidem eſſe mineram metalli, ait enim eſſe lapidis genus à quo extrahitur æs, quod aludens Galenus loco ſupra citato dixit, fit cadmia ex terra ex qua æs generatur, at ſi non terram ſed lapidem nuncupare velis, demum in calce illius capitis expreſſe inquit ex pyrite in fornacibus vſto fieri cadmiam: Hys aſſenſit Oribaſius libro decimo tertio, dicens pyrites eſt ſpecies lapidis à quo conflatur æs: idem aſſeruit Serapio Maurus tractatu de ſimplicibus ex mineralibus cap. 195. vbi ſcripſit marcheſitam eſſe lapidem à quo conflatur æs: etenim vero videtur ex ſupradictis, æs dumtaxat conflari

Digitized by Google

ex pyrite, cum reuera cætera quoque metalla vt plurimum ad inuicem miſta, eliciantur ab ipſo pyrite in quo exiſtunt velut amigdala cortici ſuo incluſa, quam miſcelam quibuſdam videntur ſuperiores ſilentio prætermiſiſſe: quod id Antonius Muſa Braſauolus Ferrarieſis, inquit nullum antiquorum nouiſſe excudi argentum, neque aurum ex pyrite, vel noluiſſe de hac re ſcribere, vt pura quæ ſenſu conſtare videtur: quapropter illos acriter improbat Georgius Agricola libro decimo, de natura foſſilium aſſerendo veteres multa ignoraſſe: idipſum eſt legere in ſecundo libro de auro capite decimo edito à Ioanne Franciſco Pico Mirandulæ, & Concordiæ Domino, qui ſuis temporibus appellabatur Italica Phœnix, quippe inquit; nam multa de terræ cauernis eruuntur metallica, quibus veteres non compotes fuerunt: hy tamen, ſi res ita ſe haberet, excuſandi eſſent ratione expoſita à Galeno, libro decimo quarto methodi medendi, capite decimo ſeptimo, ait enim plurima namque inueniuntur hodie quæ apud maiores noſtros non fuerunt inuenta: quamobrem ex Galeni dictis deprehenditur, tempore cuncta docuiſſe experientiam quæ ſola eſt omnium iudicatrix certiſſima, teſte ipſomet Galeno libro primo de ſimplicium medicamentorum facultat. capite tregeſimo octauo, nil itaque mirum eſt ſi veteres cum homines eſſent, proinde multa ignorare potuerint quæ à poſteris inuenta; nobis tradita fuerunt: nihilominus ſi recte veterum ſcripta examinentur, ac mutuo conferantur loca, in quibus ſermo de hijs habetur, facile percipi poterit nouiſſe priſcos erui aurum argentum, æs & quodcumque aliud metallū à pyrite: ad notentur igitur & in primis Galeni verba, libro nono de ſimpliciū medicamentorum facultat. ſed & in argenteis metallis efficitur ſimili ſecretione videlicet cadmia quam eodem loco publice promulgauit fieri ex ære & pyrite: idem quoque venari poteſt ex verbis Dioſcoridis capite de cadmia ita aſſerentis, fit & in argenti fornacibus candidior ſcilicet cadmia viribus nequaquam cōparanda ærariæ: mox capite de pompholige & de ſpodio inquit Dioſcorides ipſe, neque ignorandum eſt ex auro, argento, & plumbo fieri ſpodium: neminem vero peritum latere exiſtimo, nimirum fieri cadmiam atque ſpodium, quando in fornacibus ſecernitur metallum à pyrite quemadmodum ſcripſerunt prænominati auctores; quod etiam Falloppius confeſſus eſt capite de cadmia dicens, licet Dioſcorides inceperit agere de his quæ ex ære fiunt; attamen cuiuſdam conſecutionis cauſa, loquitur etiam de alijs cadmijs, quæ ex alijs metallis fiunt: quapropter non æque fuerunt improbati veteres.

De Cadmia. Cap. III.

EX prænarratis conſpicuum habemus arte fieri cadmiam veram, quæ aut ex pyrite eleuatur in fornacibus vſto, hic eſt lapis metallicus, aut ex quibuſcumque metallis rudibus: dicuntur autem rudia antequam depurentur à ſocietate pyritis lapidis, in quo ipſa metalla exiſtunt à natura procreata & cum eo lapide mixta fodiuntur à terra: ab eis igitur, dum in fornacibus expurgantur, flatu eleuatur materia quædam fuliginoſa, quæ lateribus concameratis & in arcum conſtructis virgis ferreis adhæret: eſt itaque cadmia fumus

mus

mus ſubtilis reſolutus ex ſubſtantia minerali & in ſublimem fornacis partem condenſatus: verum æraria cadmia nempe quæ fit ex ære aliatum pręſtantior habetur: quamobrem conſuetum eſt vt plurimum, ex ære colligi eam, tam & ſi eadem occaſione fiunt atque pompholix ſpodium & dyphriges quæ omnia, quamuis ab eadem radice procedant inter ſe tamen differunt: ſic etiam ex cadmia variæ prodeunt ſpecies, quatenus ipſius pars aliqua ſit leuior & purior & ad ſubliniora egeſta: Alia vero ad decliuiora exiſtens, prout ponderoſior & minus pura: hinc iſtæ ſequuntur differentiæ nempe botritis, onichitis, placodis, & oſtracitis, hæ à ſimilitudine, partimque ab effectu nomina protrahunt: ex eis tamen eligitur botritis aliàs enim excellit: præſtantiorque aduehitur ex Alexandria Aegypti & Syria: quare officinæ, atque Chimiſtæ conſueuere eam appellare thutiam Alexandrinam, quæ tamen diſtat à thutia Arabum, eorum enim thutia eſt græcorum pompholix: ſed reuertamur ad cadmiam, eam atq; Arabes aſſenſerunt arte fieri in fornacibus, quibus conflatur æs, purgatur quo modo deſcripto à Dioſcoride, eamque Climiam atque catimiam nominarunt idiomate arabico: præter hanc autem Galenus, lib. nono de ſimplic. medicam. facultate prodidiſſe videtur aliam reperiri cadmiam in cipro abſque fornacis opere, at ordine naturæ tantum, citra aliud artificium productam in monte ſolis nominato, in quo erant fodinæ variorum metallorum, quod repetit libro quarto de compoſitione medicamentorum per genera capite primo dicens, ſiccat cadmia atque hac magis ea quæ ſua ſponte naſcitur, nec mutatur in torrentibus, aut riuis, ac in Cipriorum montibus, alijſque in locis inuenitur, præcipue vero vbi metalla ſunt: iccirco plerique aſſentientes Galeni verbis, parum aut nihil aliud aduertentes, voluerunt eam nominari naturalem, foſſilemque cadmiam; cum tamen his repugnent verba Dioſcoridis ita aſſerentis, loco de cadmia, nec deſunt qui cadmiam in lapidum fodinis inueniri tradant, falſa quadam lapidum cognatione: inde proſequitur multa oſtendere ſigna, quibus diſcernitur illorum error: verumtamen omitto ea, ne prolixus videar cum vnuſquiſque legere poterit illa apud ipſum Dioſcoridem: eiuſdem fuit ſententiæ Oribaſius libro decimo tertio, ita proferens aduerſus illos videlicet ſunt qui in lapidum fodinis inueniri cadmiam aſſerunt, decepti nimirum à lapidibus qui ſunt cadmiæ perſimiles; cum his præterea maximus, apertiſſimuſque comprehenditur conſenſus tum Aetij, cum etiam Pauli Aeginetæ, qui de cadmia artificiali tantummodo tractarũt: Hi equidem in rerum naturalium, necnon medicamentorum ſimplicium cognitione multum fuerunt verſati, nec tamen aliam prodiderunt cadmiam: verum nonne adeſt etiam ſerapionis teſtimonium inter Arabes celeberrimi ſcriptoris, atque græcorum aſſeclæ, ipſe redarguit exiſtimantes reperiri in montibus, & in curſibus aquarum petroſam cadmiam, ſine climiam dicere malis arabica dictione, quam ipſe prorſus negat eſſe veram climiam: quapropter admirari datur ſubſtituiſſe nobis Galenum impropriẽ cadmiam naturalem foſſilemque reperiri, quam à Præfecto metallorum accepiſſe faſſus eſt ob veræ cadmiæ, ideſt artificialis, penuriã: ita quod alteram cadmiam videbatur Præfectus inſinuare Galeno, quæ vero deficientis vicem gereret, nam eaſdem fere vires vtraque poſſidet, ſicuti eſt videre, pręſertim in operationibus metallicis, iam enim conſuetum erat priſcis luteo co-

A 4 lore

lore inficere æs cum prima artificialis cadmiæ diffirentia quæ botritis eſt, & vulgo thutia alexandrina appellatur, quemadmodum nuper expoſitum fuit, hac igitur artificiali cadmia conſtruebant auricalcum, quod Auicennas appellauit allaton. dicens, in Dictione quinta allaton fit ex tribus libris cupri, & tribus vntijs thutiæ: ea vero deficiente vt minori diſpendio optatum eueniret, reperierunt experientia duce; Inferiores ad hoc opus ſupplere quoddam genus lapidis mineralis, ac foſſilis, qui ſolus his temporibus in vſu habetur hunc pleriqne volunt eſſe cadmiam foſſilem à Galeno recenſitam, ac ſummopere approbatam aduerſus morbos, quibus artificialis cadmia medetur, quinimo ſcripſit ipſe Galenus eandem vim habere, atque præſtantiorem quippe naturalem foſſilemq; cadmiam; Quare meretur equidem nominari altera cadmia, aut saltem ipſius cadmiæ ſuccedanea: ſed iure Dioſcoridis pſeudocadmia potius dicetur: hanc volunt neotericorum plurimi eſſe lapidem calaminarem, alioquin calaminam, aut gelaminam dicunt, & idiotarum vulgus thutiam zelaminam vocat; ſic vana multos oppleuit opinio: eandem calaminam ſcripſit Gabriel Falloppius tractatu de foſsilibus capite duodecimo, in vſum habitam eſſe pro inficiendo ære colore aureo, quod mox nuncupatur l'ottone: idem atteſtatus eſt Hieronimus Cardanus, de ſubtilitate rerum libro ſexto de metallis in calce libri dicens lapide calaminari, ſeu magneſia vti loco cadmiæ, qui tingunt æs in auricalcum: ipſe tamen errat in hoc confundendo magneſiam lapidem foſsilem cum calaminari cum aliud ſit magneſia, ac ſatis diſtet à calaminari, quod probabitur loco & tempore: at pro nunc omittam magneſiæ hiſtoriam, quam in ſequenti capite exponere polliceor: in præſentiarum enim ad inceptum de cadmia opus eſt redire, cui lapidem calaminarem conuenire, atq; ipſius cadmiæ loco ſuccedere aſſerunt in multis morbis debellandis: & præſertim oculorum affectibus præſtare dicunt experientiam docuiſſe & pre alijs Andreas Mathiolus in Commentarijs Dioſcoridis recenſuit cadmiam foſsilem mineralem, aſſerens eſſe lapidem calaminarem expertem metalli, præterea addit ad hoc munus tingendi æs in oricalcum aptum eſſe, & habere vſum: quod etiam aſſeritur à Vannutio Biringutio, libro ſecundo pirotechniæ cap. 9. cum prædictis ſcriptoribus aſſenſit Georgius Agricola de huiuſcemodi pſeudocadmia nam libro primo & octauo atque nono de natura foſsilium, & libro quinto de ortu, & cauſis ſubterraneorum inquit quod profuſa cum ære eius colorem immutat & fucum facit auri enim colorem mentitur, eandem itaque appellauit ipſe Agricola Cadmiam foſsilem metalli expertem, vulgo calaminam hæc enim aſſenſu omnium ſcriptorum licet ſulphur, & argentum viuum ad inuicem mixta contineat, nihilominus cum proportione principiorum remanſit expers metallis & ab eis diſtat: ei enim pſeudocadmiæ inſunt partes terreæ inquinatæ, quæ ab inuicem ſeparari nequeunt niſi cum earum deperditione; quod euenit ex ipſius materiæ cruditate, & indigeſtione: plures vero alias cadmias foſsiles propoſuit Agricola ex ſuo cerebro, quarum alteram narrauit eſſe cadmiam bituminoſam ſub vena carbonum mineralium, prout libro quarto de natura foſsilium: Alteramque cadmiam continentem iuiorium atramentum & alteram inquit eſſe metallicam, quandoque enim continet argentum, quandoque æs interdum etiam argentum & æs, prout libro quinto de natura foſsilium.

Digitized by Google

foſsilium diffuſe tractauit, atque ſparſim plurimis alijs in locis ſuorum operũ propoſuit cadmiam foſſilem metallicam adeo acrem perſępe reperiri, vt nudas manus atque pedes operariorum corrodat niſi bene ſe caueant: imo aſſerit prędictam ſuam cadmiam ſi ſublimetur, fieri ad modum venenoſam ita vt mures grillos, lupos, & omne genus animantium interficiat: quamobrem voluit Agricola ex hac cadmia, quam cobaltum vocari ait à Germanis, conſtare lapidem aſſium cuius facultas eſt conſumere carnem quapropter Sarcophagus à græcis nominatur: præterea placuit Agricolæ libro decimo, de natura foſſiliũ huiuſcemodi cadmiam eſſe eandem quam deſcripſit Galenus reperiri in mõtibus & riuis Cipri prope metalla, atque ipſam, non æque, exiſtimauit cadmiã fuiſſe Plinij, quam non animaduertit deſcriptã à Plinio libro trigeſimo quarto capite decimo ſub nomine lapidis æroſi, ſiue ærarij, aut metalli æris, nam ex cadmia Plinij elicitur æs, & dum igni cadmia flagrans liquatur metallum fluit: idcirco quantum à veritate diſtet Agricola, vnuſquiſque conijcere poterit ex verbis vtriuſque auctoris, nempe Galeni & Plinij, deprehendet enim diligenti examinatione vtrumque fuiſſe alterius ſententiæ, quam non percepit Agricola; miror equidem tantum virum in hoc labi, at denique ne longius euager, referam in primis Plinij ſententiam, quæ minime fauet opinioni Agricolæ; nam eodem loco non recte percepto ab ipſo Agricola, diſcurrens Plinius aſſerit lapidem, à quo elicitur æs, vocari cadmiam, inde proſequitur, quæ dũ in fornace euomit æs, nouum ſortitur nomen, nam ex tenuiſſima eius parte eleuata in altum ad virgas ferreas producuntur quatuor cadmiæ differentiæ, quas Plinius diſtinxit in capnitem, quæ & botritis dicitur; in placitem, zonitem alij appellarunt: in onichitem; & oſtracitem: præterea docuit albam eſſe cadmiam, quæ ex lapide argenteo eleuatur, verum ex lapide ærario præſtantiorem eſſe aſſenſit: hæc omnia conferunt ſententiæ Pedaſij Dioſcoridis, præterquam viſus fuit Plinius aliqualiter variare in nomine lapidis, qui continet cadmiam, quod parum refert: ex ſenſu enim verborem auctoris apertiſſime habetur metaphorice nominaſſe totum pro parte, videlicet lapidẽ æroſum pro cadmia, latet enim cadmia in pyrite hic eſt lapis æroſus, à quo excoquitur & fluit æs necnon eadem occaſione eleuatur cadmia quemadmodum iam expoſitum fuit; eadem fuit cadmia Galeni lapidoſa recenſita lib. 9. de ſimplic. medicam. facult. loco de ſamia, & fuſius loco de cadmia hæc à natura tantũ abſq. artificio producta eſt, nempe pyrites, nam lapis iſte continet cadmiam, quæ prouenit ab eo in fornacibus eamque ſic à lapide ſegregatam appellauit fornacariam loco de Miſy, & combuſtam: vt facile eſt deprehendere ex dictis Galeni, capite de terra ſamia: mox loco de cadmia atque de pyrite, quippe reperitur non modo in montibus, vt in propria fodina verum etiam in riuis & fluminibus prope metalla, id eſt prope metallorum fodinam. Verumtamen ibidem animaduertere velim, lapidem æroſum Plinij differre à pyrite eroſo Agricolæ, ipſe enim Agricola pro pyrite eroſo abſque diphtongo apertiſſime nominauit atramentum metallicum hoc enim concreuit ex ſubſtantia pyritis ſoluta per eroſionem in aquam, ſiue ſuccum dicas a natura in viſceribus terræ, in qua ſolutione, & concretione, alteram nouam formam induit ſic enim omiſſa pyritis forma in eroſione, & ſolutione ipſius, dum inde concreſcit, mutatur in

atramentum.

Digitized by Google

atramentum metallicum, quod eſt Myſios, chalciteos, & ſoreos, prout fuſſius exponetur proprio loco: alioquin autem Plinius vocauit lapidem ærosum cum diphtongo pyritem rudem, qui eſt gleba lapidoſa continens metallum æs, à quo aſſumpſit nomen ærosum & vulgo dicitur vena metalli; nam ex ea fluit metallum vi ignis liquatum, tunc eleuatur cadmia artificialis idem nimirum aſſeruit Galenus, libro nono de ſimplicium medicamentorum facultate expreſſe enim inquit ex pyrite proprio fieri cadmiam: Sed redeamus ad Plinium capite decimotertio eiuſdem libri vbi prodidit fieri ſpodium & cadmiam ex lapide ærosо ac ibidem addidit ex pyrite fieri diphrigem vt oſtēderet lapidem ærosum eſſe ipſum pyritem: ac ſuperiori capite duodecimo docuit medicamentū pſoricon fieri ex vna parte iſtius cadmiæ veræ, quæ artificialis eſt, & duabus partibus chalcitidis, more Dioſcoridis: quamobrem ſatis probatum fuit vnam & eandem eſſe cadmiam Plinij, atque græcorum, & ab ea longe aliud eſſe cadmiam Agricolæ non recte ab ipſo libratam, quæ minus conuenit cum cadmia Galeni: ſuam enim cadmiam tum foſſilem, cum & artificialem prodidit Galenus eſſe mitem vtramque præditam facultate deficcandi, ac mediocriter extergendi, lota vero præcipue foſſilis approbatur à Galeno vtilis ad vlcera carnis impletionem potentia, & oculis & in toto corpore conferre; oppoſitum vero operari habemus cadmiam Agricolæ, nam cauſticā vim atque venenoſam habere eam ait ipſe: quapropter conſequitur aberraſſe eum a toto Cœlo: & quæ dixit non ſatis firma eſſe patet parum, enim veritatis conſentanea attulit ex ſua opinione, quæ de facili excutiuntur; Quare inter cadmias connumerauit etiam lapidem Comenſem coloris cinerei, ex quo tornantur vaſa in vſum habita pro coquendis cibis, cum tamen lapis iſte comenſis prorſus diſtet à cadmia: reprobauitque eum Dioſcorides aſſerens præ citato loco nullam cadmiæ vim habere, non tamen ſum neſcius eodem lapide adulterari cadmiam: alteram conſtituit Agricola cadmiam bituminoſam, quæ in prunas proiecta ardet, & allium ſilueſtre olet; tandem in cinerem abit: neque hanc habere qualitates cadmiæ vlla ratione probat: præterea ſi inſuper reuocentur memoriæ, quæ ſparſim diuerſis in locis prodidit de metallica cadmia, apertiſsime deprehendemus eum fuiſſe inconſtantem: nam libro tertio de natura foſsilium ait eſſe lapidem durum, & candidum: at poſtea libro quinto explicauit tres eſſe differentias cadmiæ metallicæ, foſsiliſque, quarum vnam ait ex albo pallere, quam paulo poſt tradidit eſſe pallidam albeſcentem, alteramque ſubluteam & leuem: tertiam vero ex nigro rubeſcere retulit: nihilominus harum nullam dixit habere candorem, prout dixerat libro tertio: verumtamen neminem latere puto colorem candidum eſſe purum atque lucentem, cui contrarius exiſtit pallidus color: deinde in Bermanni libro initio inquit, præterea vero eſt aliud genus ferrei quaſi interdum coloris, cobaltum noſtri vocant, græci cadmiam, non multum differens à pyrite: attamen libro nono de natura foſsilium expreſsit fieri cadmiā in ærarijs fornacibus ex pyrite & cadmia metallica foſsili, nam ex reliquis venis æris pauca & non bona oritur, quamuis alioquin Agricola exiſtimauerit: ex quibus comprehēditur equidem quod ipſe perturbauit veram hiſtoriam cum diuerſis, ac etiam modo huc flectit, modo illuc ſe torquet, aliquando enim eſt profeſſus imitator veterum ſcriptorum citans eorum auctoritatem, ita vt videtur

Digitized by Google

retur eorum animam tenere, atque eorum fauore exiſtimauit ipſiuſmet opinioni opem ferre, verum docuit ipſius verborum ſenſus in contrarium tandem diſtraxiſſe veterum auctoritatem, cum inde viſus ſit interdum eis diffidere, inquit enim, non valere auctoritates ad refutandas opiniones; ex quibus patet ſibimet aduerſari Agricolam: hinc euenit vt ipſius opinionem habeamus ancipitem, quam ratione munitam afferre debebat, vbi noluiſſet ipſe aliorum ſcriptorum auctoritate vti, à quibus in multis diſſenſit, ſed cum decebat philoſophi officio fungi ad vnguem, quod eſt ſenſuum iudicio & rationibus pugnare, quod tanquam axioma proloquiumue conſuetus eſt docere: attamen ipſe non obſeruauit eum, cum hoc munus ſuum eſſet & omittere opinionem, nam ea dici ſolet de re incerta, è diuerſo autem dicitur ratio vera atque certa, & vbi deficiat ea, congruit atque celebrum ſcriptorum auctoritas: quinimo oppoſitum ſentit Agricola ipſe, ſed eodem crimine execrabitur, quo ipſe alios eſt deteſtatus præterea maluit ipſe corruptis vocabulis idiotarum, vocibuſque plebeorum, prout ſunt fodinarum ruſtici operarij adhæreſcere: quam doctrinæ clariſſimorum auctorum, vt nouam doctrinam conſtituere videretur ipſe, ſed hallucinatus extitit, exempli gratia, vt res magis pateat, recenſeamus propoſitum Agricolæ ait in Bermanno ſucci autem ex quibus pyrites, & argentum fiunt, videntur concreuiſſe in vnum corpus, atque id natum eſſe, quod cobaltum appellant: ſunt qui idem cum pyrite eſſe cenſent, quod eadem fere inſunt, ſunt qui ſpecie, quod mihi placet, diſtinguunt, nam perſæpe inſignem corrodendi vim habet, vt manus & pedes operariorum, niſi bene ſibi caueant excedat quod pyritem efficere non ſcimus; hæc ſunt propria verba Agricolæ: vnde ſi diſquiramus quid ſit cobaltum, nemo nos docebit cum huiuſcemodi nomen non recenſeatur à græcis, neque Arabis & eo minus à latinis auctoribus, præterquam ab idiotis quibuſdam rudibus operarijs in fodinis Alemaniæ quàobrem mirum eſt quod Agricola in literis late verſatus vulgi deliria ſecutus ſit inde viſus eſt ignorare quod pyriti aliquando admiſtum reperiatur riſagallum & arſenicum, atque alia media mineralia coroſiua, quæ in prima ignis operatione euaneſcunt inſtar ſpiritus inter mineralia prout ſunt antequam eleuetur cadmia: hæc tamen non conſtituunt aliam differentiam lapidis metallici, vt alio nomine vocetur præterquam pyritis, ex quo fit cadmia græcorum: memini quandoque audiſſe mineralium foſſores, qui eorum idiomate appellantur canopi, lapidem metalli ſatis copioſum nuncupare venam metalli: alterum vero lapidem quamuis mineralem, & eiuſdem generis, ſed parum aut nihil metalli fixi continentem vocarunt marcheſitam, cum tamen vterque lapis tum primus cum & ſecundus ſit mineralis, & ſub eodem genere dicitur marcheſita, quæ idem eſt lapis pyrites quemadmodum confeſſus eſt Georgius Agricola, libro primo de natura foſſilium vbi recenſuit media mineralia ex auctoritate Alberti, mox inquit, pyrites ſolus ex toto illo numero proprie vereque eſt medium quod lapis permixtus & temperatus ſit metallo: idipſum aſſeruit libro decimo de natura foſſilium dicens. Verumtamen ſæpius totæ venæ conſtant ex pyrite coniuncto continuatoque; & libro tertio de ortu & cauſis ſubterraneorum inquit atramentum ſutorium fit ex aqua lambente pyritem, qui eſt quoddam mixtum ex lapide & ære, chalcitij & miſy & ſory, quod eſt flos atramenti

Digitized by Google

atramenti ſutorij: nihilominus & ſi hijs bene geſſit non perſeuerauit: prædictorum enim immemor & inconſtans diuerſe locutus eſt in Bermanno, vbi ait Kiſum quod ſimile galenæ pluſquam pyriti, continet aurum & argẽtum: hoc nomen Kiſum eſt quædam vox corrupta in vſum habita tantummodo à foſſoribus, ſed ab eis parum æſtimatur huiuſcemodi lapis: dicunt enim ipſi eſſe lapidem hunc metallicum, qui parum aut nihil continet metalli ita vt magis eſſet impendium, quam lucrum ſi vellent ab eo elicere metallum, quapropter demittunt eum: cum vtilius ſit eligere lapidem metalli copioſum, qui quam minimo impendio plurimum congerat, ne damnum inferat poſt multos ſumptus, ſed multi lucri ſit, quem obſeruari docuit Galenus libro nono de ſimplicium medicamentorum facultate; vbi tractauit de terra ſamia: viſus eſt itaque Agricola pluribus labi: & præ cæteris neſciuit ipſe quo nomine appellaretur ab auctoribus lapis iſte mineralis, quem vulgus operariorum fodinarum Germaniæ vocauit Kiſum: deinceps voluit differre galenam à pyrite: cum tamen ſit galena idem cum pyrite neque ab eo differt, niſi in ſpecie pyritis à pyrite: vnde faſſus eſt Agricola Kiſum non eſſe dictionem græcam neque latinam ſed germanicam canopis familiarem: mox ait quod nec pyrites nec galena eſt, ſed ſuum quoddam genus habet; nam pyritis colorem nec duritiem habet: verum cum Agricola videatur in ſermone ambiguus, diſquiremus veritatem à Galeno loco ſupra citato vbi prodidit differentias terræ metallicæ, iuxta metallorum differentias, prout vberius in ſequentibus exponetur ſingulatim, ita vt facile ſit comprehendere vnum eſſe genus terræ, aut lapidis metallici dicere mauis, qui pyrites dicitur in plures ſpecies diſtinctus: idem habetur à Dioſcoride, & ab Auicenna: cum non deſint alia veterum atque recentiorum teſtimonia, quorum Amatus Luſitanus in Dioſcoridem expoſuit molibdoidem Dioſcoridis eſſe lapidem plumbarem latinorum, Kiſum Germanorum, & marcheſitam plumbi Arabum, quæ tamen eſt ſine plumbo, perſimilis vero apparet galenæ, quæ eſt proprie vena plumbi dicta à græcis μολίβδαινα, & à latinis plumbago, hæc fertilis eſt plumbo, etenim vero ambo lapides iſti, nempe molibdoides, & molibdena, reperiuntur interdum in eadem fodina adeo ſimiles, vt oculis difficile ſit vnum ab altero dignoſcere: præterquam medio igne, eliquatur enim & fluit plumbum à molibdena, quia in ea continetur, illud vero non emittit molibdoides: nam eo ſterilis eſt ſed crepitat in igne & reſilit ab eo molibdoides lapis niſi alio corpore fuſibili aſſocietur, quod non contingit de molibdena: præterea hic habet teſſelas tenucciores, at molibdena habet eas craſſiores, quas vulgus operariorum appellat granam magis craſſam, hæc copioſum indicat metallum, vterque tamen lapis dicitur marcheſita, vna eſt ſterilis, & altera fertilis, quam Agricola nominauit galenam quemadmodum & alij Iuniores fecerunt nixi auctoritate Plinij libro trigeſimo quarto, capite decimo octauo galena igitur eſt molibdena, & duplex; Nam artificialis eſt, alteraque foſſilis de qua nos loquimur, galenam denominatam fuiſſe contendit Marcellus Virgilius, à Galitia Hiſpaniarum Prouincia, in qua copioſa reperitur. Verumtamen ipſius opinionem deridet Amatus Luſitanus aſſerens denominari re vera à voce hiſpanica galena quæ vox pulchritudinem refert: etenim in Hiſpania huiuſcemodi vena pulchrior quam alibi videtur, inde corrupte

dicta

dicta fuit galena, vtraque pyritis ſpecies eſt: eiuſdem mentis fuit Antonius Muſa Braſauolus, libro de examine metallorum, vbi inquit, at Germani pyritem vt marcheſitam Kiſz vocant; ſed ſuis nominibus poſtea diſtinguunt argenteam, & auream, &c. verum atque Gabriel Falloppius tract. de Foſſil. apertiſſime confirmauit vtrunque lapidem; videlicet molib[d]oidem & molibdenam appellari marcheſitam: præterea differre vtramq; addidit ratione metalli tantum, quemadmodum expoſitum fuit: de vtraque confuſe tract[a]uit Agricola ſub diuerſis nominibus, operariorum potius opinione imbutus, quam vera cognitione ductus, alioquin ſibi non contradixiſſet; nam aliquando faſſus eſt, quod iam negauerat, & confundit quod prius diſtinguere eniti videbatur, placuit ei eſſe vtrunque lapidem vnum & idem: quandoque prædictam venam habuit pro pyrite, cum ipſe dixerit in Bermanno iam conſtat plūbum de nigro loquor. ex hac vna materia quam cernitis & pyrite: prædictis & huiuſcemodi alijs ſæpe implicauit ſermonem ſuum, idcirco permultis lapſus eſt erroribus, qui ex diuerſis proferri p[...]nt ſed nunc ſuperſedendū puto: ſat eſt oſtendiſſe lapidem quæ[...]cumque metallicum contineri ſub genere pyritis, cuius differentiæ tot conſtituuntur, quot metalla ſunt, cū tamen præter eas reperiatur pyrites cuiuſcunque ſpeciei metallicę ſterilis in quo natura adhuc non formauit metallum, licet in potentia in eo exiſtat indigeſtum: pyrite enim lapide inſunt infuſa metallorum ſeminaria prima: verum ex præhabitis ſatis atque conſtat cadmiam veram fieri arte iuxta gręcorum traditionem præſertim Dioſcoridis, qui maximus fuit atque fidelis experimentator, cuius ſententia non datur reperiri cadmiam foſſilem præterquam pyritem qui non cadmia ſed lapis cadmiæ eſt, in eo enim latitat cadmia; hæc equidem non elicitur à calaminari lapide, neque ab alio lapide, prout nec pompholix nec ſpodos, nec dyphriges, præterquam ex pyrite in quo prædicta exiſtunt à natura producta: quod apertiſſime depræhenditur voluiſſe Plinium, idipſum innuiſſe Galenam exiſtimandum cenſeo. Nam loco de cadmia inſinuat lapidoſam appellari cadmiam lapidem metallorum, qui in montibus reperiebatur à metallis, ſic apertiſſime ſcripſit ipſe Galenus inde ſubſequitur, at eius quæ combuſta eſt aliam botrytim, aliam placitim Medici nuncupant: quippe ratio perſuadet nullam dari cadmiam præterquam vulgarem Dioſcoridis qui vi ignis & arte elicitur ex lapide metallico, ſi recte conſideremus, vt palam facit ipſius etimologia, denominatam fuiſſe à Cadmo filio Agenoris Phenicum Regis: Cadmus autem fuit Thebarum in Bæotia conditor, & modum conflandi metalla inuenit; quorum conflatura non modo cadmia; ſed alia plura oriuntur, quæ leuiter per tranſcurſum tetigi etenim ſatis expoſita ab alijs mihi viſa fuerunt, ad eos recurrere poteritis: reliqua vero aut ignota aut difficilia aperire ad vnguem incubui: Ex cadmiæ prima differentia nuncupata, vulgo thutia alexandrina, fit vnguentum de Thutia conſuetum officinis, quod falſum exiſtimarunt recentiores eſſe vnguentum diapompholigos Galeni ab eo magnopere celebratum libro ſecundo de arte curatiua ad Glauconem de cura cancri vbi illud componebat ex pompholige, hy vero eius vice abutuntur thutia: quamobrem aberranter ſæpe vnguentum de thutia nominant diapompholig[o]s, credentes vtrunque idem eſſe, cum tamen inter ſe differant: Aliud vero

vnguen-

Digitized by Google

vnguentum de thutia, ideſt de cadmia deſcripſit Galenus, libro ſecundo de compoſitione medicamentorum per genera capite decimo quarto ſub nomine proprio diacadmiæ, quod indicat de thutia idem tradidit libro de compoſitione medic. per gen. cap. vndecimo vbi deſcripſit etiam vnguentum de molibdena; eadem vnguenta fuerunt deſcripta à Bartholomeo Maggio, libro de vulnerum ſclopetorum curatione, quæ apud eum prout prope Galenum oculis percurri poſſunt: præterea quod iam pollicitus ſum, ecce nunc libentiſsime aperiam de Magneſia, quæ cum paucis ſit nota non vero exiſtimata fuit à Cardano pro lapid. calaminari, quare hallucinatus vnum cum altero confundit: ne tamen huiuſcemodi error, ceu lolium in alios difluat, pandam vtriuſque hiſtoriam in ſequenti, vt plane vnuſquiſque deprehendere poſsit quantum calamina diſtet à magneſia.

De calaminari Lapide, & de Magneſia quomodo inter ſe differant. Cap. IIII.

Calamina lapis eſt mineralis ponderoſus imbutus ſulphure, & argento viuo, fugacibus & impuris, & pauca proportione miſtis & indigeſtis, quapropter caret metallis, neque cum eis reperitur, ſed extra eorum fodinas præterquam plumbi nam prope eam vt plurimum exiſtit: quamuis & plumbo deficiat non per ſe funditur igni, imo vritur & euaneſcit. Verumtamen ſi æri fuſo caute proijciatur, moxque tegatur vitri ſcobe, vt melius igni retineatur, tunc funditur cum ære atque tingit eum in oricalcum, hoc eſt colore luteo, qui ceu medius color reſultat ex duobus contrarijs præterea auget metallum in pondere: neque in alio vſu habetur coloris cinerei luteſcentis eſt ipſe lapis non vehementer durus, at fragilis: calefaciendi & exſiccandi vires habet aduehitur ex Alemania, atque ex Como, & Mediolano celeberrimis vrbibus Italiæ in Gallia ciſalpina, necnon ex agro foſsi noui Senenſis in Tuſcia: Magneſia vero naturalis, foſsiliſque eſt lapis mineralis, inter media mineralia vt dici conſuetum eſt, connumeratus: impendidit ei natura argentum viuum & ſulphur quemadmodum & alijs mineralibus: varie tamen ob diuerſam materiæ eorum proportionem, ac naturæ ipſius operationem ex varijs accidentibus, quandoque laceſsitæ: quapropter conſequitur etiam varia eſſe inter ſe mineralia, prout habemus à Philoſopho libro quarto Metheororum, eiuſdem fuit ſententiæ Petrus Bonus in margarita precioſa: iccirco ſulphur in magneſia eſt turbidum, magis fixum & minus inflamabile quam ſit in Cadmia, & naturæ martis magis approximatur: hæc prodidit memoriæ Geber, libro ſecundo ſummæ perfectionis capite quarto vbi ferrum indicauit pro marte quamuis marte cæteriſque metallis ſit actualiter penitus expers lapis iſte, colliquatur tamen igne ac more metalli funditur cum vitro & cum omnibus vitrificari aptis: at diu non perſeuerat igne, longo enim igne euaporat donec prorſus euaneſcat; dum vero in modica quantitate fuſus ſit cum vitro purificat eum albificat & perſpicuum reddit, quamuis antea viride aut luteum opa-

cuumue

cuiuſmue & immūdum eſſet: quamobrem vitriariorum vulgus vtitur magneſia commolita ſale ſodæ, quem Arabes nuncuparunt ſalem alKali; latini autē ſalem vitri hunc enim commiſcent magneſia & ſilicibus fluminum albis interius micantibus vitro vel arenula quadam plena vitro inde omnia hęc ad inuicem compoſita vrgent in fornace reuerberatoria igne fortiori incinerari & reduci in maſſam quam vitriarij ipſi appellant frittam. Alij ammonitrum prædictam autem frittam reponunt in altera fornace in vaſis ad hoc munus aptis & præcoquunt donec reducatur ad actum perfecti vitri dum vero coquitur, expurgaturque vſque ad claritatem, eructat ſpumam quæ concreſcit inſtar ſalis albi tolliturque verriculo hæc ſpuma tanquam recrementum, quod appellant fellem vitrialij florem vitri aut chriſtalli vbi tenuuius elaboretur ſaporis mixti magis tamen ſalſi quam amari, in vſu habitus eſt ab aurifabris ob ſuam facilem fuſionem: & à mulieribus pro expolienda facie: Ex prædictis igitur facile eſt comprehendere, ſalem alKali ideſt ſodæ adminiſtrari vt vitrum fluere faciat à ſcobe lapidis fluminum vel arenæ in quibus nimirum exiſtit à natura procreatum: quapropter ſoda, arabice dicta Kali nuncupatur à quibuſdam herba vitri cum enim ſal ipſius herbæ ſodæ, eliciat vitrum à lapide vel arena, & fluere faciat eum in igne: ſic intelligendum de lapide magneſiæ, quem falſo exiſtimauit Falloppius tractatu de foſsilibus capite ſexto habere in ſe vitrū imo aſſeruit magneſiam eſſe ſpeciem vitri, præterea exiſtimans opinionem ſuā fulcire peruerſe citauit Plinium libro trigeſimo ſexto, capite octauo enitens atque eius ſententiam diſtrahere, quod autem in caſſum egit; Plinius enim nō inquit magneſiam eſſe ſpeciem vitri, neque in ſe habere vitrum: exponit vero fundi & colliquari ad vſum vitri, quod equidem verum experientia habitum eſt: nam cum magneſia dilucidatur vitrum, quemadmodum iam explicatum fuit, alterquoque vſus habetur; ſi enim magneſia ſuperaddatur vitro in maiori quantitate, quam requirat opus dilucidationis inficit eum colore purpureo, idem præſtat vaſis figulinis, ac eorum figuris, ſi liniantur; pinganturque magneſia ſoluta; verum enim Falloppius alia ratione nititur opinionē ſuam tueri, ita dicens, lapis non funditur niſi in ſe habeat argentum, aurum, aut aliud metallum, aut vitrum: Et ad propoſiti ſui confirmationem adducit auctoritatem Galeni & Alexandri Aphrodiſei, quorum ſententiam veram fateri licet, ſed eam vberius explicare, ne diſtrahatur obiter mihi occurrit: cum plurima huic opinioni contraria ſenſu comprehendantur, vt infra ſcripta, quæ metallis, atq; vitro carent nihilominus funduntur igni, & colliquantur prout ſunt ſepum, adeps, butirum, pix, cera & galbanum: ex mineralibus vero ſulphur igni funditur, & liqueſcit more metalli, quamuis nullum habeat in ſe metallum neque vitrum: & alia hys carentia colliquantur, vt puta piſſaphaltus alumen, vitriolum, & arſenicum, chryſocolla follilis, ſalia, tartarum, & nitrum: At quid dicam de Pyrite; qui eſt lapis metallicus, verumtamen reperitur quandoque cum metallo, quandoq; abſque actuali metallo licet eum contineat in potentia, at ex incompleta concoctione, non abſoluta fuit metalli forma, & ſi in vtroque reperiatur eadem radicalis humiditas viſcoſa, conſequitur etiam vt vterque lapis fundatur, vt proculdubio fundi habemus experientiā compertum: Quare ab vniuerſalibus exordiendum cenſeo, vt inde facilior

cilior

cilior ſit particulárium cognitio: diuerſi enim conſpiciuntur effectus euenire è rebus procreatis à diuerſa elementorum compoſitione: ne vero egrediar à propoſito exemplum afferam de his quæ per ignem colliquantur, in eis enim vincit aqua, quemadmodum ſcripſit Philoſophus, libro quarto metheorotum, tex. quinquageſimo primo quæ liquefiunt ab igne, hæc ſunt aquoſiora: quædam autem, & communia velut cera: mox paulo inferius proſequitur, aurum itaque quidem, & argentum, & æs. & ſtannum, & plumbum, & vitrum, & lapides multi innominati, aquæ omnia enim hæc liquefiunt calido: idipſum meminit tex. quinquageſimo ſecundo, etenim multa ſunt aquoſa, quæ igni non liqueſcunt, ſed abſumuntur, quando ſimplici aqua, aut terra ſimpliciter, & aqua exiſtunt prout lutum: vnde vt omnibus plana vtraque ſint exemplis agam, & præ cæteris ligni exemplum afferam, in ligno enim eſt triplex humiditas: & prima nempe aquoſa & frigida humiditas ligni viridis prohibet eum comburi, tamdem verò abſumitur nā cremabilis atque vaporabilis eſt in igne: ſecunda humiditas vnctuoſa ſiue oleaginea facit lignū ardere, ac eque[illegible] flammam vertitur & conſumitur, lignumque in cinerem abit: Tertia vero humiditas in cinere permanet, quę eſt valde modica, & ſubtilis fixa, & perpetua, nihil inflammabilis, ipſa eſt vitrificans & diaphanitatem vitream faciens quod etiam eſt diſquirere à Philoſopho textu trigeſimo primo, eiuſdem libri præcitati, & trigeſimoſecundo, necnon trigeſimoquarto, atque quadrageſimooctauo, quibus in locis diſtinctè docuit quæ ſimpliciter ſunt humida aquoſa areſcunt igni abſque vlla liquefactione, prout apparet ex luto terræ & aquæ: nam remanet teſta aut terra friabilis, & ex lapidibus ſimplicibus, & marmoreis calx; Aquoſa verò quæ conſtant pingui humiditate, & viſcoſa non areſcunt; viſcoſitas enim aquæ facit ea fluere in igne, & tuetur ea ne areſcant, quemadmodum videmus euenire ex adipe butiro oleo galbano pice, & cera, hæc omnia tamen & huiuſmodi alia corripiuntur flamma, prout propriū eſt omnium pinguium & oleagineorum inflammari: Rurſus humida, ſiue aquoſa quæ pingui humiditate, & viſcoſa naturali non fæculenta cōſtant adeo tenuiſſime miſta ac per optime colligata cum terreſtri ſubtili in profundo, & in omnibus partibus hęrente, ita quod vtriuſque plurimū cum plurimo vtriuſque & in plurimo conſtat magnopere commiſtum: ex huiuſcemodi compoſito non ita facile corpora in flammam vertuntur, neque in fumum neque ab eis humiditas illa radicalis, & propria ſeparatur neque madefacit ea exiſtunt corpora homęomeria ideſt cum ſimilitudine partium procreata: e diuerſo autem, quælibet alia ſimplex humiditas, aut ſi compoſita ſit extrinſeca, ætherogeneaque, madefacit, & abſumitur, etiam ſi pinguis non bene commiſta cremabilis eſt, aut ſi pauca humiditas at multum terræ prædominetur, ſi liquefiant tandem comburuntur abſque flamma, vt ferrum & lapis; adeo quod ignis, vel igneus calor non recedit donec prorſus conſumentur: prout conſpicimus euenire ex oleo lampadis, & humido radicali Ethicorum, quod non accidit humido radicali metallorum. Ex quibus ſatis conſtat, colliquari igni, non modo metalla, & vitrum verumetiam lapides minerales, modo metallum in actu aut vitrum habeant aut in potentia, quorum meminit Philoſophus vt ſupra, quædam magis tamen, m nuſque durant, prout perfecte fixa ſunt vel non: Neque

his

his obſtant Galenus,& Alexander, quamuis iſti viri egregij dixerint non fundi lapidem, niſi contineat in ſe metallum aut vitrum, cum non lateret eos reperiri lapidem metallicum, actuali metallo fœtum, necnon & alium exiſtere abſque actuali forma metalli ob materiæ indigeſtionem, cum metallum in eo inſit in potentia: ex huiuſcemodi enim reperiuntur lapides minerales qui nunquam perueniunt ad perfectionem aquirendi formam metalliferam nihilominus nuncupantur metaphorice metalla; nam licet non ſint metalla, deducuntur tamen à metallica materia: quamobrem Galenus nono libro de ſimplicium medicamentorum facultate loco de chalcantho in calce capitis inquit, memineris autem quod ad ſiniſtram manum conſpectum nobis dixerim metallum ſoreos, Chalciteos, & Miſios: hoc eſt atramentum metallicum in tres differentias diuiſum, quod funditur igni, nec tamen ab eo fluit metallum neque vitrum: quod argumento eſt intellexiſſe de lapide metalli tam in potentia, quam in actu, & ſi dixerint prænominati non fundi lapidem niſi inſit in eo metallum aut vitrum, hoc æque pronuntiarunt reſpectu lapidis vel terræ ſimplicis, quod ex prædictis conſtat ſatis planum, quare operę pretium duco diſcrete aſſumere Galeni,& Alexandri ſententiam, ne vna cum falloppio aberremus à veritate: prædicta igitur ambiguitate ſoluta, vt pro certo cernere eſt, lapides minerales fundi poſſe igni, quamuis actuale metallum non contineant, neque vitrum: Verumtamen hoc varie contingit: eorum enim quidam ex facili, ac per ſe fluunt igni, ſi humiditate metallica exuberent prout diximus de pyrite,& de pyrite eroſo Agricolæ, ideſt de atramento mettallico. Alij vero lapides fuſioni difficiles; quatenus & alij per ſe non colliquantur, nec colliquari poſſunt, præterquam ſi fuſilibus admiſceantur igni: huiuſcemodi enim lapides minus humiditatis abundant, ſatis verò fumoſam, euaporabilemque materiam terream habent, qualem diximus habere molibdo idem calaminarem, & magneſiam, & ſic de huiuſcemodi alijs intelligendum puto, quæ aliorum miſcela liqueſcunt igni, in eo tamen diu non perſeuerant, ſed euaneſcunt partim, & partim in calcem reducuntur: Reliquum eſt redire ad magneſiam, & perſcrutari an contineat in ſe vitrum vel vitri materiam ſiue in actu, ſiue in potentia ſaltem: vnde ſicuti palam eſt omnium oculis vitrum eſſe materiam translucidam; quæ in arena alba fulget, & in lapidibus albis præſertim fluminum,& præ cæteris Ticini fluuij Inſubriæ in Eridanum fluentis: in his enim natura procreatum, micat vitrum: Oppoſitum vero conſpicitur in magneſia, nam lapis eſt ater in omni parte opacus, abſque vllo ſplendore, quem nigrum fere ad purpureum vergens videmus quotidie, & in vſum habere eum vitriarios pro vitro expurgando innoteſcit: idem aſſeruerunt ſcriptores, qui de lapidibus tractarunt,& præ cæteris Camillus Piſaurenſis libro ſecundo ſpeculi de lapidibus prodidit magneſiam lapidem eſſe idem cum Alabandico, indicauitque eum coloris nigri, qui tendit ad purpureum, Pręterea aſſeruit eum habere vſum ad clarificandum vitrum. idem aſſenſit vannutius libro ſecundo Pirotechnię capite nono vbi ait manganeſum, ſic corrupta voce, vt vitriariorum vulgo, appellat magneſiam, eſt medium minerale expers metalli coloris atri ferrei, accommodum purificare vitrum: his aſſenſit Albertus Magnus libro ſecundo tractatu ſecundo de lapidibus capite vndecimo: de lapide eodem di-

ſcurrens Plinius ſub nomine Alabandici, cum aliud ſit à gemma loco pręcitato inquit eſſe nigrum & vergere ad purpureum, ac colliquari pro vſu vitri: Pręterea capite vigeſimoſexto eiuſdem libri apertiſſime expoſuit inuentum fuiſſe caſu Neronis principatu modum eliciendi vitrum ab arena cum nitro in litore maris. quod vnuſquiſque legere poterit apud ipſum Plinium: inde cum tempore cęperunt quidam experiri magnetem lapidem, qui alioquin dicitur lapis ſacer, calamita, ſideritis, & Heraclius vt legitur in Plinium, capite decimoſexto, libro trigeſimoſexto, & apud Galenum tertio de ſimplicium medicamentorum facultat. & libro octauo, vbi idipſum repetit: magnete igitur lapide vſi fuerunt hac ratione ducti quod attrahit ferrum, vnde exiſtimarunt poſſe forſan attrahere atque vitrum ab arena & à lapidibus quibus extiti à natura concretum: hęc plana fuerunt à Plinio expoſita: verum cum iuxta optatum non euaſerit, omiſerunt eum, & vice magnetis poſteriores pręter ſalia vſi ſunt magneſia, vulgo mangaueſo, qui ſatis diſtat à magnete: icciroo Auicenna iure de his tractauit duobus diſtinctis capitulis, Primus eſt 463. de magnete; alter vero capitulus 465. libri ſecundi, Tract. ſecundi fuit de magneſia lapide: Prǽterea vice nitri ob eius penuriam ſuggerunt ſalem alKali, aut loco eius, ſalem ex cinere filicis, qui aratron & ſal vitri dicitur teſte Rogero Baccone Anglo: eo enim vtuntur Angli pro ſale alKali ad faciendum vitrum, vt ita dicam, idipſum faſſus eſt Gabriel Falloppius tractatu de metallis capite vndecimo cinis additur loco nitri: hæc enim ſapiunt naturam nitri, cum ſcire liceat educi poſſe arte ſalem & nitrum non modo ex metallis uerum & herbis, lignis & quocunque corpore exuſto; omnes enim cineres habent ſalſedinem: icciroo Geber in principio teſtamenti ait ab omni re combuſta poſſe fieri ſal, ſuppeditant igitur prædictum ſalem arenæ albæ aut lapidibus albis interius micantibus uitro, & ſi diuerſis temporibus mutauerint huius compoſitionis ingredientia, quandoque vnum & interdum aliud experiendo, ac prout melius viſum eſt operantibus negotium ſuccedere, & occaſionem exigere: Verumtamen nunquam dimiſerunt arenam vitream, neque lapides prædictos vitreos ab eis enim, ceu ſtirpe propria elicitur vitrum, licet auxilio nitri aut ſalis foſſilis, aut marini, aut alterius ſalis factitij vt ex cinere anthyllidis, aut herbæ ſoſæ, aut huiuſcemodi alijs, quæ vitrum fluere faciunt, & ope manganeſi dilucidatur quod facile deprehenditur ex quantitate & ſymmetria ingredientium in huiuſcemodi negotio in quo minima ſuppeditatur quantitas manganeſi: quod exemplo agam, vt magis pateat: Capiunt vitriarij ſolertes ſalis al Kali, aluminiſve catini dicas libras centum arenæ albæ vitro plenæ, aut lapidum vitro fulgentium libras centum, & quinquaginta, & quandoque aſcendunt ad libras ducentum arenæ vel lapidum cum prædicto minore pondere ſalis, his addunt manganeſi vncias ſex & quandoque minus, nam maiori quantitate inficeretur vitrum colore purpureo, quod ſi accidat ſuperaddunt aliam portionem materiæ vitri ita vt diminuatur quantitas manganeſi, adijciunt atque parum ſalis tartari, huius enim facultas eſt abſtergere & dealbare: ex prænarratis hactenus conſpicuum eſt non exiſtere vitrum in manganeſo magneſiaue dicatur, ſatiſque probatum fuit, longe diſtare à lapide calaminari: Vitrum itaque naturale elicitur ex lapidibus & arenis, vt veterum auctoritate

demon-

demonſtratum fuit, quibus æque aſſenſit Georgius Agricola libro primo, & quinto de natura foſſilium, recentiores ſcriptores celebres fuerunt eiuſdem ſententiæ, vt puta Andreas Libauus, Ioſephus Quercetanus, & Rogerus Bacon Anglus qui libro de arte chymica pagina centeſima trigeſima prima præ cæteris aſſeruit fieri vitrum ex cinere ſilicum, nam hi ſunt lapides mineræ vitri, educiturque vitrum calcinatione lapidis vel arenæ, quod fluit facilius auxilio ſalium e cinere ſodæ aut filicis: neque his obſtant futiles commentitiæq; opiniones eorum, qui nonnulla proferunt, ea exiſtimantes ſuæ fauere opinioni, nempe quod ſalia vitrificantur ac vitrificare faciunt, quare vt plurimum vtuntur, hodierno tempore ſale al Kali ex cinere herbæ Kali, vulgo ſodæ: aut anatron ſale nempe ex cinere filicis, quibus admiſtis arena, aut lapidibus faciunt vitrum: errant autem a toto cœlo & rem ipſam minus phyſice perpendunt qui pro ſuo Achille habent hoc argumentum quod cineres ſaliaque vertantur in vitrum idem incaute aſſeuerant etiam de metallis fieri vitrum, quia vitrificari videntur, ideo imperiti adeo ſunt & ſtupore capti quod non diſtinſtinguunt vitrum à vitrificatione quæ fit quandoque in ſalibus ad ſimilitudinem quandam leuem vitri: Quamobrem huiuſcemodi viri in ſaxum verſi per caput Meduſæ. Gorgonis videntur, cum cortices tantum rerum hi oculis eradant, interiores vero medullas nulla animi ſolertia rimari poſſunt: verum qua Circe dementati ſunt ne meminerint ſententiæ Geberis eximij ſcriptoris: inquit enim rem omnem ſua humiditate priuatam nullam dare fuſionem excepta vitrificatoria, ferrum ex maximo ignis calore conuerſum in naturam vitri eſt humiditate priuatum debile &c. Præterea experientia docuit quod omne metallum vitrificatum eſt liquatione priuatum, & omnino exhauſtum & ſi aliquam uitri ſimilitudinem habet non tamen eſt vitrum uerum de quo intelligi uoluit Geber ubi dixit excepta uitrificatoria cui proprium eſt liquefieri: alioquin uero qui putant uitrificationem ſalium aut metallorum eſſe uitrum decipiuntur more infantium qui ſtulte hominem quemcunque uident patrem ſuum eſſe exiſtimant, cum non ſit; Ignorant ne iſti ſpecilla, & ſpecularia, quæ feneſtris inſerta aerem excludunt, & traſmittunt lumen fieri ex teſſellis uel orbibus è uitro naturali factis, & plumbo inter ſe iunctis, aut ex lapide ſpeculari, qui perſpicuus eſt, hæc ceperunt memoria Senecæ; aut ex chryſtallo non aliter ac ex chartis aut linteis cera alba, & ſepo caprino inunctis; cur autem non ex metallorum vel ſalium vitro fieri conſpiciuntur: reſpondetur præter enarrata, quia ex his vitrum non agi compertum eſt, ex quo feneſtræ, & vaſa fieri poſſint, quemadmodum ex vitro naturali: ex hoc autem ſi vitrificatione metallica admiſceatur, fiunt vaſa obſidianis ſimilia, atque gemmæ ſophiſticæ formantur coloris tincturæ ipſius metalli: ſed liquefactio, veraque vitri forma procedit ab eius materia vitri à natura inſita; memoriæ prodidit Plinius loco ſupra citato antiquiorem fuiſſe originem ac vſum materiæ obſidianæ, quam vitri: antiquitus enim fiebant vaſa obſidiana ex lapide quem Obſidius inuenit in Aethiopia, & ſi reperitur in India, in Hiſpania, & in Samnio Italiæ, lapis iſte ex nigro translucentique colore in ſimilitudine vitro eſt, quando æquatur ac tergitur vmbras & imagines reddit more ſpeculi, non funditur tamen vt vitrum quanquam ex eo formarentur tunc vaſa citra liquefa-

ctionem, vt conſuetum eſt fieri ex Alabaſtro, & huiuſcemodi alijs: in hoc lapſus eſt Georgius Agricola lib. 1. de natura foſſilium falſo exiſtimans obſidianum lapidem eſſe gagatem, hic enim non eſt lapis, ſed gummi, quamuis à quibuſdam connumeretur inter lapides, cum nil aliud ſit præter quam ſpecies ambræ nigræ, quæ prorſus diſtat à lapide obſidiano; verumtamen componitur materia quædam fuſibilis, ex vitro & ſcorijs metallorum etenim nigreſcit, atque translucet inſtar lapidis obſidiani, dicitur vitrum obſidianum, quod liqueſcit, ex eoque fiunt vaſa, quæ ob ſimilitudinem appellantur obſidiana: quapropter placitum mutare horior eos, qui aliter ſenſerunt, ac veritatem deoſculari: ſed de his ſatis, cum ſuperfluum ſit longius euagari extra inſtitutum meum, ſufficiat tantum ambiguitates eorum, quorum in ſermonem inciderim, ſoluiſſe: Vnde nil aliud ſupereſt præterquam exponere Magneſiã Philoſophorum, ne deſit liber tam præſtanti ornatu.

De Magneſia Philoſophica. *Cap. V.*

MAgneſia, quam conſtruunt Philoſophi, atque colunt, fit ex materia minerali, in quam immerſit natura vtrunque ſemen metallorum, & in ea operatur natura, attamen auxilio artis, ne loqui videar de magneſia ſimplici ſubſtantia mercurij videlicet ſulphuris & ſalis, per Archeũ terræ vt Chimicorum verbis vtar, concinne vnita & elaborata in viſceribus eius: cum talis non reperiatur ſuper, terram, aliam itaque pertractant Philoſophi nõ vulgarem ſed naturali ſimilem naturæ veſtigia ad vnguem arte proſequendo, cum ars equidem ſit naturæ imitatrix, ut uoluit Philoſophus libro quarto metheororum, ac ſecundo Phyſicorum: conſtituunt ex argento uiuo, & ſulphure non uulgaribus, ſed philoſophicis, quæ ambo ab una radice proueniunt, natura enim ex una radice procreat omnia metalla, eadem uero ſunt principia huius magiſterij, artis ve dicas, & naturæ in generatione metallorum teſte Gebro, libro de Inueſtig. perfec. alioquin verò euenit animalibus, vt æque ait Galenus in Comment. 1. lib. Hippocr. de natura humana, origo ex vno non conſtat, nec gignere poteſt, niſi alicui miſceatur quod ſit eiuſdem generis, eandemque facultatem habeat ac mutuam naturæ affinitatem, & mutuo temperamento recte commiſceatur: ſed aliter euenit in metallis, in vna enim maſſa confuſa ſunt quatuor elementa, necnon metallorum ſeminaria ad inuicem compacta, & creata à natura, quemadmodum ſunt in vegetabilium ſeminibus; quæ conſtant ſpiritu anima, & corpore in vna & eadem materia aggregata: quippe hæc ſunt lapidis philoſophici principia, videlicet terra, aqua, & ignis, & ex prioribus reſultat quartum quod eſt aer hæc autem ſegregantur depurationis gratia mox vniũtur & ex his cõuenientibus in natura fit generatio vera iuxta Ariſtotelis ſententiam omnis quippe generatio eſt ex vniuoco conuenienti, vt lib. 7. Metaphyſicæ: decoctione enim perficiuntur in vnum iuxta prouerbialem Philoſophorum, ſententiã ex vno ab vnoque incipiendum, & ad vnum deſinendum eſt, quamuis quam plurimas alias operationes ſimilitudinarie deſcripſerint Philoſophi prout & nomina multa diuerſaque

uerſaque

utraſque attribuerunt eorum magneſiæ; quandoque enim locuti ſunt de ipſa nomine omnium metallorum. Interdum verò nomine omnium ſpirituum: & aliquando nomine vegetabilium: nonnumquam etiam animalium: ac ſæpe nomine omnium colorum: & aſtrorum errantium, aut ſyderum circuli æquinoctialis: horum tamen nullum eſt proprium ac ſimilitudine illius per quod nominatur magneſia, quandoque per characteres, inſignesque figuras, præter fabulas, quarum Poetæ aſſumpſere occaſionem vt arbitror, ne res ſublimes ad plebem ignobilem deuenirent, idcirco ſub extraneo cortice ſuppoſi torum ſuauiſſimum ſuccum recondiderunt: vt legentium animi tanta operũ, & nominum multitudine diſtrahantur à magiſterio & nunquam tam denſis tenebris lucem conſpecturos ſe confident: nimirum ſi fatui non intelligunt, & in ſuo labyrinto perpetuo errant, at ſi filo Ariadneo Theſei vterentur facile ſe explicarent: hoc eſt filum doctrinæ quam paucis ſecretis verbis in tabula ſmaragdina ſcripſit Sapientiſſimus Hermes Trimegiſtus, ſapientibus tamen ſolis ceu muſarum cultoribus aperuit eam, vbi incepit verum ſine mendacio, certum & veriſſimum quod eſt inferius eſt ſicut quod eſt ſuperius, & quod eſt ſuperius eſt ſicut quod eſt inferius ad perpetranda miracula rei vnius &c. Si quis voluerit reliqua Hermetis verba ſcire recurrat ad eius ſcripta in quibus ſecreta philoſophici magiſterij prodidit, ea enim breuitatis gratia omitto: verum ad eius confirmationem audite Bernardum Treuerenſem Comitem opus noſtrum fit ex duabus ſubſtantijs, naturisque mercurialibus vnius radicis, ſiue eſſentiæ acceptis omnibus crudis e minera tractis, mundis & depuratis iunctis per ignem conuenientem prout requirit materia, atque continuum expetit ignem donec ex duobus vnum fiat quæ innuit auctor ipſe fuiſſe antea in vnum & idem adinuicem femina naturaliter vnita nempe ſulphur & argentum viuum duo metallorum femina inſtar maris & feminæ iccirco Comes in Epiſtola ad Thomam de Bononia Caroli Octaui Francorum Regis medicum, ait Philoſophi aurum in quo actiuiora ſunt elementa tanquam ſemen maſculinum cum argento viuo in quo paſſiua ſunt elementa &c. Ex his comprehenditur apertè demonſtraſſe Comitem vigere in auro ſemen, quod Heraclitus appellauit animam, ſpiritumque auri, qui nil aliud equidem eſt quam igneus vapor in hoc Imitatus eſt Ariſtotilem vbi in quarto Metheororum in principio inquit generari metalla ex duplici vapore: cuncta hæc aſſeruit, licet vario modo dicendi, Raimundus Lullus in Therica teſtamenti, capite octuageſimo tertio ſic proferens Anima eſt in ſemine ſicut magiſter in ſuo artificio: quod fuſius in compendio tranſmutationis animæ metallorum repetit materiam lapidis eſſe animam metallicam, & menſtruum noſtrum rectificatum & acuatum ſeu lunariam cælicam mercurium vegetabilem ortum à vino rubeo vel albo: Verumtamen ne aliquis ratione ſtupidus decipiatur & à veritatis ſemita detorqueatur, hinc pecuniæ iacturam faciat corpusque & animum affligat, admonere velim locutum fuiſſe Raimundum ſimilitudinarie cum vinum non ſit proportionatum generationi metallicæ, iccirco Antonius ab abbatia ſacerdos in ſecunda epiſtola inſinuat ſpiritum e vino relatum à Raimundo elici ex cauernis terræ prout mineralia cuncta: quapropter pro vino intellexiſſe cenſeo materiam metallicam: naturaliſſimum enim eſt vnum-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quodque generate quale ipſum eſt, nam ſecundum proprietatem materiæ erit ei appropriata certa forma ſecundum ſuam actionem teſte Philoſopho in ſecundo Phiſicorum, & in ſeptimo Metaphyſicorum. Omne genitum à ſuo ſimili: prout & in quarto de Generatione animaliũ: necnon ſecundo libro de Anima dixit, quemadmodum ex animalibus animalia, ex plantis plantæ, idẽ pro comperto habetur euenire metallis: Quod aſſenſit Petrus Bonus Ferarienſis Medicus, & Philoſophus multæ æſtimationis ſuis temporibus, eius libro Margaritæ prætioſæ, prodidit quod generatio metalli noui fit ex alio metallo: & Democritus Abderita libro de arte magna, ſiue de rebus naturalibus ait, natura lætatur natura, & amplectitur eam: quamobrem conſequitur magiſterium philoſophorum fieri non poſſe commiſtione alicuius extranei, ſed ex proprio ſemine metallico terræ philoſophicæ per artem pręparatę immiſſo: idcirco Arnaldus Villanouanus inquit mercurius cum terra coniungitur: & Parmenides exclamat, accipite argentum viuum, & in magneſiæ corpore coagulate: hæc autem magneſia philoſophica ex mente Hermetis vnica eſt continens in ſe ſpiritum animam & corpus: Hæc eſt KaKimia immatura, cuiuſcunque metalli minera ſeu ſemiperfectum metallum quod ad huc in ſuo primo ente vt infans in vtero matris delitеſcit, conſenſit cum Parmenide Alphidius philoſophus dicens congelate argentum viuum cum corpore magneſiæ: Hoc philoſophorum compoſitum cuncta continet metalla virtute potentia & ſimilitudine quadam: Verum non intellexerunt philoſophi argentum viuum: quod vulgo videtur neque magneſiam vulgarem; ſed per argentum viuum habuerunt humiditatem illius miſtionis quæ eſt humiditas radicalis lapidis philoſophici, & per magneſiam indicarunt totam miſtionem de qua extrahitur iſta humiditas quæ argentum viuum noſtrum vocatur, hæc equidem humiditas currit in igne, & in eodem igne totum compoſitum diſſoluit, congelat, denigrat, dealbat, rubificat, & perficit: colligitur itaque tum ex prænarratis, cum etiam ex Raimundo Lullo in Theorica teſtamenti capite vigeſimo nono: magneſiam philoſophicam eſſe terram magiſterij dealbatam, & nutritam aqua noſtra vrna, quæ fluit per totum corpus, & in ea iacet ſecretum noſtri argenti viui congelatio, & ex iſto procedit fumus argenti & auri per quem venit omnis color, idem rememorat capite quadrageſimo ſeptimo, quod etiam vberius expoſuit capite ſexagimo primo: Inquit enim aqua noſtra vertit corpus in ſpiritum, & argentum mortuum in ſubſtantiam viuam, & quando congelatum eſt dicitur magneſia, quæ eſt aqua compoſita, & congelata ſcilicet cum terra ſua propria, hæc eſt aqua perennis, & permanens in igne repugnat igni nec timet eum, ea enim eſt ignis, & de natura ignis facta, in igne conſeruatur, & regimen & nutrimentum eius eſt in igne, & in igne perficitur magneſiæ compoſitum, nam terra ſoluitur in igne ab aqua, quemadmodum ait Geber aquæ opus eſt exaltare terram, vice verſa concreſcit aqua ideſt Mercurius permanet mortificatus & fixus cum odore corporis in modum ſalis, ita quod terra & aqua cum cæteris elementis vniuntur ad inuicem ratione ſimilitudinis & ſubtilitatis partium, & reducuntur in vnum perfectiſſimum elixir, naturæ ſalis velocioris fuſionis & penetrationis: dum enim frigeſcit inſtar ſalis concreſcit, igni autem admotus cito liqueſcit prout oleum,

quare

quare tunc appellatur ſal fuſibile,& oleum incombuſtibile, & ſapo ſapientum: quapropter qui abſque ſale minerali & proportionato operatur, is aſſimilatur qui cum arcu ſine corda ſagittare putant: Præterea cum adimpleatur ſola decoctione magiſterium appellatur ars mulierum & ludus puerorũ prout in turba Philoſophorum habetur, hæc tamen ſententia non eſt ita ſimpliciter intelligenda niſi poſt abſolutam lapidis præparationem, & mundationem tunc enim ſola coctione ducitur ad finem medicinæ: cui plura nomina indifferenter poſuerunt Philoſophi, in generali enim vocarunt eam quandoque Elixir; & interdum Alchimiam aut lapidem aut medicinam, hæc tamquam commu nia idem inſinuant vllo diſcrimine, prædicta enim cuncta indicant eandem ſubſtantiam, cum ex vniuoca ſubſtantia conſtent prout apertiſſime ſcripſit magiſter artis Honorius Philadelph. de Florentia, nihilominus diſtant equidem omnia ratione formæ quæ in eis diuerſa fit iuxta temporum & operationum diuerſitatem quibus nomina ſortiuntur diuerſa, & ſi tendunt omnia ad vnum finem: vt gratia exempli ſentiunt Philoſophi omnes Elixir eſſe principium operis philoſophici, hoc eſt matrimonium inter corpus & ſpiritum per compoſitionem vtriuſque aquæ philoſophicæ factum quod alia præcedit: cui ſequitur Alchimia ars hæc eſt modus ducendi Elixir ad effectum. Ideſt opus Alchimicum, quod appellatunt magiſterium noſtrum: lapis autem eſt proprie quando magiſterium eſt factum: exinde Medicina euenit à prædicto lapide perfecto quæ confert ad imperfecta metalla perficienda necnon ad vitam hominum tuendam & ſanandam. De his vero cum mihi ſufficere obiter enarrata viderentur, ne lineas tranſire, impræſentiarum decreueram ipſis finem præſcribere, vbi in memoriam redigi commemoraſſe de ſemine, anima, & ſpiritu metallorum, vnde veritus quod eis forte aliquis inſipiens triobolariſque obſtrepere auderet, & cauillari aduerſus hanc opinionem reclamans anima & ſpiritu; necnon ſemine carere metallica, lapides, & quamlibet terram mineralem: Exiſtimaui congruum fore cuilibet tacitæ obiectioni occurrere vt quælibet ſoluatur ambiguitas vt in ſequenti.

Vtrum ſemen cum Spiritu & anima inſit metallis & lapidibus. Cap. VI.

QVandoque enim huiuſcemodi farinæ homines in rerum mineralium ignoratione verſatos audiui vana Poetarum dicta ferentes: nam cum Poetæ conſueuerint metalla fabulis appellare ſilentia, hi poetarum apologis decepti exiſtimarunt mortua indicari ea, nullamque producendi ſibi ſimilia poteſtatem habere. Verumtamen reminiſci animaduerto eos illam prouerbialem ſententiam. Videlicet multa poetis ceduntur quæ tamen non creduntur, vt Catonis carmina dicunt, nam miranda canunt ſed non credenda poetæ, magis enim fictis, & fabulis incumbunt Poetæ iuxta eorum denominationem: nam poetæ nomen eſt deductum à Græco ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, quod eſt effingo iccirco legitur in Horatium Pictoribus atque Poetis quidlibet au-

dendi ſemper fuit æqua poteſtas: Præterea in libro primo metaphyſicorum cap. I. dixit Philoſophus, ſed ſecundum prouerbia multis in rebus mentiuntur poetæ: his licet admoniti non acquieſcunt quinimo inſurgere conantur alijs rationibus quæ vt fulciantur ſcriptorum auctoritates celebrium ſuggerunt easque omnes vtriuſque ſectæ, tum aſſentientium prædictis cum & diſſentientium ab eis collexit Gabriel Falloppius longo ſatis diſcurſu, nihilominus diſſentientium quales ſint in medium afferam, illas enim potiſſimas eſſe perſuaſi ſunt ipſi arguere quod ſemen anima, & ſpiritus non reperiantur in lapidibus, & metallis & eo minus in alijs foſſilibus mineralibus ſic igitur aiunt, non dari præterquam triplicem animam, videlicet Homini Animalibus, & Plantis teſte Peripateticorum principe libro ſecundo de Anima: Idem eſt legere in Galenum libro quinto, & ſexto atque nono de Hippocratis, Platoniſque decretis: vbi tripartite diſtinxit animam appellans diuinam animam intellectiuam, qua ratiocinamur: hæc quippe homini tantum ſuit à Deo maximo infuſa. Quamobrem crediderim neminem mentis lumine adeo obcecatum eſſe, vt in animo concipere auderet, hanc animam eſſe in lapidibus uel metallis quod falſiſſimum eſſet, nec eo minus deſiperet qui exiſtimaret animam ſenſitiuam, et motiuam exiſtere in foſſilibus nempe lapidibus et metallis minime enim dubio conſtat, deſtituta eſſe motu & ſenſu prorſusque eis carere; quibus porro ac proprie animalia prædicta ſunt: animalia dicuntur ab Ariſtotile libro præcitato textu ſextodecimo. omnia quæ mouentur & mutant locum, uerum etiam quæ ſenſum habent, quamuis non moueantur ibidem Auerroes attulit exemplum ſpongæ maris & inquit multa ex habentibus teſtam quæ habent ſenſum tamen non mouentur, & dicuntur animalia: Quatenus inde ſpectat ad tertiam, Videlicet animam uegetatiuam aſſerunt eam non habere lapides neque metalla cum careant conditionibus animam uegetatiuam ſpectantibus augmento ſcilicet & nutritione non enim ut plantæ, & animalium inſtar nutriuntur metalla: Iccirco Galenus ſecundo commentario in librum Hyppocratis de Humoribus ſententia trigeſima ſeptima quemadmodum terra arboribus ita animantibus eſt uenter: inquit ut Arbores alimentum è terra per radices trahunt ita omnes particulæ à uentre per uenas: idem prodidit Ariſtotiles lib. ſecundo de Anima textu ſexto. Hinc arguunt cum ſaxa metallaque deficiant prædictis inſtrumentis conſequitur haudquaquam nutriri, neque proprio animæ alimento augeri poſſe: ſi uero augeantur metalla lapideſque ſupponunt ipſi diſſentientes eſſe augmentum improprium, extrinſecumque per iuxta poſitionem partium, quando pars parti additur, quod patet in unionibus & in lapide renum & ueſicæ: plantæ autem & animalia nutriuntur ab intrinſeco principio, hoc eſt uerum augmentum & proprium animæ: Hãc Stoici appellarunt naturam qua ſtirpes, animam uero qua animantes gubernantur, utriuſque uerò ſubſtantiam innatum eſſe ſpiritum inſinuarunt teſte Galeno coment. quinto in librum ſextum Hyppocratis particula quinta de Vulg. morb. ex quibus conſequitur quod omnia quæ carent anima ſint etiam ſpiritu priuata; cum enim ſpiritus ſit inſtrumentum animæ ut prodidit Galenus libro tertio de loc. affect. capite ſeptimo, ac libro quinto de ſimplicium medicamentorum facultatibus capite nono: Præterea

quæ

Digitized by Google

quæ augentur per additamentum ſunt abſque ſemine: prorſus itaque deficiunt lapides metallaque anima, ſpiritu & ſemine, eiuſdem opinionis uidetur Ariſtotiles quarto metheororum textu quinquageſimo tertio ubi ait metalla eſſe inanimata, cui aſſenſit Falloppius, his quoque fauet Georgius Agricola libro tertio de ortu & cauſis ſubterraneorum & in quarto repetit Foſsilia non habere ſemē ac penitus expertia eſſe anima & ſpiritu, ait uero; ſed calori & frigori præbent materiam: quod prius nobis tradiderunt Auerroes & Ariſtotiles in quarto Metheororum aſſerentes calorem naturalem eſſe formam rei ſiue in gradu formæ. Similiter & frigiditatem aliquo modo: Eiuſdem opinionis legitur fuiſſe Empedoclem in uigeſimaquarta ſectione problematum Ariſtotelis, Problemate undecimo: Propterea cum ex præhabitis maxima deprehendatur differentia inter generationem lapidum metallorum & animatorum. Non ualet inquam dicere lapides & metalla generantur ergo habent animam; nam ea deſtituta ſunt, uerum eis inſunt aliæ formæ ſubſtantiales uirtutibus cœleſtibus & proprie elementorum commiſtioni attributæ: Vnde Philoſophus ſummus ille naturæ ſpeculator ait in quarto Metheororum textu quinto; elementum eſt cauſa generationis prima antecedens operans, in compoſitis eſt ignis: & uigeſimo octauo textu proſequitur ita quando complexionantur humidum & ſiccum, patiuntur unum ab alio & areſcit tunc humidū, & humeſcit ſiccū, & humidum remollit ſiccum quouſque conuertatur in uiſcoſum ſicut glutinum: prout accidit farinæ quando admiſcetur aqua miſtione forti, iuxta ſententiam Auerroes in Ariſtotelem ſiccū uero agit in humido, ita ut recipiat corporeitatem & unitatem, ut difficile ſeparetur, conſequitur itaque quod humidum & ſiccum ſint principia generatorum corporalium; dum in generatione patiuntur per operationem uirtutum actiuarum quibus fit admiſtio, & complexio cuncta uero hæc perficiuntur decoctione per calorem naturalē: quæ à Philoſopho uocatur Pepanſis, ideſt digeſtio: ea enim eſt perfectio generati & ipſius forma, & natura.

Cum uerò ubique ſint reſponſiones oppoſitū prædictis conſtare ab eis percipere licet qui aſſentiunt lapides, metallaque habere animam ſpiritum atque ſemen: hæc quamplurimis rationibus & auctoritatibus probare nituntur & in primis adducunt opinionem Democriti Abderitæ libro de Arte magna; ipſe enim ait efficientem cauſam immediatam non modo lapidum eſſe uegetatiuam animam, ſed omnium etiam quæ ſub Lunæ globo reperiuntur porro cuncta uoluit eſſe animata: conſenſit cum eo Albertus magnus, libro primo de metallis capite tertio: Demum exclamant quod lapides; metallaque habent animam cæteraque quemadmodum omnia miſta: nam quæcumque miſta ſunt generantur & corrumpuntur; generare autem eſt opus naturalis caloris, qui aut anima eſt, aut non ſine anima ueluti habetur à Galeno quinto libro de ſimplicium medicamentorum facultati: Verum ubi eſt anima eſt etiam uita: miſta igitur omnia uiuunt aut ad uitam properant iuxta mentem Anaxagoræ: eiuſdem opinionis fuit Plinius dicens in Proemio libri duodecimi: Reſtant neque ipſa anima carentia quandoquidem nihil ſine ea uiuit terra edita ut inde eruta dicantur: ac nullum ſileatur rerum naturæ opus: & præ cæteris recentioribus fuit Hieronymus Cardanus de ſubtilitate rerum libro quinto de

mixtis

mixtis aſſeruit omnia miſta non modo uiuere uerum etiam morbis corripi, & ſenectute atque morte. Vnde exemplum attulit de magnete, cuius facultas eſt alacriter attrahere ferrum. Verumtamen temporis decurſu ſenio factus & vita extinctus lapis iſte non trahit ferrum cum nil aliud ſit vita quam operatio animæ tantummodo enim viuentia operationem habent: Præterea generantur metalla, & ſaxa, nutriũturque, & nutrimentũ non fit niſi ab anima quæ eſt immediata cauſat. Efficiens & quod habet animam viuit: at ſi vere nutriri negent diſſentientes ab his concedent ſaltem generari, nihil vero generatur niſi ab anima, ea enim ſola miſcet, & generatio fit per miſtionem, & miſtio fit à calore qui aut eſt anima, aut adæquatum animæ inſtrumentum idcirco inquit Hippocrates animam nil aliud eſſe quam cæleſte illud calidum quod omnia miſcet: idem aſſenſit Ariſtotiles vbi aſſeruit ſpiritus habere proportionem quandam cum elemento ſtellarum, quapropter conſpicuum eſt lapides metallaque generari, & miſta eſſe elementis à calore, principia enim generationis ſunt calor cœleſtis & elementorum humidum; propterea neque in glacie quia nullus calor, neque in arena quicquam generatur quia humido omni caret; altera enim harum qualitatum agens. Altera patiens eſt. Eadem miſta habent venas & inſtrumenta nutritionis & meatus nõ laxiores quibus facile poſſumus perſuaderi non aliter quam plantas & oſſa in animalibus, nutriri lapides atque metalla, nam ſi per additamentum augerentur, vt aliqui dicunt his haud quaquam indigerent: Præterea verò conſtat experientia lapides nutriri proprio intrinſecoque alimento quod eſt ſuccus lapideus propria lapidum materia quemadmodum Falloppius tractatu de foſſilibus aſſen ſit ex prædicto ſucco lapideo generari ſaxa: Idem voluit Georgius Agricola in quarto libro de natura Foſſilium. Vnde neceſſario habent in ſe meatus per quos recipiunt nutrimentum: Præterea ſcire licet oriri animalia in ſaxis à quibus alimentum exſugunt augentur, & ſic in eis vitam degunt: Reperiuntur enim mari propè litus in medio ſaxorum intruſi piſces quidam tenui teſta inuoluti è genere concharum quas balanos, & glandes appellant à ſimilitudine glandium enim quercus formam referunt: & enim dactylorum palmæ fructuum oſſa partim æmulantur euenit, quod vulgus vocat dactilos huiuſcemodi cõchilia: magnitudine ſunt parui digiti attamen reperiuntur ex eis magna, parua & mediocria in medio ſaxorum incluſa, vt fœtus in ventre: Quare ſi ad conchilia in ſaxis ſolidis occulta tranſigit alimentum argumento eſt ſaxa habere poros per quos ſubminiſtratur alimentum, quod intrinſece fluit, quamuis duriſſima, ſolidiſſimaque ſint hæc ſaxa ac ex vna, & æquali ſubſtantia denſa conſtant intus, & extra vti plane conſpicimus; nam qui huiuſmodi dactilos indagant, cum eſui conuenientes lautique ſint, & guſtui ſuaues, nituntur ferreis maleis frangere ſaxa, quibus incluſi ſunt, alioquin venatores ab eis ob ſuam duritiem dactilos eruere non poſſent: at ſi per additamẽtum poſita, & facta eſſent ſaxa neceſſario ſequeretur vt plurimis corticibus conſtructa eſſent prout vniones ſunt, & lapides renum aut veſicæ; Præterea aſpera atque fragilia exiſterent ſaxa facileque comminuerentur ſi per additionem partium conſtarent, veluti tophi, & lapides arenacei, in quibus corpuſcula diuerſa equidem conſpiciuntur aggregata per additionem ob id facile

com-

comminuuntur in arenam, ex qua ſunt facta: lapides vero ſaxaque prædicta generantur non per additionem at ex vna æquali ſubſtantia ſucci lapidei ex duplici vapore procreari ſicuti, & lapides præcioſi atque metalla licet differenti ac puriori temperamento, iccirco in metallis, & lapidibus reperiuntur partes ſimiles, in plantis vero arboreis diſſimiles ſunt & diuerſæ complexiones ſicut cortex fructus & talia inter ſe differentis temperamenti: de quo hic nõ eſt differendum: quod vero nobis datur cernere, quod rurſus inſtaurantur lapides ſaxaque comminuta ac eorum fouea lapide eiuſdem ſpeciei repletur, & in priſtinum ſtatum reducta tempore conſpicitur, at ſi renouatur, quod iam ablatum, & deperditum erat, indicium eſt in eis operari animam vegetatiuã: Verum nonne regenerantur continuo ſulphur Bitumen, cæteraque metallica auctore Strabone ipſe prodidit efodi ferrum Inſula Ilua nunc vulgo dicta Elba in Hetruria ac inde in ea regenerari ait: iccirco Virgilius libro decimo Aeneidis ſcripſit, At Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis. Idem aſſeruit Falloppius libro de Thermalibus aquis cap. quinto dicens, perpetuare hanc fodinam ferri & abſque intermiſſione eſſe perennem. Quare Illuſtriſſimus, & Sereniſſimus Archidux Florentiæ maximum ex eã habet prouentum: porro experientia habetur idem euenire de Sulphure; halituoſum quippe eſt ſulphur quinimo inter primarios ſpiritus chymicos connumeratur quemadmodum, & argentum viuum, & arſenicum hæc ſunt ſpirituum compages, & habent in ſe quendam ſpirabilem calorem, vegetumque ſpiritum auri & argenti ſemen: experimentum in conſpectu atque oculis omnium habemus quod aqua thermarum ſulphurea, dum è ſuo fonte naturali ſcatet, calida eſt, & halituoſa, ſi vero diu hauſta extra alueum teneatur aut lõgius transferatur ob exalationem ſpirituum frigeſcit, & amittit proprias facultates, & iterum ſi calefiat igni vaſe aperto eo magis euaporant aquæ ſulphureæ ſpiritus innati qui ſunt inſtrumentum proprium formæ thermarum in omnibus ſuis facultatibus: ſicuti de lacte, & de ſemine dicimus: quapropter. Falloppius tractat. vt ſupra capite octauo inquit; ſi refrigerari accidat mox iterum incaleſcat aqua ſulphurea non præſtat eos vſus ſulphuris quos antea, iam enim ſuos amiſit vapores: qui penitus cum calore naturali deperditi ſunt: neque extraneo reddi poſſunt: memini huiuſcemodi exemplum haberi ex vulnerato in capite quemadmodum ſcripſit Galenus libro ſeptimo de Hyppocratis, & Platonis decretis capite tertio vbi ait cum ex vulneratione capitis ſpiritus fuerit euacuatus illico animal quaſi mortuum collabitur: iccirco Raimundus in libro ſecundo teſtamenti nouiſſimi inquit anima eſt calor naturalis; qui eſt colligatus in prima eſſentia elementorum argenti viui: prædicta igitur cuncta indicant in materia tum lapidum cum etiam metallorum exiſtere animam tanquam virtutem ſeminariam, quæ agitat materiam vt generentur lapis & metalla iuxta eorum proportionem quemadmodum eſt in ſemine animalis, & in ſemine plantarum, ex vno enim ſi agitetur à propria virtute generatur animal, ex altero que producuntur plantæ: Idem de metallis euenire ſatis equidem conſtat: animam vero lapidum, & metallorum nuncupauit Auicennas virtutem mineralem, ſeu metallicam inſitam in materia ex qua generantur, aſſerens eam eſſe cauſam efficientem immediatam, cui aſſen-

ſit

Digitized by Google

ſit Albertus dicens immediatum efficiens eſt facultas lapidifica inſita materiæ ex qua generantur lapides. Quare imitatus eſt Galenum ipſe enim vocauit oſſificã facultatẽ illã quæ producit oſſa quemadmodũ carnificã, & neruificã,& ſic de aliis: ita quod ex ꝓhabilis plane deprehẽditur, cauſam generatiuam eſſe virtutem vniuerſalem in omnibus at propter diuerſitatem rerum generatarum diuerſis exprimitur nominibus: eiuſdem fuit ſententiæ Nicolaus de Cuſa Cardinalis vtriuſque Iuris Doctor in omnique Philoſophia eruditiſſimus vir libro de viſione Dei cap. vigeſimo quarto inquit ſic experimur vim quandam mineralem quæ & ſpiritus dici poteſt in viſceribus terræ eſſe, & illum in potentia eſſe vt fiat minera lapidis, aut in potentia eſſe vt fiat minera ſalis,& alium,vt fiat minera metalli,& varios eſſe tales ſpiritus ſecundum varietatem lapidum ſalium, & metallorum: ſic quidem de ſpiritu vegetabili, & ſenſibili experimur: cum hoc Illuſtriſſimo Viro egregioque ſcriptore conſenſit Marſilius Ficinus libro tertio de Vita cœlitus comparanda capite Vndecimo dicens. Vita quidem mundi omnibus inſita propagatur euidenter in herbas, & arbores quaſi pilos ſui corporis atque capillos, tum & inſuper in lapides,& metalla prout dentes & oſſa: & capite tertio eiuſdem libri iam dixerat: ſed quæres interea ſi elementa atque animantes generant aliquid ſibi ſimile ſuo quodam ſpiritu cur lapides, & metalla non generant quæ inter elementa,& animantes media ſunt: quia ſpiritus videlicet in eis craſſiori materia cohibetur qui ſi quando rite ſecernatur ſecretuſque cõſeruetur tamquam ſeminaria virtus poterit ſibi ſimile generare ſi modo materiæ cuidam adhibeatur generis eiuſdem qualem ſpiritum Phyſici diligentes ſublimatione quadã ad ignem ex auro ſecernentes cuiuis metallorum adhibebunt viuum efficiẽt: eiuſdem mentis legitur fuiſſe Ioannem Farnelium libro ſecundo de abditis rerum cauſis, capite decimo octauo: vbi ait nihil eſt in vlla naturæ parte, quod in ſe generis ſui ſemen non contineat cum his conſenſit Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ, & Cõcordiæ Dñs libro ſecundo de auro capite octauo aſſerit fieri aurũ ex auri ſemine quod ſic appellauit vim prolificã, ea enim indita eſt cuicunque rei naturali tanquam virtus quædam vt ſe propaget: Modum autem quomodo eliciatur ab auro ſemen plane docuit Farnelius loco præcitato quem vnuſquiſque oculis percurrere poterit: plurimi alij adducti ſunt in hanc opinionem Platonis auctoritate quæ maioris ponderis ſemper apud me fuit, cum præſertim in ea aliquid plus energiæ & latentis doctrinæ deprehendatur quam ab alio, aſſeruit ipſe in rebus inueniri ſpiritum quendam medium elementis præſtantiorem quodammodo ac cœleſtem qui ſecuncundum merita materiæ infunditur & res naturæ operatur: à Platonis ſententia non procul receſſit Ariſtoteles ipſius diſcipulus & ſi alijs verbis ſuam explicauit quæ tamen eodem recidunt, nam libro octauo Phyſicorum tex. primo. Vtrum autem aliquando factus ſit aliquãdo motus addit ſed erat ſemper & ſemper erit hoc immortale: & ſine quiete exiſtit in his quæ ſunt, vt vita quædam natura ſubſiſtentibus omnibus: idem voluit Raimundus in Theorica teſtamenti cap. vigeſimo quinto: idem appellauit Hyppocrates animam mundi quam dixit collocaſſe Deum in medio vt per medium tenderet: hæc iuxta Ficinum vbique viget per ſolem præſertim ſuam paſſim explicat

communis

Digitized by Google

communis vitæ virtutem & per omnia dilatatur: & approbatur eadem opinio per Hermetem qui prodidit Cœlum, videlicet calorem cœleſtem aſtrorum eſſe cauſam generationis: nam ſol & homo generant hominē vt aſſenſit Ariſtoteles ipſe qui & ſecundo libro Metheororum addit cauſam ferueſcentiæ aquarum thermalium quamuis ex natura frigidæ ſint ab agente feruētiſſimo procedere vt puta ab igne elementali in ſublimiori loco ſito puro ſinceroque exiſtenti ob reflexionem radiorum ſolis concitato in ſuperficie terræ tum à vento, ſeu halitu calido & ſicco continue moto, ità fit inferior & ſubterraneus ignis qui ſummus eſt veluti ſuperioris feruor ex quo ſic continuo calefiunt aquæ; Philoſophi ſententiam ſecutus Gabriel Fraſcatus libro primo de aquis medicatis Returbij in agro ticcinenſi cenſuit calorem cœleſtem & naturalem non a caſu, ſed à Deo factum eſſe & vbique exiſtere ſpiritualem cauſam efficientem vniuerſalem generationis omnium rerum a ſole potiſſimum per elementa diffuſum, vnde cum cæteris mundi elementis perdurat calor ſiue ſpiritus iſte cœleſtis ſe ipſum iugiter vi ſua fouet, aquas thermarum calefacit: producitque mineras & formam impertitur non modo miſtis imperfectis terræ plantis omnibus animalibus a putredine ortis ſed in ſemine ſpumoſoque corpore continetur tanquam Artifex ſupremus intelligentia ſua non errante omnia producens & formans. Vnde Lucretius poeta vetuſtiſſimus ſcripſit libro ſecundo de rerum natura. Denique cœleſti ſumus omnes ſemine oriūdi: Calor itaque cœleſtis & naturalis eſt anima mundi eadem natura hæc eſt natura miniſtra Dei Omnipotentis ſagaciſsima, a qua prudentiſſime factum fuit vt vbique generationes rerum perpetuarentur, tam infra terram, quam ſupra ex elementorum omnium adinuicem commiſtione.

Multi præpoſtere pronuntiarunt Philoſophorum ſententias. Cap. VII.

ET ſi ex placitis vtriuſque ſectæ prænarratis viſum eſt aliquibus diſſidere inter ſe Philoſophos varijſque notari opinionibus ab eis, qui vni aut alteri fauent, eorum vero plurimi peccant vel ſaltem in æquiuoco laborant: præſertim inſulſe exiſtimantes metalla, & ſaxa citra naturæ opificium perfici poſſe cum vnicuique rei formam tribuat ipſa: quapropter non æque, ſed tetrice Ariſtotelis auctoritatem adducunt illi aduerſus Platonis præceptoris mērem, quinimo repugnant etiam Ariſtoteli, verborum ipſius ſenſum peruertendo cum enim eius ſententiam non bene ſentiant, nam ſæpe Ariſtotiles arguit contra verba Platonis, ſed non contra eius intentionem, cum alioquin capiendus ſit ſenſus verborum Platonis teſte Diuo Thoma libro tertio de cælo & mundo Tex. 161. idcirco iudicio claudicant, memoria vacillant: deceret autem eos lapide lydio exactius quærere quæ ſenſu conſtant, & rationi conueniunt vt veritatem perſcrutarentur ac eius nucleum ex tot difficultatum tenebrarumque calice extraherent: huiuſcemodi vero hominibus ſufficit obſtrepere tantum, & aliquid de ſe iactanter pronuntiare vt ex coeto Peripateticorum

ripateticorum proficiſci videantur, at ſuppoſitos autumo eos, ac mente captos in labyrintheos flexus vagari: non enim recte animaduerterunt Ariſtotilem vbi in quarto metheororum metalla appellauit inanimata, nam de tribus analogice diſcurrit, & primum de homine, & de partibus eius vt puta membris: inde de plantis: demum de corporibus late coagulatis: iccirco inquit, quod partes omnes corporis, ſcilicet hominis viui terminatæ ſunt operi ſuo: vt oculus videre, pedes incedere, & manus operari; & ſic de ſingulis intelligendum cenſeo verumtamen hoc munere deſtitutæ ſunt partes quando ex corpore mortuo, aut lapideo, aut ligneo prout arte conſtant: manus enim mortua non eſt pars hominis omni modo cum non poſſit complere actionem ſua neceſſariam, & eo minus lapidea vel lignea teſte Philoſopho libro ſeptimo Metaphyſicæ textu trigeſimo nono idipſum innuit accidere plantis ſi eædem tempore diminuantur conſeneſcant, & peteant aut ſi è terra euellantur, aut reſcindantur à radicibus aut à ſuis pediculis tunc enim ſegregantur à ſuis inſtrumentis quibus alimentum haurire à terra, ac eodem viuere, augeri & vegetare conſtitutæ erant à natura: alioquin autem vita deſtituuntur, pereunt, marceſcunt aut areſcunt, & deſinunt naturaliter operari, quemadmodum nec planta in lapide ſculpta vel pagina picta: eodem modo demonſtrauit Ariſtotiles euenire corporibus à calido & frigido, & à motibus ab his miſtis coagulatis; hæc ſunt metalla, quæ vbi extra fodinam excauentur à ſede ſua naturalique matrice ſegregentur naturæ tutelam prorſus amittunt; qnamobrem tunc inanimata reſpectiue appellauit ea Ariſtotiles nam pluribus in locis conſueuit ſimilitudine loqui & ſi metalla à minera diſiuncta dixerit eſſe inanimata, tanquam partes ſeparatas à corpore oppoſitum quippe intelligi voluit de metallis in cuniculis terræ exiſtentibus vt in ſua matrice vbi natura generauit ea, & continuo generat: vnde proſequitur dicere Philoſophus velut æs & argentũ: omnia enim potentia quadam ſunt aut faciendi aut patiendi tandem in calce ferè eiuſdem poſtremi texti ait. Et cauſæ generationis partium conſimiliũ quæ ſunt partes animalium; & conſimilium quæ exeunt de terra ſunt in genere vno, & hoc eſt calor, & frigus & ſiccum, & humidum: & natura operãs; quam non vnam ſed omnibus propriam eſſe attributam eamque non parum at toto genere differentem recenſuit Galenus in com. ſexti libri Hippocr. de morbis vulg. & libro primo methodi medendi capite ſecundo ex mente Platonis, & Hyppocratis nobis conſuluit perpendere totius naturam vt ipſius animam agnoſcamus: Præterea de eadem natura legitur meminiſſe Philoſophũ libro ſeptimo Metaphyſicæ textu vigeſimo ſecundo vbi dixit omnes actiones aut ſunt potentia aut arte aut cogitatione, &c. his conſpicuum habetur per potentiam innuiſſe virtutem animatam, & naturalem. Idem voluit Auerroes ibidem, & in com. trigeſimo ſexto ſecundi libri Ariſtotelis de anima dicens. Illud propter quod natura agit videtur eſſe animam non ſolum in animalibus; ſed omnibus in rebus naturalibus: verum etiam in com. trigeſimo primo eiuſdem libri dixerat manifeſtum eſt animam eſſe additam formis complexionalibus vt in rebus ſiue ſubſtantijs miſcilibus quæ generantur ex primis qualitatibus quatuor vt in metallis: mox proſequitur quod corpora cœleſtia ſunt illa quæ dant iſtis aliquid loco ſeminum, & virtutum quæ ſunt in

ſeminibus,

Digitized by Google

ſeminibus & omnia ita ſunt virtutes naturales diuinæ generantes: & Ariſtotiles libro ſecundo de Generatione & corruptione textu 58. Inquit fieri generationem adueniente Sole: Idem prodidit Auguſtinus Niphus Sueſſanus in decima expoſitione libri deſtructiones deſtructionum Auerrois, Videlicet ex calore cœleſti diſuſo inter elementa generari animalia ex putredine facta citra marem & fœminam ac prouenire animas appropriatas ad generandum alias formas vt formæ ſunt elementorum quæ fiunt in metallis: quod iterum aſſerit Auerroes libro duodecimo metaphyſicæ com. 18 ex ſolis & ſtellarum calore fieri generationem; non ex igne; ipſe enim calefacit tantummodò deſiccat, & corrumpit, non generat figuram in materia neque formam animatam inducit neque vllo in opere naturæ ingreditur niſi adeo lenis ſuauis atque diligenti Symmetria factus vt calorem naturalem tantum excitare ſufficiat in eis quibus eſt principium naturale tūc enim videntur quædam generari a natura ac ſimul ab arte prout ſanitas quæ fit ab arte, & a natura. Verum non modo in arte medicinæ hoc euenire patet cum etiam in arte culturæ, & vniuerſaliter in omnibus quibus ars iuuat naturā vt ęque voluit Philoſophus ſeptimo libro methaphyſicæ textu vigeſimo nono, & trigeſimo: idipſum aſſenſit Auerroes in comentario: Præterea cōſpicimus pullicenos ex gallinarū ouis naſci aut ſolo naturæ ordine; nā incubāda gallinis ſubijciūtur oua ex quibus tempore excluduntur pulli; aut naturæ opere, & artis auxilio nam citra incubitum educi ſolet fœtus ab ouis terra æſtate concoctis in Aegipto: aut calore fimi pullicies procreatur, aut vaſis quibuſdam tepidis aut alio loco temperate calido aut paleis ſtrato aut furfure triticeo ſi leui igne foueantur quorum fidem nobis fecit Ariſtotiles libro ſexto de Hiſtoria animalium capite ſecūdo, & cum eo aſſenſit Plinius libro decimo capite quinquageſimo quarto & quinquageſimo quinto vbi retulit Liuiam Auguſtam ouum in ſinu fouere: Sed in ordine naturæ tantum calor cœleſtis diffuſus in materia poteſt ex ſe generare; quod eſt proprium Solis, quamobrem veteres ſolem appellarunt dominum vitæ: conſiſtit enim vita, & perſeuerat in calore naturali qui ſuo temperamento concurrit ad generationem; idcirco Ariſtotiles libro quarto metheororum textu vigeſimo ſexto innuens calorem temperatum digerentem que cōcurrere ad generationem prout cœleſtem, & naturalem inquit etiam dictum: eſt quod aurum, & lignum decoquitur, & matureſcit quando generatur: Alia, ſed crimine implicata ac mendo ſubdita ſequuntur quæ non Ariſtotelis eſſe videntur, ſed alterius, corruptus enim textus deprehenditur cum non reſpondeant vltima primis, vnde nobis ſufficiant prænarrata; Etenim Auerroes in commento interpretatus eſt Ariſtotelis ſententiam ſic intelligendam eſſe, Quod maturatio melior fit de animalibus quam de vegetabilibus, & in vegetabilibus plusquam de mineralibus: quare ex præhabitis apertiſſime conſtat, tum apud Peripateticos cum etiam apud Platonicos omnes formas ſubſtantiales inferiorum corporum modo animalium, aut vegetabilium aut mineralium ſubditas eſſe corporibus cœleſtibus ex quibus vt ſtatutum eſt à Deo, producitur virtus ſpiritualis quæ recipitur in omnibus entibus ex eaque euenit perfectio generationis, & formæ quæ finalis eſt cauſa: talis enim eſt ordo naturę ex imperfecto ad perfectum procedere.

De

De radicibus, & venis metallorum, de plantis lapideis, & de vegetabilibus, quæ abſque radicibus manifeſtis vigent. Cap. VIII.

QVatenus vero arguunt non nutriri metalla more plantarum: nam deficiunt inſtrumentis, Videlicet radicibus quibus alimentum hauriant à terra, & per conſequens non augentur intrinſece, niſi extrinſece per additionem partium: & ſi pro ſuo habent Acchille hoc argumentum: nihilominus res equidem ſecus ſe habet, quod vt magis pateat operepræium duco ſcire prius metalla non eſſe facta per poſitionem; ſed generata ordine naturæ, licet motu vulgaribus occulto natura generet mineralia, motu autem manifeſto animantia, vegetabiliaque: quod argumentis nullo modo refellendis demonſtrabitur etiam ad oculum: tria conſtituta fuiſſe principia prout cauſas rerum naturalium, conſtat ex Ariſtotile libro primo Phyſicorum, & Auerroe commento ſexageſimo quinto quibus aſſenſit Diuus Thomas: Videlicet materiam formam, & priuationem; quamuis duo prima ſint, & fiant per ſe ſecundum ordinem: tertium verò dicitur per accidens ea neceſſitate generationis; ſed metalla generantur ex elementis intra terram teſte Philoſopho in principio Quarti metheororũ vbi dixit fieri ex duobus vaporibus ſcilicet ſicco, & humido quibus intelligi voluit terram, & aquam pro ſubiecto admiſcentur, & componuntur hæc a potētijs actiuis corrumpuntur, tranſmutantur, complexionantur, & generantur: dum enim virtutes actiuæ dominantur in paſsiuas ducunt eas ad formam in actu quæ in materia erat in potentia, cum nil aliud ſit generatio præterquam conuerti rem ab eo quod eſt in potentia ad actum, vt recte expoſuit Auguſtinus Niphus in Auerroem: quæ vero ex materia & forma & agente natura oriuntur dicuntur generata, ſed omnia generata nutriuntur eiſdem ex quibus ſunt mediante calore vt inquit Philoſophus libro ſecundo de generatione & corruptione textu quinquageſimo: Conſequitur ergo metalla nutriri ex ſuo proprio alimento intrinſeco: præterea metalla abundant aqua ergo humida ſunt & corpora humida recipiunt augmentum in quantitate & diminutione: nam aqua & aer ingroſſantur & mollia ſunt propter calorem & frigus; molleſactio autem & groſſitudo nil aliud eſt quam augmentum & diminutio eius: conſequitur ergo vere augeri metalla & diminui ex quibus conſpicuum eſt recipere metalla alimentum, quod in totum corpus intrinſece ducitur ac per totum diſtribuitur per radices & venas organa minerarum propria & naturalia quæ facultatem habent ſuam perficiendi actionem, & quemadmodum magnes lapis agit in attrahendo ferrum (vt gratia exempli prodidit Galenus libro primo & quinto de locis affectis capite ſeptimo euenire corpori humano) ſic metallorum facultas attractrix peculiares ſuccos ea alendi gratia appetit & attrahit quod inde alimentum perficiunt aliæ facultates ſiue potentiæ naturales. Verum cum intra terram & circa eam ſit naturalis generatio per ſucceſſionem & in longiſſimis temporibus

multa

multa latent multos præſertim in tam rudi mole in vaſtis montibus eorumque antris exiſtente, qualis eſt in mineris quas pauci agnoſcunt, quinimo eas quam plurimi præ immenſo labore & diſpendio negligunt quamuis ab eis multa colligantur medicamenta: metallorum enim & metallicorum praxis ad publicam vtilitatem, ipſamque medendi facultatem plurimum confert cum nullum fere medicamentum ab eis immune ſit: non itaque mirum eſt, ſi huiuſcemodi homines ex incuria ignorent metalla habere animam vegetandi in mineris, iccirco Auicénas appellauit eam mineralem inſitam in materia minerali à qua aſſumpſit nomen, prout vegetatiua à vegetabilibus: quam ſtoici vt iam expoſitum fuit appellarunt naturam, hæc à ſua ipſius ſubſtantia facultates inducit operandi ea, ad quæ conſtituta eſt: huic ſimilem ſententiam ſcripſit Galenus libro primo de vſu part. Capite tertio vbi recenſuit nequaquam poſſe ſine organis efficere ea: Verum equidem in metallorum plantis inſunt organa & facultates quas Galenus in libro Hippocratis de Natura humana attribuit plantis arborum: vnde defoſſores metallorum quamuis Idiotæ optima experientia agnoſcunt eorum radices & venas, nam ob earum veſtigia reperiunt metalla, & ad ea fodienda ducũtur per venarum ſigna, quare abſque earum cognitione oleum & operam amitterent: ſed parum refert ſi aliquis in hac facultate ſtupidus dixerit nunquam conſpexiſſe metallorum radices neque venas: ſua enim culpa redarguit ipſum, quamobrem non decet vt contendat non poſſe ab alijs ſciri quæ ipſe inertia neſcit: ſciunt autem qui eis verſati operam nauant: vbi vero pertinax adhuc inexorabilisque perſiſteret in eo quod animo obſique concepit, eum admonere velim more humano exquiſitiuſque animaduertere quod Galenus in Hippocratem ſecundo libro de Humoribus non excluſit alimentum, recipere poſſe ſtirpes abſque radicibus; nam quid obſtat tam & ſi non haberent radices cum multæ oriantur plantæ herbarum & fructuum à terra abſque radicibus euidentibus quæ tamen alimentum à terra exſugũt, & ita augẽtur, & vegetant, eo antẽ in loco expoſuit Galenus, q̃d magis vniuerſale euidẽs ac conſuetũ ſit vt plurimũ videri plantas cum radicibus cum multas etiam nouerit ipſe plantas abſque radicibus vigere terra vt indicant ipſius ſcripta: complures igitur ac diuerſæ ſunt ſtirpes abſque radicibus viuentes ſic à natura productæ; harum quædam à terra oriuntur ac terræ tantummodum hærent, quemadmodum lichen humi & in petris oritur, officinis hepatica vocatur, & alia eſt pulmonarie folijs multiplicibus ſquamoſis abſque pediculo, & radicibus, hærent petris vmbroſis quibus viuunt, & vigent, denominatur lichen vna quia lichenas, ideſt impetigines ſanat teſte Galeno de ſimplicium medicam. facultatibus, vbi aſſeruit eam ex genere plantarum recte cenſeri poſſe, Alia vero pulmonaria quia pulmoni conferre repertum ſit: fucus marinus atque muſcus marinus Plinij, multum ſe ipſos æmulantur ambo enim folijs latis fere criſpis, & corugatis abſq; radicibus adhærent ſcopulis marinis intra aquam: Ariſtotiles ſexto libro de Animalium Hiſtoria prodidit fucum marinum eſſe oſtreis, & piſciculis alimentum: meminit eum Galenus de ſimplicium medicamentorum facultat. refrigerare, & deſſicare.

Vireſcit muſcus abſque radicibus qui terræ ſuperficiem occupat, alter mu-

ſcus arboribus adnaſcitur omnibus notus à græcis βρυὸν, & officinis vſnea vocatur.

Plinij Caſſuta officinis Cuſcuta rubens longa tenuiſſimaque inſtar capillorum nullis nititur radicibus, creſcit, & ſerpit humi, quandoque ſi nulla ſublimior planta ſit ei proxima vt inhæreat: vt plurimum vero fruticibus herbiſque innaſcitur, & obuoluitur eis.

Perſimilis cuſcutæ oritur Epithymus ſuper thymũ abſque radicibus, multiplicatur in crines tenuuiores cuſcutæ implicitus ambit thymum tanquam inuolucrum.

Verumtamen quæ alijs plantis adhærẽt earum qualitates concipere atque ſimiles ſecum trahere videntur teſte Galeno; vndecimo libro de ſimplicium medicamentorum facultat. vbi differit de ouorum facultatibus inquit oua non eſſe partes animalium ceu nec arborum fructus, nec grauidarum fœtus; ſed proportione reſpondent quibus agnaſcuntur: quædam plane familiaria, propriaque conſpiciuntur tum plantarum tum animalium naturis, vt ouium lana, & aliorum animalium pili quædam non omnino talia vt viſcum quod agnaſcitur quercubus frutex eſt producẽs ramos folia floſculos, & baccas cũ ſemine radices nullas profert arborum enim ramis adhæret.

Quædam quoque plantæ per ſe demittunt terræ tenuiſſimas fibras vice radicum vt lichenis altera ſpecies.

Oriuntur fungi à terra ſine radicibus quamuis eorum nonnulli inſideant paucis quibuſdam tenuiſſimis fibris deſinunt in breuem ſummitatem latam, & orbicularem inſtar galeri pediculo rotundo craſſoque abſque medula neruo, & vena.

In fungorum genere ſcripſit Rombertus Dodoneus libro quinto de ſtirpiũ hiſtoria eſſe nonnullos globoſæ formæ terrę adhærentes abſque radice pede cauliculoue immunes quos vulgus appellat lupi crepitus.

Petrus Andreas Mathiolus libro Epiſtolarum quarto ſcripſit fungos oriri Boemiæ ſiluis intra terram imbutam ſemine ceruino dum enim coeunt ceruí quandoque fœmina fugit, & ſegregantur tunc decidit ſemen è mentula maris, quod inficit terram, hinc poſt aliquod tempus naſcitur ſub terra fungus globoſus craſſæ pulpoſæque veluti carnoſæ ſubſtantiæ, ac inde cerui inſtinctu naturali ducti ſcalpunt anterioribus pedibus locum vbi latet fungus quem incolæ Venatores experientia excitati eximunt à terra, & pharmacopeis vendunt pro vſu venereo.

Celebres pdicti ſcriptores alia prodiderunt tubera globoſa quę intra terrã orta reperiuntur abſque caule folijs fibris, & abſque capillamentis adnatis, de his tuberibus tractauit Galenus octauo libro de ſimplicium medicamentorũ facultat. ſub nomine Hydna, quæ tubera noſtro vulgari idiomate vocamus tartufle non omnibus ignota, hæc laute eduntur ac magnopere in conuiuijs æſtimantur: porro Galenus ſecundo libro de alimentorum facultatibus c. 68. inquit hæc quoque radicibus aut bulbis ſunt annumeranda: vt quæ nullam qualitatem habent inſignem, & libro de cibis boni, & mali ſucci capite quarto ait quod tuber vocant ſuccum habent craſſiuſculum non malum tamen. Verum cum varia multaque ſint opera naturæ præter enarrata videmus ado-

leſcere

leſcere plantas ex folijs in terram depoſitis quæ inde radices agunt,quemadmodum Indica ficus arboris ſpecies abque caudice, & ramis tota enim planta nil aliud eſt quam ex folijs folia producta.

Aliæ propagines conſpiciuntur fieri ex ſurculis prout maioranæ,aut gariophilotum,florum vetonici coronarij,aut myrti,aut huiuſcemodi alijs, quamplurimis in terram ſatis ſine radicibus, quæ nihilominus emulgent à terra alimentum per ſtipitem; agunt inde radices ad ſtirpis ſtabilitatem,& augentur in maius.

Seruntur in terram taleæ ſalicis aut populi, aut alterius proceri arboris recenter ex arbore abſciſſæ,agunt enim radices,& incrementum accipiunt à terra priuſquam radicibus muniantur alioquin eas non cœpiſſent producere,inde continuo nutrimentum accipiunt, & per ſtipitem, & per radices augentur donec arboreſcant: quapropter,non modo radices à terra exſulgere nutrimẽtum conſtitutas eſſe à ſagaci natura exiſtimo,ſed eo magis ad firmitudinem, & ſtabilimentum plantarum.

Ex præhabitis igitur apertiſſime conſtat originem ducere plantas à terra,& aqua quamuis earum quædam per radices exſugat alimentum a terra: quædã vero ab ea nutrimentum attrahunt abſque radicibus eo modo quo natura muniuit eas facultatibus nutriendi viuendi ac vegetandi: Aliæ quædam ſtirpes vtroque modo habentur, & a natura ita conſtitutæ ſunt: quemadmodum ſupra expoſitum fuit: Cuncta hæc neque caſu eueniunt; ſed habent ordinem naturæ: etenim a natura intentæ ſunt ſpecies omnes: memoriæ autem occurrit maiora referre: veluti quis negabit fungos oriri lapideos in mari cum ſæpe ſint in conſpectu hominum quemadmodum,& coralia, quiſnam adeo ſtultus non nouit ea,cum ipſis etiam vulgaribus ſint nota,coralijs enim ornantur puellæ fere omnes iuueneſque vulgares eodem modo,& vſu,quo nobiliores opulentioreſq; mulieres ſolent geſtare collo margaritas: coraliũ vero eſt plãta marina fructicis forma,habet ramos abſq; folijs tamẽ habet radicẽ rotũdam,& turbinatã prout habet limodorũ, ſiue orobãche dicatur, oritur & creſcit in terra,& ſaxis,ſed in alto maris in lapidis duritiẽ,vt docet experiẽtia pręter huius aſſertionẽ habitam à veterũ ſcriptis: Dioſcorides enim libro quinto medicinalis materiæ ſcripſit coralium appellari lithodendron quod indicat arborem ſaxoſum: idipſum eſt legere in librum Galeno aſcriptum de Anatomia viuorum ex mente Ariſtotelis: eiuſdem opinionis fuiſſe reperio Oribaſium libro decimo tertio, & Paulum Aeginetam libro ſeptimo,necnon Plinium libro trigeſimo ſecundo capite ſecundo,& Auicennam libro trigeſimo ſecundo tractatu ſecundo capite centeſimo,& vigeſimo: atque Serapionem Tractatu de ſimplic. ex plantis frigidis, & ſiccis in primo capite centeſimo de corallo ſiue corallio magis propriè ſed parum refert: non deſunt è Neotericis qui eiſdem aſſenſerint vt Amatus Luſitanus, & Petrus Andreas Mathiolus in Dioſcoridem; de cuius origine Ouidius libro quarto Metamorf. pulcherrimam affert fabulam: cum Perſeus caput abſciſſum Meduſſæ in arenam ſubſtratis folijs,& virgis ad litus poneret,virgæ induruere tactu capitis,quod fieri cum Nymphę pelagi ſpectarent ſparſerunt illas virgas hinc inde per mare; quæ ſemina mãſere coralli. Vnde Poeta cecinit.

Digitized by Google

Quodque vimen in æquore erat fiat ſuper æquora ſaxum, & libro decimo quinto inquit ſic, & corallium quo primum contigit auras tempore dureſcit; mollis fuit herba ſubundis. Veneri ſancratunt veteres Magi corallium tanquam gratiæ: ex frutice fieri indicat eius forma repræſentans fruticem ramis; extant plerique alij quos breuitatis gratia omittere expedit. Memini quoque Androſacem emergere ſuper lapides duriſſimos intra aquam maris prope litus hæc eſt herbula mollis, & vndique flexilis in aqua albicans tota gracilis prout capilli abſque folijs, & ramis neque radicibus munita conſpicitur digitalis altitudinis eſt in cuius ſummitate habet capitellum paruum orbicularem quæ ſi extrahatur ab aqua cum ſaxo in quo orta eſt hinc quocunque loco reponatur aut Soli aut vmbræ non refert, non enim marceſcit; quemadmodum aliæ herbæ ſolent, hæc autem cito dureſcit inſtar fili petrificati, & præ ſua tenuitate facile frangitur, at niſi moueatur vel tangatur diu perduraret extra aquam quod ſæpe experientia me docuit: ex quibus conſpicuum eſt hanc herbam nutriri ſucco lapideo, & in eius ſubſtantiam verticum antea dum recens eſt referat ſimilitudinem herbæ, & tractatur prout herba, ita quod dicendum eſt habere vtranque naturam miſtam: alia etiam vegetabilia ac animalia quædam vertuntur in lapides vi quadam minerali lapidificatiua: hæc autem mira ſunt ſed de his ſatis, iam enim quæ inſtabant omnia diſſoluiſſe equidem me perſuaſum habeo, idcirco quicunque referet animum ad veritatem facile mecum ſentiet quippe metalla generari nutriri, & augeri per venas, & radices ac in eis vigere animam, & ſpiritum: eaque adeo ſub plana ſermonis ſerie ſuperius expoſita ſunt, vt quemadmodum dilucide prodita ſic pro comperto iuxta literam intelligantur: non autem eodem modo haberi poſſunt, quæ à Philoſophis ænigmatice miris verborum inuolucris ſcripta nobis fuerunt: vt elixiris conſtruendi artem occultarent: non ſecus ac ij qui ſub magno palearum aceruo triticum recondunt: vtuntur ipſi nominibus inuſitatis ac perſæpe incognitis aut ſi nota ſint ad aliam prorſus ſignificationem detorta comprehenduntur ita vt peculiari idiomate, quo ſe mutuo intelligāt loqui videantur: prout Ariſtotiles libro de lapide Philoſophorum ei aſcripto inquit, ſanguis eſt anima, & anima eſt vita, & vita lapis noſter eſt: non quod re vera in eo ſit ſpiritus anima, aut ſanguis qualis in homine ſed ſimilitudine quadam non ineleganti: Præterea Diuus Thomas addidit ſuperior pars lapidis eſt ſpiritus, & anima quæ mortificatum lapidem viuificat, & facit reſurgere: hæc equidem pulcherrimæ ſunt allegoriæ, quemadmodum etiam eſt dicere Salamandram ſolo igne viuere: Alecem ſola aqua. Talpam terra, & Chamæleontem ſolo aere. Verum enimuero nulla res elementata viuit ex ſimplici elemento ſed ex his viuit ex quibus eſt compoſita vt ſupra ex mente Ariſtotelis expoſitum fuit quamobrem patet aliud verbis aliud ſenſu diſcrete percipi: nunc vero ab his digredi coactus ſum ne plus opere in acceſſorio quā in propoſito aſſumam. Quare ad ſequentia deſcendere expedit.

Digitized by Google

Piritis Differentiæ. *Cap. IX.*

VT reuertar ad inceptum de Pyrite aduerſus Falloppium inſto auctoritate Vannuntij Biringutij libro ſecundo Pirotechniæ capite quarto de marcheſita quo in loco cenſuit eſſe metallorum mineram: licet quandoque reperiri accidat metallum in alio lapidum genere à natura conglobatum: proprium tamen eſt generari in Pyrite ſiue marcheſita dicatur idem eſt: quippe idem aſſeruit etiam Georgius Agricola Germanus orig ne ſplendidi nominis vir in hac facultate mineralium libro primo de natura foſſilium, ſcripſit enim medium eſt Pyrites quod lapis permiſtus ſit metallo: inde in octauo libro de natura foſſilium quemadmodum, & in Bermannum inquit ex Pyrite conflari omnia metalla: id quoque atteſtatus eſt libro quinto de orm, & cauſis ſubterraneorum ac plurimis alijs in locis ſuorum operum: durus eſt lapis pyrites, vt plurimum cum alter atque pyrites reperiatur mollis, & friabilis qui percuſſionem non ſuſtinet nec ignem edit, hic eſt mixtus materia metallica indigeſta fumoſa ex aduſtione ſulphuris funditur iſte & liqueſcit quemadmodum vnuſquiſque pyrites fundi ſolet: à prædicto tamen pyrite molli nullum elicitur metallum ſed potius euaporat igne, & in Cadmiam eleuatur, lapiſque vertitur in calcem ſubrubeam, & fit diphriges: etſi huiuſcemodi pyrites caret metallo euenit ex incompleta coctione ipſius mineræ quæ non perfecit formam metalli actualem, teſte Diuo Alberto cognomine Magno, libro, quinto de mineralibus: Pirites hic eſt coloris lutei ceu auri calci aliorũ peior quod legere eſt in Pirotechnia loco præcitato: huius dumtaxat conditionis pyritem agnouit Falloppius aliorum ignarus vbi dixit non reperiri marcheſitam in venis cum metallis: nam reperitur marcheſita ideſt Pyrites alter durus qui continet aurum alterque argentum vterque æs habet quod in omnibus, vt plurimum ſuperabundat quamuis, & vnum aliquando metallum fortaſſe reperiatur in lapide. Verum etiam reperitur pyrites mixtus cum plumbo nigro, & cum albo atque cum ferro, & quam magis durus grauis ac craſſior eſt pyrites tanto plus metalli continet: reperiturque diuerſi coloris quidam enim pyrites aureo exiſtit colore, quidam vero argenteo fulget, alter colore plumbi & ſtamni, alterque ferrugineo; atro, & violaceo & ſubceruleo ſplendet: quamobrem Princeps Auicennas libro ſecundo tractatu ſecundo, capite 464. differens de pyrite ſub nomine marcheſitæ, quæ idem eſt deſcripſit marcheſitam tot habere differentias quot metalla ſunt ac totidem habere colores, qui eadẽ metalla indicant, vt exempli gratia, marcheſitam auream, argenteam æream plumbeam, & ferream aſſeruit ſingulam aſſimilari cui comparatur in colore, tunc fit vt aliud nomen pyriti particulare additum ſit iuxta metallorum differentias quæ ex coloribus diſcernuntur in lapide prædominari prout memorię proditum fuit à Galeno libro nono de ſimplic. medicam. facultati, vbi tractauit de terra ſamia: Idem cenſuit Georgius Agricola libro decimo de natura foſſil. ita vt gratia exempli Pyrites denominatur ab auro in mixto χρυσιτης à Græcis quod indicat aureariam terram: ab argento autem αργυριτης ideſt ar-

gentaria ab ære χαλκίτης ideſt æraria: à plũbo μολυβδαινα.i. plũbago,& galena:à ferro σιδηρίτης ideſt ferraria: Differt itaque Pyrites à pyrite ob differentiam metallorum:hoc tamen animaduertere operępretium eſt non adeo rubeſcere pyritem ad inſtar æris, licet in eo contineatur æs etſi rubei coloris exiſtit æs quando eſt à terra expurgatum vt notum eſt ſenſu verumtamen non ita rubeum apparet in terra vel lapide potius dicas mixtum : legitur equidem in libro Pyrotechniæ, & in Georgium Agricolam, quod rubeum exiſtit æs ſimplex & nouum, cum eleboratum ſit & ab omni ſorde ac terreſtreitate mundum : idipſumque communiter,& oculatim conſpicitur à quolibet intuenti ; neque obſtat prodidiſſe Plinium libro trigeſimo quarto capite ſecundo, & nono quatuor æris genera videlicet tria recenſuit ſequenti ordine, album argenteo nitori accedens: ſecundum verò aurei coloris : at tertium omniũ magis temperatum : demum inferius indicauit præter recenſita aliud æs hepatis colore quod inde hepatizon appellauit : verumtamen iſta non erant ſimplicia ſed plurium mixtura compoſita : quemadmodum , & Neoterici agunt ; nam & ipſi conſtruunt æs luteum inſtar auri cum tuthia alexandrina aut cum zelamina quod inde appellant auricalcum : verumetiam albo colore inficiunt æs cum Magnete quod Virgilius Oricalcum album vocauit:aut albeſcit æs cum arſenico præparato , vt docuit Georgius Agricola libro nono de natura foſſil. atque alijs coloribus fucant æs ſed iſta omittamus ſophiſmata , & redeamus ad æs purum,& ſimplex:hoc enim eſt rubeum nihilominus tale non conſpicitur in minera præterquam mixtum in colore quemadmodum , & in ſubſtãtia exiſtit cum terra mixtum & immundum: Idem quoque de alijs metallis euenire cenſeo ea enim in Pyrite lapide diſperſa non ita fulgent prout metalla ſimplicia,& à lapide expurgata neque vllum effoditur metallum in corpuſcula neque in bracteas mundum vt fatui putant, & ſi aliquod accidat quandoque reperiri corpuſculum metalli mundum quod perraro contingit vt accidentaliter occurrit ex multis pluuiis, aut aqua fluminis inundantis , & curſu abradentis eum : alioquin vt dixi nunquam excauantur metalla ſimplicia , & munda omnia enim inter ſe admixta ſunt , & confuſa terræ ſiue lapidi dicere mauis iccirco Dioſcorides aſſeruit elici æs à Pyrite lapide hic eſt vena æris ; nam æs in ipſo lapide diſperſum eſt & mixtum, quod fuit cõprobatum à Galeno libro nono de ſimplicium medicamentorum facultati , vbi tractauit de Chalcantho : ait enim elici æs per fornaces à terra minerali quibus aſſenſit Antonius Muſa Braſauolus libro de examine metallorum dicens inueniunt quidem excauantes metalla terræ mixta mox igne probantur , & à ſordibus diuelluntur : idem aſſeruit Falloppius tractatu de foſſil. metalla non oriuntur qualia patent ſenſibus quando traduntur à fabris ; ſed continentur in glebis terræ lapidoſis quas macerant igne,ac terunt,ac eliquant : & ita ſeparantur à terra,fluuntque metalla, pars autem terreſtris remanet : ex his igitur prænarratis ſatis conſtat exiſtere metalla rudia immundaque tenuiſſime diſperſa in molem ipſius pyritis,quemadmodum vitrum in arena,& in lapidibus;etenim lapidis color dupliciter conſiderari debet;& primo ſi ipſius ſubſtantia ſimplex ſit abſque vlla admixtione metallica , referre poterit ſimplicem colorem albicantem vel alium iuxta naturam lapidis. Alio modo ſi cum lapide mixta erit

metalli

metalli ſubſtantia color lapidis refrangit atque diminuit tum æris rubedinẽ, tum etiam alterius metalli colorem, eodemque modo confunditur lapidis co lor ob metalli miſcelam, & fit vtriuſque mixtus color veluti ratio perſuadet. Experientiaque docet ex duobus extremis mixtis reſultare tertium: iccirco metallicus iſte lapis quandoque luteo colore micans conſpicitur, aliquãdo au tem colore cinereo albicante fulget, alterius quoque coloris interdum parti- ceps eſt iuxta naturam metalli, prædominantis, magis & minus ſecundũ ma- iorem, & minorem portionem ipſius mixti cum lapide. Præterea quicquid à natura productum conſpicitur perſæpe artis experientia comprobatum habe- mus quod ſatis patet exemplo calamine cum ſit coloris pallidi ſublutei ſi proi ciatur ſuper æs fuſum commutat ipſum in auricalcum quod eſt coloris lutei adeo quod æmulatur aurum quamuis antea rubeũ eſſet æs, quare ex pluribus & diuerſis coloribus, & ſubſtantiis videlicet lapidis, & metalli nec non atra- mentorum cum mercuriali ſubſtantia, & ſulphurea vt in ſequentibus expone tur inter ſe adinuicem mixtis in Pyrite, & refractis conſentaneum eſt proinde vt alter color plurium mixtus, & à ſimplici quocunque diuerſus euadat. Ex quibus conſequitur non eſſe pyritem coloris rubei quamuis in ſe contineat æs; imò pyrites ex quo elicitur æs conſpicitur exterius aliquantum vireſcere; præſertim ſi ſub dio exponatur, & per aliquod tempus ibi permaneat, & eo ma gis ſi pluuia madefiat, & ita patefit æris ſubſtantia in ipſo pyrite contenta licet plurimis aliis modis cognoſci poſſit: at ſi recenter ex minera effoſſus ſit pyri- tes exteriorem colorem interiori ſimilem: imò vnum, & idẽ eſſe oſtendit; nam ab aere, & pluuia temporis curſu alterari ſolet pyrites in exteriori parte inte rior verò ipſius color quando frangitur lapis ſubalbicans conſpicitur aliquan tiſper fulgens inter argenteum, & aureum colorem & quandoque coloris ma- gis lutei aureo fere ſimilis micans reperitur teſte Alberto libro tertio de mine ralibus capite decimo vbi ait æs inuenitur totæ ſubſtantiæ lapidis incorporatũ ita quod totus lapis eſt ſicut marcheſita aurea. Præterea Antonius Muſa Bra- ſauolus in examine metallorum inquit auctoritate Plinii libro trigeſimo ſex- to capite decimo nono duplicis coloris exiſtere pyritem à quo excuditur æs: videlicet aurei coloris vnus eſt & argentei coloris alter: & ſi videantur hæc cũ primis diſſidere auctoritate Auicennæ non tamen contrariantur verum ſcite licet colores in marcheſitis inter ſe æmulari approximari vt plurimum enim omnia ſimul mixta metalla continent marcheſitæ, quibus cognoſcendis requi ritur experientia, qualem habent aurifices in diſcernendis nummis vt exem- pli gratia reperitur marcheſita ærea quæ ex abundanti vapore ſulphureo lute ſcit inſtar auricalci quod æmulatur aurum, & non eſt: verum reperitur aurea quæ innoteſcit eruditis, & expertis: ſic dicendum eſt de pyrite qui vide- tur argentei coloris cum tamen contineat æs: & huiuſcemodi pyritis co- piam magnam apud me teneo quæ mihi delata fuit ab Hero & alias à Præ- fecto fodinæ metalli Agort in agro Bellunenſi à quibus aſſertum mihi fuit ex pyrite huius generis extrahi æs vi ignis, & vt plurimum aliqua portio alte- rius metalli mixtum præſertim auri, & argenti: verum cum iſtius ne- gotij certior eſſe vellem non piguit me traiecisse in Agort ibique ſedulo con- ſpexi pyritem prædictum notis ſupra expoſitis excauari à ſpecu, ac inde ab eo dem pyrite ſeparari æs per fornaces vidi ab operarijs, qui cõtinuo fodinis æra-

rijs incumbunt: hi nimirum longiſſima experientia ducti aſſeruerunt non reperiri pyritem rubeum veruntamen ego vidi Cinaprium naturale inſtar lapidis rubeſſentis cum punctis, & venis aliquot minij, in quo non reperiebatur æs neque aliud metallum: ob id grauiter erraſſent Auicennas, & Serapio qui ſcriptis prodiderunt marcheſitam eſſe ſimilem æri in colore ſed vereor talem non fuiſſe eorum opinionem, quinimo eorum interpretes potius erraſſe exiſtimo ob Arabicæ linguæ difficultatem, cum enim Auicennas, & Serapio ſecuti ſint Dioſcoridem, qui ſcripſit Pyrites eligi debet æris ſimilitudine, &c. his equidem innuit ſubſtantiam æris, & non colorem; voluit enim intelligi pyritem magis ſimilem æri in quo magis abundat æs cum nihil dixerit de colore niſi in ſequentibus, quæ certiores nos reddunt indicari de ſubſtantia nam eodem in loco addit,; ſi melle irrigatus pyrites ſuper prunas ardentes cremetur vſque ad rubedinem, diphriges appellatur: idipſum repetit capite de Cadmia atque capite de Diphrige vbi ſcripſit fieri tertium diphrigem ſi more calicis vratur pyrites donec colorem rubricæ contraxerit: his aſſenſit Oribaſius libro decimo tertio: ex quibus apertiſſima deprehenditur opinio Dioſcoridis qui palam indicauit pyritem non eſſe rubeum, at in igne rubefieri: Idem legitur in Albuchaſim vbi tractat de modo comburendi marcheſitam inquit Suſſes cum aſſiduatione donec rubeat deinde aufer ab igne idcirco cenſeo metaphoricam eſſe ſimilitudinem quam prodidit Dioſcorides, vt oſtenderet pyritem excellere, & aſſimilari æri non in colore, ſed in ſubſtantia tantum quatenus copioſius æris ſubſtantiam habet in ſe: hanc Dioſcoridis ſimilitudinem modo vt dixi intelligendam aſſenſit atque Agricola in Bermanum dicens videtur etiam mihi nunc cum χαλκοειδῆ dixit Dioſcorides ſignificare ſpeciem æris, & formam potius quam colorem: neque his tamen obſtabunt obiecta, quæ leguntur in libro ſpurio Galeni de ſimplicibus medicaminibus falſo ei attributo in quo legitur Pyrites coloris æris: etenim oppoſitum ſatis oſtenſum eſt omittam vlterius progredi aduerſum illum incertum auctorem: verum prædicto modo ſimilitudinis peracte à Dioſcoride exiſtimo intellexiſſe Auicennam, & Serapionem, aut dicere poſſumus eos intellexiſſe de coloribus magis proximis metallis in ſimilitudine quadam quos experientia docuit, neque vana mihi videtur opinio Arabum nam congruit aſſertionibus illorum, qui quotidie incumbunt arti fuſoriæ qua eliciunt æs à pyrite: huiuſcemodi viris expertis fides adhibenda eſt: habet enim prouerbialis ſententia exercitatio poteſt omnia: exercitatione autem funguntur, qui manibus contrectant materiam, eanque operantur ſic quoque oculis veritatem hauriunt, vt ſenſit Hiphocrates libro primo de Dieta preſagio quinto oculis magis autem credere oportet quam opinionibus: nam quod patet ad ſenſum omni ratione dignius eſt quamuis, & ratione conſtet hæc veritas tanquam altero pede nixa, ob id Galenus primo libro de ſimplicium medicamentorum facultat. capite vigeſimo quarto conſuluit à Phyſicis problematis recedere quæ innumeris dubitationibus ſunt intricata, & ideo non ſecus quam quædam præcipitia euitanda dixit cum præſertim ad manum ſit via regia qua medicamenta iudicare liceat. Verum ſat eſt ad præſens indicaſſe rationibus ac multis auctoritatibus nec non experimentis turpiter erraſſe Falloppium, cum aduerſus ipſius opinionem apertiſſime com-

probatum

Digitized by Google

probatum fuerit ex foſſilibus exiſtere pyritem naturalem metallorum matricem.

In Pyrite vigent Sulphur, & argentum viuum; ex quibus generantur metalla; & atramenta.

Cap. X.

PОrro imbutus exiſtit Pyrites vtriuſque ſeminis metallicæ generationis ceu locus proprius: à Pyrite enim eliciuntur nō modo metalla; ſed etiam ſulphur, & argentum viuum hæc ſunt principia ipſius genealogiæ metallicæ, quemadmodum ſuperius expoſitum fuit; prout, & atramēta ab eodem pyrite deriuari: nimirum Albertus profecto præſtantiſſimus libro tertio de mineralibus tractatu primo capite decimo de loco generationis metallorum ſcripſit ex lapidibus, intelligi voluit de mineralibus quādo igniuntur, exudat ſulphur, & præcipue ex lapidibus in quibus eſt æs idipſum confeſſus eſt Georgius Agricola libro quinto de ortu, & cauſis ſubterraneorum vbi prodidit ex Pyrite excoqui ſulphur: idem repetit libro tertio de natura foſſilium: nempe ex lapide pyrite cocto ſtillare ſulphur: & libro decimo de natura foſſilium, inquit, ex pyrite ſulphur eliquatur: at ne forſan prædicti auctores exiſtimentur ſoli in hac opinione, extat teſtimonium Gebri celeberrimi ſcriptoris in hac facultate, libro Summæ perfectionis primo de Principiis artificialibus capite quadrageſimo ſexto de Sublimatione marcheſitæ vbi tradidit duplicem in marcheſita eſſe ſubſtantiam ſcilicet ſulphur purum in materia ſua, & argentum viuum mortificatum congelatumque: Idem aſſeruit libro tertio aſſerens eſſe ſulphur, & argentum uiuum in creatione marcheſitæ, & ibi proſequitur duplicem docere modum agnoſcendi veritatem an ſulphuris, & argenti viui ſubſtantiæ extent in marcheſita vel ne & ſic probat eſſe: Cum enim ſublimatur marcheſita ex illa emanat ſubſtantia ſulphurea manifeſta comburens, & poſt eius leuem ſublimationem ſi vigoretur cum ignitione præſtabit colorem cæleſtinum argenti viui cum luciditate manifeſta metallica: mox alterum modum expoſuit ſequentibus verbis. Videlicet Præterea citra ſublimationem manifeſtatur vtraque ſubſtantia, ſulphur enim exiſtens in marcheſita inflammatur in igne, & ardet priuſquam igniatur lapis: Altera vero quæ eſt argenti viui ſubſtantia patet, hoc nam modo ſi proiiciatur veneri marcheſita præſtat ei albedinem meri argenti quemadmodum, & ipſum argentum viuum: eandē ſententiam cenſuit Ioannes Chriſippus Fanianus libro quem edidit de Arte metallica pagina vigeſima quinta his verbis, Pyrites totus eſt argentum viuum, & ſulphur. Vnde ego ipſe conſpexi marcheſitam tritam, & in aceto diſtillato infuſam verti in argentum viuum; at ſi manibus contrectetur pyrites atre coinquinat eas ratione ſulphuris exiſtentis in eo, quod olet; eundem quoque odorem præſtat ſi mortario conteratur, aut ſi eliquetur igni, aut cōburatur ſapit naturæ ſuæ generationis: quod eſt confeſſus Falloppius ipſe Tractatu de foſſil. Capite vndecimo, Idem experientia apertiſſime demōſtrat hodierno

dierno

diferno tempore; vbi enim artifices velint vitriolum elicere à ſua minerali terra conſtruunt montem glebarum Pyritis ſub dio, & ordine tali, vt inter glebam, & alteram aliquid vacui remaneat inferiori inde glebarum parti modicum ignis ſupponunt quatenus ſufficiat accendi primis glebas, in reliquas enim progredietur incendium ex ſe continuum abſque ulla additione lignorum neque carbonum per duos vel tres & quatuor menſes inſtar Aetnę montis Siciliæ aut donec prorſus vratur & conſumetur ſulphur contentum in Pyrite, in ſulphuris enim ſubſtantia peragit ignis, prout deficiente ſulphure abolетur ignis iccirco maxime fetent ſulphure dum Pyritis glebæ cremantur: mox ex Pyrite vſto vſque ad rubedinem eliciunt metallum per fornaces, verum intuentur prius artifices, an in Pyrite vſto ſplendeat metalli forma perfecta, & à natura completa vel ne; quod magis certũ comprehenditur in Pyrite vſto quam in altero; In vſto enim ſcintillæ fulgent metallicæ formę: ſi quid metalli fuerit in lapide; alioquin euaneſcunt igne quę indigeſta, crudaq; ſunt. Et ſi in Pyrite crudo; prout a minera effoditur appareãt ſcintillæ fulgentes metallic interdũ enim ex materia metallica indigeſta procedunt quæ nullam adhuc adepta eſt formã perfectã actualẽ metalli: ob id penitus euaporat igni materia illa indigeſta, & abolentur ſcintillę nam vaporoſæ ſunt abſque corpore fixo metalli actualis: hac igitur de cauſa vrunt Pyritẽ, ne decipiantur foſſores, verum vt facilius eliciant metallum. Quare ſeligunt pyritem vſtum, & micantem præ metalli actualis copiam ab altero Pyrite vſto, & abſque ſplendore: hic enim ſcintillis metallicis caret: à primo itaque extrahunt metallum per fornaces reliquum vero abſque metallo obruunt in piſcinas aquæ vt imbuatur aqua vitrioli ſubſtantia quæ exiſtit in Pyrite, & ſic præparatur ad faciendum vitriolum quemadmodum loco ſuo exponetur, porrò hic multum laborandum mihi non exiſtimaui; at ſatius duxi magiſque profuturum tranſire ad cætera quæ mei ſunt negotij cum ſuperius probauerim manifeſtas ſubſtantias duas ineſſe adinuicem in Pyrite. Videlicet ſulphur, & argentum viuum, à quibus inde cuncta ſortiuntur metalla, tanquam à primis ſeminatijs ac præter metalla attramenta quoque ceu media inter lapidem, & metalla ſortiri ex pyrite collexi à Dioſcoride libro quinto de medica materia capite de cadmia; vbi ait elici cadmiam ex lapide Pyrite cremato, & approbauit eum qui reperiebatur in monte Solis Cipri cum quibuſdam venis chalcitis, miſios, ſoreos, melanteriæ, cærulei, chriſocollæ, atramenti ſutorij, & diphrigis: eadem cenſuit Galenus alludens ſub nomine terræ mineralis libro nono de ſimplicium medicamentorum facultat. vbi tractauit de Chalcantho inquit, aquã pluuiam lauare terram ex qua ſponte quidem fiebat Sory, Miſy, & Chalcity, & per fornaces æs, cadmia, pompholix, ſpodium, & diphriges: his quoque aſſenſit Petrus Andreas Mathiolus in luculentiſſimis commentarijs in Dioſcoridem aſſerens conſpexiſſe pyritem mixtum cum criſtallo, cum berillo, cum lapide armeno, & cum cæruleo, cum vitriolo, cum Miſy, & Sory, cum minio, & auri pigmento, adeo quod videtur Pyrites conuenire omnibus mineralibus: icciſco Georgius Agricola libro tertio de natura foſſilium ait: nam Pyrites eroſus qui, & chalcitis dicitur ſoreos, & melanteria, quam etiam atramentum metallicum vocant parens eſt, & effector atque ea rurſus attramen-

tum ſutorium : & alia vbi ipſis cognata gignunt, inferius quoque progreditur Agricola ipſe dicens ex Pyrite enim qui eſt ſtirps horum ſuccorum gignuntur vt Sory, Melanteria, Chalcitis, Miſy, & atramentum ſutorium: hæc tamen Agricolæ verba caute expendenda veniunt: nam confingere videtur Pyritem diuerſum ab alijs hoc nouo, & metaphorico nomine, vbi dixit Pyrites eroſus: cum hactenus à nemine præterquam ab ipſo deſcriptus hoc nomine fuerit : Præterea inquit Pyritem eroſum appellari atramentum metallicum chalcitim, & ſorim & melanteriam, quibus videtur abnuere Pyritem eroſum eſſe atramentum, cæteraque prænominata, idem referre atque viçe verſa eadem eſſe Pyritem eroſum atque cuncta hæc eſſe vnum licet in alias differentias diuidatur quod magnopere ſpectari datur cum videatur Pyrites forma differre ab atramentis, verum enim in Pyrite eſt lapidis ſubſtantia metalli, & atramentorũ vna cum ſuis ſeminarijs, quæ licet omnia adinuicẽ contineantur in ipſo Pyrite, ſegregantur atque abinuicem, Inde ſeiuncta differunt omnia inter ſe : quamobrem operęprętium eſt diſquirere an res ſecus ſe habeat, aut quid Agricolæ verba deſignent : at ſi rei veritatem indagare voluerimus prius examinare licet verba quę dicere proſequitur videlicet ex ſtirpe enim horum ſuccorum gignuntur vt Sory, melanteria, chalcitis, miſy, & atramentum ſutorium. Ex his depromitur non adeo difficilem cognitu eſſe ſententiam Agricolæ, quin ex ſuis rationibus eam conijcere poſſimus, quæ fuit proculdubio deſcribere translatiuè fructum pro arbore ex qua prouenit, quare oſtendere voluit quomodo naturæ opificio incipiant atramenta à Pyrite pullulare ac inde gradatim ad cætera reduci; ſic itaque cenſuit Agricola in Pyrite aggregari ſuccum ex quo gignuntur prænominata atramenta. Verum cum nullus exprimi poſſit ſuccus à Pyrite ſicuti neque ab alio corpore lapideo aut metallico vulgari more exprimendi ſcilicet manibus aut prælo : voluit intelligi naturæ opere fieri, quamuis hoc tam apertè non explicauerit ipſe : Illud tamen nos docuit Galenus ſi meminerimus ſcripſiſſe loco præcitato terram vel lapidem dicamus mineralem à calore ſubterraneo elaboratum lauari ab aqua pluuia naturæ ipſius opere; & abradi atramentorum ſubſtantia quæ exiſtit in Pyrite lapide minerali: hanc verò aquam atramentoſam ſiue Atramentorum ſubſtantia dicamus imbutam appellauit Agricola ſuccum qui inde fluit & percolat per cuniculos terræ ſecum ducens atramentorum ramenta in eundem liquorem aqueum ſoluta inſtar ſucci, qui demum à calore naturali in minera diffuſo decoquitur & inſpiſſatur in glebam atramenti metallici. Quod ab effectu nominauit Agricola Pyritem eroſum ſine diphtongo; nam prius eroditur ab aqua Pyritis ſubſtantia atramentoſa ac iterum à calore minerali coagulatur; non deſunt tamen qui male interpretantes Agricolæ ſententiam exiſtimarunt vocaſſe Pyritem eroſum ab ære contento in Pyrite quod plurimum fit, fortaſſe ducti auctoritate Plinij qui Pyritem æris fertilem appellauit Cadmiam æroſam & lapidem æroſum cum diphtongo vt demonſtraret elici æs à Pyrite. Veruntamen hic ſatis diſtat à Pyrite eroſo Agricolæ quemadmodum probatum fuit capite de cadmia : aut decepti ſunt ab aliqua conformitate vocis ſiue nominis eroſi parum reſpicientes modum ſcribendi rectum qui ortographia perficitur; eademque ſcientia multa diſtinguuntur æquiuo-

ça :

Digitized by Google

ca: ſed eo minus animaduerſi ſunt ſenſum verborum Agricolæ,qui nunquam eroſum nuncupauit Pyritem niſi poſtquam atramenti metallici ſubſtantia ſit è Pyrite eroſa,vel abraſa dicatur,pro maiori intelligentia,& ſoluta per aquam pluuiam. Demum à natura inſpiſſata in glebam atramenti metallici quod diſtinctum est in Miſim, Chalcitim, & Sorim: Hæc in glebam redacta a natura appellauit Agricola Pyritem eroſum cuius Gleba ſi rurſus eradatur à pluuia inde prout natura conſueuit per terræ cubicula ac per eius antra percolat ibique in Chalcanthum concreſcit,vt aſſeruit Galenus loco, vt ſupra,quamobrem æque placuit Georgio Agricolæ Pyritem eroſum eſſe parentem & effectorem chalcanthi ſiue atramenti ſutorij dicas.

Prædicti lapidis metallici nomina atque vires. Cap. XI.

ET ſi hucuſque palam demonſtraui metalla generari in Pyrite prout equidem generantur: in præſentiarum verò fuſius exponam huiuſcemodi generationem fieri, vt plurimum in lapidibus tãquam eis proxima cum lapis ſit proprius locus generationis metallicæ: nam locus debet eſſe proportionatus locato,iuxta Ariſtotilem quarto libro metheororum. Idem legitur in Albertum tertio libro de mineralibus: nonnunquam verò metalla apparent ſimplicia in lapide coagulata præſertim aurum purum aut argentum purum tanquam venæ currentes per lapidem diſtinctæ à ſubſtantia lapidis: vt plurimum tamen metalla ſunt adinuicem commixta ſubſtantia lapidis: & quam plura metalla inter ſe mixta reperiuntur vna cum ſubſtantia lapidis quod ſæpius euenit æri,plumbo,ſtamno,& ferro,ſæpe etiam reperiuntur hæc cum auro,& argento: interdum vero conſpicitur aurum in lapidibus albis, & marmoreis,& cæruleis,& alijs concretum quandoque in humo licet per raro: ſæpe in arenis fluminum vt in Tago Hiſpaniç,vbi à pluuijs abradatur,ducaturque à iugis mõtium,eorumque rupibus ad planitiem,ac eodem modo Rheno Germaniæ,Ticino,Abdua,Serio,& Pado Italiæ, Hebro Thraciæ,Pactolo Aſiæ, Gangæ Indiæ,& alijs innumeris amnibus: verũtamen ſæpius in montibus præcipue in lapide pyrite tamquam metallis proprio,hic equidem metallicus eſt,lapis ipſe enim continet metallorum ſeminaria atque omnium mineraliũ; præſertim atramentorum,quæ inſtar ſuccorum imbibita Pyrite mox tempore pullulant ex ſe condenſantur forma atramentorum ordine naturæ aut eliciuntur Arte,& congelantur eadem forma; prædictorum itaque minera conſtat ſucco minerali, & lapide qui à Latinis nuncupatur Pyrites, vt à Græcis πυρίτης, à Philoſopho autem quarto libro Metheororum πύριμαχον,à nomine πύρ, ideſt ignis, Hinc vulgo focarius aut ignifer ſiue igniarius appellatur lapis,eo quod plurimus ignis ſit illi non diſſimili ratione dictus fuit ab alijs ypeſtionus, ideſt Vulcanus veluti ſcripſit Camillus Leonardus Piſaurenſis in ſpeculo lapidum: Arabes vero eadem ratione ac vno ore fere,vt Græci quanquam linguis diſſonis appellarũt prædictum lapidem ſuo idiomate marche-

ſitam-

ſitam a productione ignis quapropter ab effectu nomen aſſumpſit lapis iſte, prout lapis luminis, cum enim Pyrites qui durus ſit ferri conflictu ſcintillas ignis euomat, & in materia apta ignem accendit, vnde Plinius libro trigeſimo ſexto capite decimo nono retulit Romanos viuum appellaſſe hunc lapidem, & ſi reperiuntur alii lapides intra ſe ignem continentes, qui Chalybe percuſſi ignem emittunt, & præ cæteris ſilex lapis durus, & ſubalbus vt plurimum micans dictus videtur non nullis a ſaliendo, quia non modo ex eius percuſſu clauo aut alio ferreo inſtrumento excutitur ignis excitaturque verum etiam excitatus ſurſum ab eo ſalire partim creditur, vt natura eſt ignis partimque ignem eiaculatum a lapide percuſſo experientia commonſtrat deſcendere, & contingere fomitem lapidi adhærentem vti materiam ſiccam, quam vulgus eſcam ignis appellat alioquin ignem non conciperet: niſi materia eſſet apta recipere eum, quem recipit per contactum; quamobrem ex re ipſa magis mihi probatur quod ſalire ſignificet: lapis enim percuſſus ignis ſcintillas eiaculando vndique prodit quæ vtique graues decidunt in fomitem ad hoc munus paratū; Alter ignifer lapis eſt è genere molaris non omnis, ſed quā magis duriſſimus, eò plus ignis percuſſus eiaculat: Idem contingit ex chriſtallo lapide perſpicuo: alter quoque lapis ignem euomit qui dicitur Calcidonius hic in frequentiſſimo vſu habetur pro excutiendo igne cuius rationem edidit Galenus libro primo de Complexionibus vbi ſcripſit ex concuſſione lapidis Calcidonij cū Chalybe ſtatim ex aere generatur ignis: & ſi lapides hactenus recenſiti large poſſent voce efferri ab effectu ſimili pyrites, verumtamen placuit veteribus pyritis nomen attribuere huic lapidi metallico tantummodo: quemadmodū Arabes marcheſitam vocarunt; quæ idem eſt cum pyrite, alios enim lapides igniferos excellit cum in hoc ignis magis vigeat in potentia, & ad actum facile ducitur quod eſt ei proprium: non tamen vrit manus ſi contrectetur, aut ſtringatur cum actu non ſit igneus ex ſe, vt falsò exiſtimauit Camillus Leonardus Piſaurienſis libro eius ſecundo dicto lapidū ſpeculo, audacter enim ſcripſit quorundam conſenſu pyritem lapidem appellari corallum rubeum: putauit enim ob intenſam eius rubedinem eſſe ignem, ſed eodem modo ignea eſſet roſa rubea; quod falſum eſt teſte Galeno libro ſecundo de ſimplicium medicamentorum facultatibus capite tertio donemus ignem eſſe aut flauum, aut rubeum non refert vt omne rubrum ſit calidum, & omne rubrum ignem dicere ridiculum eſt; Præterea ait Camillus Leonardus auctoritate Dioſcoridis quam non æque percepit eſſe pyritem æris colore, & adeò igneum quod ſi teratur ac digitis aſtringatur dexteram ſtringentis adurit; id autem veritate caret, nunquam enim Dioſcorides prodidit pyritem habere vim adurendi, neque colorem æris tribuit ei, at eò minus coralio æquiparauit eum: Hæc itaque falſo ac dedecore pronunciauit ipſe: quem a Plinio potius aſſumpſiſſe fatuitates prædictas exiſtimo cum in eandem errorum foueam lapſum fuiſſe Plinium animaduerterim libro trigeſimo ſeptimo capite vndecimo vbi aſſeruit pyritis ſcobem digitis ſtrictum vrere eos; quod nullum approbat experimentum neque vlla ratio perſuadet: & ſi Plinius ſuperiori libro trigeſimo ſexto capite decimo nono inquit eſſe quoddam genus coralii quod præ nimia ignis quantitate exiſtente in eo nonnulli appellarunt pyritem: neminem verò reperiri exiſtimo

adeò

adeò idiotam qui ignoret, quam multum diſtet coralium a Pyrite: cum etiam Plinius ipſe anceps comprehendatur in ſermone; ambiguis enim verbis prædicta retulit, & innuit ea a quibuſdam audiſſe quemadmodum ſæpe & in multis conſueuit; ex quibus patet vtrunque à veritate deflexiſſe: Hæc tamen explicaſſe volui, ne quicquam obſcurum, vel indeciſum relinquerem, cum alia ſuperflua nulliuſue momenti omiſerim cupidus prolixitatem euitare; ſed tantũmodo neceſſaria, & ſcitu digna aperire me accinxi; & quia præ cæteris facultates pyritis referendas conſpicio accedere, eas expedit enuntiare quæ pyriti ſunt aſcriptæ a celebris ſcriptoribus cuiuſcunque ſectæ: Pyrites igitur lapis facultatibus, viribuſque pollet calefaciendi exſiccandi, conſtringendi abſtergendi, concoquendi, diſcutiendi, & reſoluendi nimirum placuit Auicennæ libro ſecundo, tractatu ſecundo, clarius explicaſſe pyritem vel marcheſitam dicamus, more Arabum, calefacere in ſecundo ordine, & ſiccare in tertio; At operæpretiũ eſt tenuiſſime molire lapidem, vt facilius operetur iuxta communem omnium ſententiam: ſi pyritis ſcobs liniatur cum aceto reſoluit morpheã lentigines, & humiditates ſub cute contentas ſanguinem ingrumatum; & ſaniem exiſtentem in iuncturis, & lacertis per halitum digerendo, & reſoluẽdo; quando modica ſit ſanies teſte Galeno libro nono de ſimplicium medicamentorum facultat. ſiſtit ſanguinem, præſertim muliebre profluuium: ſi verò pyritis puluis miſceatur cum pini gummi lenit, & reſoluit quaſcunque duritieſ ſtrummas & furunculos. Idem agunt aquæ ex Pyrite ſcatentes, vt retulit Agricola libro ſecundo de Natura eorum quæ effluunt ex terra: meminique Galenum libro ſecundo de Arte curatiua ad Glauconem capite quarto de ſcirro ſummopere commendare pyritis ſuffumigium ad tollendas eneruationes ſcirroſas muſculorum. Vnde inquit oportet autem Pyritem quando excanduerit igne aſpergere acerrimo aceto mox ſuper vaporem lapidis mouere partem affectam vt a vapore ſurſum eleuato ſcirrus diſſoluatur: Inde proſequitur dicere, hoc videtur opus fere magicum in curatione alicuius partis curuatæ cõuolutæque præcedente tamen alio emolliente medicamento atque corporis expurgatione antequam adminiſtrentur localia: ſed reuertamur ad medicamentum ſupra deſcriptum ex pyritis ſcobe, & pini gummi quod ſi modico ceræ reducatur forma ceroti quibuſcunque vlceribus applicitum conferet præcipue muſculorum cauernoſis, veluti proditum fuit a Serapione tractatu de ſimplicibus ex mineralibus capite nonageſimo quinto de marcheſita cõglutinat vlcera carneque replet ea, necnon ſuperfluam carnem demit, & cicatrice claudit ea: tumentem ex hidrope ventrem exſiccat ſplenemque extenuat teſte Hieronymo Cardano de ſubtilitate rerum libro quinto de mixtis: Præterea Galenus libro quarto de Compoſitione medicamentorum per genera capite decimotertio ex Damonico auctore ſcriptis tradidit medicamentum nigrum diapyrite præſtantiſſimum ad vlcera phagedænica curanda, & alia fluentia, & curatu difficilia, & ad fiſtulas confert, omnemque duritiem emollit: cuius deſcriptio eſt quæ ſequitur infra: Argenti ſpumæ bituminis ſingulorum denarium pondo centum, picis, ceræ, ſingulorum denarium pondo octo pyritis terebinthinæ vtriuſque denarium põdo 25. propolis aluminis ſciſſi ſingulorum denarium pondo 15. ammoniaci thiamiamatis drachmas duodecim chalbani

aloes

aloes vtriuſque drachmas octo æruginis mannę vtriuſque drachmas quinque olei veteris ſextarios duos: Incoquitur ſpuma cum oleo donec coiuerint mox bitumen pix cera reſina propolis iniſcitur quibus liquefactis refrigeratiſque ærugo, & lapis pyrites immittitur, deinde ammoniacum: cum cacabus ab igne ſublatus modice refrixerit alumen, chalbanum, mannaque inditur, & mediocriter cocta in frigidam demittuntur; ac diem noctemque ſinuntur.

Idem videtur prodidiſſe Galenus ſecundo libro de Compoſ. medic. per genera capite vigeſimo ex Andromaco ſub nomine nigri catagmatici: hoc tamē aliquantiſper variat a primo prout cuilibet legere licet; primum vero ſummopere celebratum, & in vſum habitū Bartholomęus Maggius Bononienſis libro de vulnerum ſclopetorum curatione. Verumenim præter enarrata pleriſque alijs morbis conducit pyrites ob præſtantem efficaciam, quam aduerſus eos poſſidet, tum ſimplex applicitus, cum etiam compoſitus, prout per exempla vnuſquiſque percipere poterit; idcirco pyrites tenuiſſime tritus, & quocunque modo appoſitus offuſam oculi caliginem expurgat, quod magis placide tutoque operatur vſtus & lotus; obtalmias tollit, & oculum confortat; hac igitur de cauſa pyritem vocarunt Arabes lapidem luminis luciſue, nam in perdita viſionis iuuamentum præſtat; hinc quidam compoſuere infraſcriptum colyrium, videlicet.

Cape lapidis pyritis atque hematitis ſingulorum vnciam mediam eos ſuper prunas ardentes conijce vt igniantur tunc extinguantur in butiro atque ſedulo reiteretur eadem operatio igniendo prunis lapides mox butiro eos extinguendo toties, & donec frangantur minutim prædicti lapides; qui inde tenuiſſime moliantur ſuper lapidem porphiritem; demum addere opus eſt æris vſti grana ſex, caparoſæ vſtæ, & lotæ drachmam vnam ſagapeni totidem, aquæ roſarum, aut aquæ ſolatri vncias ſex albumen vnius oui peroptime agitati ex quibus omnibus adinuicem mixtis fit colyrium, aduerſus oculorum affectus præſtantiſſimum; neque minus efficax prædicto colyrio conſtruitur ſequens oleum.

Cape lapidem pyritem & carbonibus accenſis fac eum excandeſcere mox ita ignitum extingue in oleo oliuarum veteri, aut in oleo de lateribus arte factum vt docuit Ioannes Meſues libro tertio de re medica. hæc autem operatio ignitionis pyritis atque extinctionis in oleo reiteretur ſepties deinde tenuiſſime mole eum, & repone in veſica vitrea curua quæ tunc furno vi moris eſt locetur: Inde ignis ſupponatur ei vt diſtilletur oleum, ac rurſus eliciantur fæces imò bociæ reſidentes quæ moliantur exigit opus, & in altera bocia curua reponantur quibus affundatur oleum iam ab eiſdem diſtillatum, quod iterum vrgeatur igni, demum ſeruetur in ampulla vitrea clauſa: Hoc enim præſtat aduerſus quaſcunque oculorum paſſiones; ſi ipſius olei gutta inſtilletur oculo liberat eum, & ſanat. Præterea ſcripſit Auicennas libro ſecundo tractatu ſecundo, capite 464. ſi collo infantis geſtetur pyrites ab omni timore tuetur eum.

Verum

Vtrum Ignis procedat ex proprio lapide concuſſo aut aere, aut motu. Cap. XII.

NE quicquam indeciſum relinquatur quod legentibus diſplicere poſſit, haud æquum ad alia progredi conſtat, neque ſilentio obuoluere decet ambigua quædam ſuperiori capite ſcripta niſi prius ab omni diſcrimine abſoluantur ea: quapropter vt omnibus ſatisfaciam, quæ obſcura aut ambigua aut quæ à veritate deuiare videntur explicare enitar: etenim duo ſunt quæ maxime in dubium vertuntur, quorum alterum eſt à Galeno proditum, Videlicet ex concuſſione lapidum calcidonij cum calibe ſtatim ex aere generari ignem, eiuſdem mentis videtur Alexander aſſerens non ex lapidibus excuti ignem ſed aerem qui ibi continetur attritu repentino in ignem verti: Alterum equidem dubium eſt an ſi ex motu ſolo attritionis lapidis generetur ignis: motus enim calefacit, iccirco qui hanc tuentur opinionem adducunt auctoritatem Ariſtotelis libro ſecundo de Cœlo, & Mundo textu quadrageſimo ſecundo vbi inquit motus eſt natus ignire ligna & lapides, & ferrum, rationabilius igitur propinquius igni: propinquius autem aer: velut, & in latis ſagittis equidem enim ipſe igniuntur ſic vt liqueſcant plumbeæ; cuncta hæc ſunt propria verba Ariſtotelis quorum quædam vitiata corruptaque cenſeo: Præterea diſcurrit ipſe Philoſophus ex ſiccis vaporibus, qui in humidos inſidentes erumpere conantur, & dum eos diſrumpunt ſtrepitumque attritu excitant fit; cui, & ipſe Galenus aſſenſiſſe videtur in ſextum librum Hyppocratis de morbis vulgaribus commentario quarto, diſcurrens enim ſuper decimam octauam ſententiam. Videlicet Aquarum artis expertium quæ ab æthere excreta eſt, aut cum tonitru tempeſtiua, nimboſa vero mala explicat quod ſtatu nubiloſo nulla emittuntur fulmina neque tonitrua eduntur, niſi dum nubes diuellantur quibus propria circumſcriptione delatis cum inter ſe concurrunt fit attritio: tunc enim nubes inter ſe concurrentes igneum id, quod in eis incluſum eſt, intra ſe ipſos compellentes tum fulmen quandoque in ſublime quandoque in obliquum quandoque in terram extruditur, eadem fuit Stoicorum opinio nempe ex attritu accenſionem nubium excitari, & tonitrum fieri. Verumtamen aliter ſenſit Anaxagoras qui apertiſſime aſſeruit non modo ex attritu proprie euenire; ſed ex calore occurrente frigori cum pars ætheris in aerem denſum impetum facit tunc crepitu tonitruum fieri cenſuit ſic corruſcationem turbinem, & fulmen: Horum placitis recenſitis aliud emergit dubium ex opinione Cardani libro de elementis vbi aſſeruit in lapidibus non latere ignem neque in eis potentiam ignis eſſe hac ratione ductus; nam in ignem proiectos lapides vix accendi excogitauit, & aliam adduxit ſententiam Alexandri quam eiuſmodi opinioni fauere aſſequitur, nempe in lapide ignem non eſſe conceptum; nam ignis lapidem, & rurſus lapis manum tangentis vreret: prædictas tamen opiniones in æquiuoco laborare, mihi expedit docere vt etiam in vſum hominum deducere poſſim ea, quæ ſubtili phyſicaque ratione exploraui, & certa experientia obſeruaui: mihi enim propoſitum eſt in omnibus pro viribus

nihil

nihil prius aſſerere, veritate non perſpecta; præſertim eorum de quibus inter doctos verſatur controuerſia: quamobrem omnes ſingulaſque inanes ac futiles opiniones explodam, & ab ea quam Alexander vna cum Galeno habuit, exordiar ſic: Si verum ſit quod ſolus aer ex lapidis attritu accendatur cur non è duobus lapidibus magis quam ex lapide, & chalibe aut ferro ignis prouenit: Vel cur non ex omnibus lapidibus contingit hoc; præſertim ſolidiſſimis veluti è porphyrite à quo licet percuſſo non eiaculatur ignis neque aer in ignem ex concuſſione porphyritis accenditur; ita vt in propatulo vllum ignis indicium conſpiciatur neque ex alio marmoris genere quamuis duriſſimo percuſſione vel attritu excitatur ignis, cum plura ſint quemadmodum Parij marmoris genus, aut Catarienſis, Lunenſis, Laconici, Lucullei, Baſaltis, Ophitis vtriuſque, cum vnum ſit durum, & alterum molle: neque ex mollioribus enim prout eſt Alabaſtrites editur ignis: pleraque alia genera tum marmorum cum, & lapidum leguntur in Plinium libro trigeſimo ſexto. Et in Dioſcoridem; pręter alios celebres ſcriptores; ex quibus tamen non excutitur ignis; præterquam ex prænarratis ſuperiori capite: Et ſi quandoque contingit excitari ignem ex marmore percuſſo a ſculptore aut ex latere cocto non euenit tamen ex cauſa eſſentiali, ſed caſu agente per accidens, & non ſimpliciter: caſus enim eſt res non certa prout ſcriptis prodidit Ariſtotiles libro ſecundo Phyſicorum textu quinquageſimo quarto, & quinquageſimo ſexto; ita quod ſit caſu non eſt ſemper, neque in maiori parte; Prædicta igitur argumento ſunt non generari ignem ex concuſſo aere. Præterea ſi in cauſa eſſet aer nonne verteretur in flammam potius quam in ſcintillas, quæ ſurſum aſcenderet: quemadmodum enim lapidis eſt inferius deſcendere, ſic eſt proprium ignis moueri ſuperius, niſi tegumento vel alio quouis modo deorſum deſcendere cogatur, teſte Philoſopho libro primo, & quarto de Cœlo, & mundo: Verum ſcintillas non flammam ex lapide ignifero attrito oculatim conſpicimus ac veluti graues lento proceſſu deſcendere: alioquin verò ignis, & ſi coactus ſit celeriter tamen, & impetuoſe ad imum vertitur: aliaque in mentem reuoco indicia ex quibus facile deprehendere poſſumus ex aere nō eiaculari eas ignis ſcintillas, ſed à lapide ignifero concuſſo niſi enim lapides igniferi percutiantur ex angulis, aut eorum tenui acie non emittunt ignem, & ſi minus tamen ac magna difficultate, facilius enim attenuatur acies quam corpus craſſum vt extrudatur ignis: Præterea ſæpe molas vidimus aqua circumactas, & non aere obductas emittere ignem ex aqua autem numquam accendi ignem conſpicuum eſt: certum ergo argumentum ac probationem prædicta præſtant ex propria lapidis ſubſtantia non cuiuſcunque lapidis ſed igniferi tantum intelligendum eſt: ignem generari quamuis abſque illius attritione non elidatur ignis: in attritione enim ad tenuiſſimas partes redigitur lapidis ſubſtantia quam plane agnoſcere poſſumus materiam ad hoc aptiorem eſſe; Quare patet ex aere quamuis motu aliquo incaleſcat non produci ignem niſi propagatione: Verum enimuerò aeris humido fouetur ignis, & augetur ex aeris ſpiratione nutritur, atque tuetur: quemadmodum è diuerſo aeris interceptione cito perit ignis ac prorſus extinguitur, vt rectè ſcripſit Galenus libro de vſu reſpirationis, capite tertio, & libro de morborum cauſis capite tertio idipſum meminit libro de Pulſuum vſu capite

D ſecundo

Digitized by Google

ſecundo idem, & libro de vtilitate reſpirationis legitur quamuis ſpurius habeatur liber ille, hoc tamen propoſitum confert ac plane conſtat cum Galeni aſſertione plurimis alijs in locis ſuorum operum repetita. Reliquum eſt diſſerere vtrum ſi ex motu prouenire poſſit ignis vel ne: quamobrem in primis ſcire licet quod motus localis eſt cauſa alterationis tanquam primus motuum prout Philoſophus libro octauo Phyſicorum: prima alteratio eſt calefactio ſicut forma priuatione, vnde motus localis ex virtute motus cœleſtis, qui eſt prius localium motum eſt cauſa caloris: icirco ait Philoſophus libro ſecundo de Cœlo, & mundo textu quadrageſimo ſecundo Quod aer qui eſt ſub ſpera corporis circularis neceſſe eſt quod caleſcat per motum ſperæ cœleſtis cuius motu nõ ſolum mouetur ignis ſed etiam aer qui magis propinquatur igni: Inde proſequutus eſt aſſerere rationabile eſſe per motum magis igniri aerem prout igni propingniorem quam inferiora corpora, vt ligna lapides, & ferrũ: mox ſubſequenter affert exemplum de ſagittis munitis alis plumbeis earum enim plumbum liqueſcere aſſerit vi caloris aeris ex motu excitati: Ariſtoteli autem aſſenſiſſe ob reuerẽtiam tanti viri partimque ab eo diſſenſiſſe ratione veritatis viſus eſt Diuus Thomas Aquinas doctor Angelicus; cum enim dixerit in commentario quantum ad aliquam ſui partem ex vehementia motus adeo calefieri vt quãdoque liqueſcat ſagittarum plumbum: ex quibus facile deprehenditur non abſolute aſſeruiſſe prædictum Doctorem quod plumbum latum ſagittis annexum forma alarum prorſus liqueſcat ex motu quamuis incaleſcat, dum in aerem impelluntur ſagittæ: nam inquit quandoque hoc contingere, & in aliquam ſui parte, his dictis excluditur nimirum totum ſui corporis plumbi liqueſcere poſſe, quod neque ſemper in aliqua parte euenire ſed quandoque dixit: at ſi forte ductus eſſet ex ſequenti textu Ariſtotelis in eodem libro vbi ait ex hac maxime cui ſol extat infixus propter quod approximante ipſo, & oriente, & ſuper nos exiſtente generatur calor: hic animaduertere licet loqui de calore excitato non ex motu, Verum ex reflexione luminis: & ſequitur quod quidem neque ignea ſunt neque in igne feruntur tantum nobis dictum ſit de ipſis: hæc omnia ambigue protulit Ariſtotiles. Quare non reſpondent vltima primis. Quapropter harum opinionum diuerſitate, anceps in animum inducere non potui vt crederem ex ſolo motu ſagittarum in aerem incaleſcere adeo plumbum vt liqueſceret: quamuis non me lateat ex motu omnia incaleſcere; maleuſque incaleſcit dum eodem excutitur metallum aliquod incudi nihilominus tam ardentem calorem neutrum eorum concepit: vt igniatur ex ſolo motu: icirco non accenduntur prædicta, non vruntur, neque liqueſcunt, quamobrem neque vrere poſſunt: Verum vt certior eſſem experientia volui veritatem aſſequi ac fide oculata num res ſic eſſet cognoſcere enixus ſum: dum enim medicinam agebam apud Illuſtriſſimum Nicolaum Surianum Claſſis Venetæ Prouiſorem, præcepi cuidam Marco Macedoni militi in noſtra Triremi, & optimo ſagittario nimirum vt ſagittas alis plumbeis latis tenuiſſimiſque muniret, Inde eas in aerem arcu vel baliſta impellerer: hinc miles archieros iſte mihi obſequens parauit eas mox vi eius brachij validiſſimi tum arcu cum atque baliſta ſagittas plumbeis alis paratas in altum pluries impellere coram me, & alijs expertus fuit: nihilominus quocunque

modo

modo iactæ erant ſagittæ ſemper illeſæ deorſum ferebantur non liquefactæ neque tantillum diminutæ conſpiciebantur: energiaque hanc egimus experientiam magno æſtu caneri exiſtente Sole hora meridiana atque tranquilla, necnon feruenti Inſula Cretæ: hac inde inani experientia comperta, decreui recurrere ad aliquos fidos ſcriptores, vnde memini legiſſe in librum de vulneribus ſclopetorum, & eorum curatione editum a Bartholomeo Magio Bononienſi inter Neotericos eruditiſſimo theorica, & practica ſe multa variaque experimenta egiſſe: hac cupiditate hauriendi veritatem an plumbum poſſit tantam caliditatem concipere motu, vt liqueſcat & vrat vel ne: etenim experimentis credere magis ducuntur homines, iuxta prouerbialem vulgi ſententiam: idipſum cenſuit Quintilianus Hiſpanus, & Domitiano Imperatori familiaris libro tertio Declamationum capite octauo: nimirum omnia confirmantur experientia teſte atque Galeno pluribus in locis ſuorum operũ: quinimò, & Ariſtotelis libro primo Metaphyſicæ in principio inquit hominibus autem ſcientia, & ars per experimentum euenit: inde paulo inferius dixit diſtincte experientia quidem eſt ſingularium cognitio, ars verò vniuerſalium: quo circa igitur accedamus nunc ad experimenta iam acta: in primis equidem experientià compertum fuit nunquam plumbum colliquari ex aere neque ex motu impulſionis, quamuis vehementiſſimo palam enim, & inter diù omnium oculis eſt ſi glandis ſferulaue, aut globulus plumbeus dicatur a ſclopeto vel bombarda, ſiue alio quouis tormento bellico emiſſus, & vi ignis a puluere pytico excitati impulſus colliquaretur nunquam metam, aut locum collimatum attingeret, ſed diſpergeretur quinimò vidimus pilas plumbeas a ſclopeto erumpentes ſolidas parietes muroſue percutere, & collidere eos inde pilas, ſiue globulos reperimus ex ictu muri depreſſos ob muri ipſius duritiem, ſi verò manibus illico ſuſcipiantur globuli aliqua in eis cernitur caliditas non autem tanta quin diutius commode, & abſque læſione contineri atque pertractari poſſint, verum eo minus incaleſcunt globuli ſi impellantur in terram, vel alia re molli, ex quibus pro certo habemus non liqueſcere plumbum ex motu quamuis forti impetu iaculentur globuli: Præterea ſi globulus a ſclopeto eiectus eſſet ignitus, cur vbi percutit ſtupam non incendit eam, neque fœnum, paleas, lanam, ſulphur, puluerem pyticum vulgo ſclopetarium, neque huiuſcemodi aliud, quod flammam facile concipere, & conflagrari, poſſit cum tamen neque ignis, neque flamma excitetur in eis percuſſis a pilis plumbeis ex ſclopetis impulſis: quotidie enim videmus naues circummuniri faccis lana congeſtis xilo, aut ſtupa diſtentis, ne a bombardarum globulis ledantur, nihilominus lanam non cremari neque vllum vſtionis veſtigium in ea imprimi omnibus palam eſt, quamuis eam percutiant globuli adhæreantque ei: Præterea aliam habemus experientiam, qua apertiſſime deprehendere poſſumus globulum a ſclopeto eiectum, non contrahere tantam caliditatem, vt eliquari poſſit, neque vrere, licet ſclopetus in velocitate motus, ac vehementia ſuperet arcum atque baliſtam: quippe non modicam pulueris pyrici quantitatem quidam inuoluit carta, & inuolutum arbori appendit; demum aduerſus eum exonerauit ſclopetum, & globulus emiſſus percuſſit inuolutum pulueris pyrici, qui conſtat ſulphure ſalenitro, & carbone præ omnibus

Digitized by Google

hæc equidem ſunt materia apta exuri ex quauis modica caliditate, ſiue exigua ignis ſcintilla; nam ſtatim tactus pyricus puluis ab igne conuertitur in flammam: nunquam tamen puluis iſte a globulo tactus accenſus fuit: quanquam vehementi motu emiſſo tum a remoto vel a propinquo; quamobrem ſi puluis non accenditur ex percuſſione globuli plumbei ſclopetarii argumento eſt non concipi tantum calorem ex motu in globulis plumbeis, vt igneſcant, vel liqueſiant:& ſi primus puluis quo oneratus eſt ſclopetus accenditur, & vertitur in flammam hoc fit ex propagatione,& contactu ignis cuius cauſa expellitur impetuoſe globulus extra fiſtulam ſclopeti, non tamen ignis ſequitur globulum neque cum eo iungitur, nec aſſociantur: verũ quando exit a fiſtula ſclopeti ſtatim diſſipatur puluis,& deſinit flamma ictu oculi: Præterea ſi quis a globulo ſclopettario percutiatur nullam percipit caliditatem,ſed contuſionẽ quandam: proinde ac ſi trabs aliqua,vel ruina ingens in ſe ictum fuiſſet: cum vero contingat quandoque altè vulnerari ex ictũ globuli ſclopetarii tunc ex vulnere magna ſanguinis copia emanat: atſi globulus eſſet ignitus nõ proflueret ſanguis: adurentia enim eſcharam inducunt, & ſanguinem cohibent: his indicatur tanta non contrahi vis ignis in globulo ex motu,vt plumbum liqueſcat,& vrat; & niſi vratur pars percuſſa non inducitur eſchara vera quæ ſanguinem ſiſtat: quamobrem experientia habetur,quod globulus è ſclopeto impulſus contundit, & laniando vulnerat abſque vſtione cum enim in ſuperficie carnis neque eſcharam neque bullas neque veſſiculas inducat, neque veſtimenta comburit,ſed quia neutrum horum agit,indicatur ergo nullam ignis vim concepiſſe: Verum etiam vidi vice globuli intromittere in fiſtulam ſclopeti papyrum digitis,vel dentibus contuſum ac inſtar globuli compreſſum. Inde ſclopetum exonerari conſpexi atque papyrum egredi incombuſtum, & vix tactum: nihilominus partes corporis quas tetigit contundendo abſque vlla vſtione male affecit. Quid autem referam de ſulphure hoc enim calidum eſt tenuiſſimæ ſubſtantiæ ardentis, & ſummatim eſt materia ignis,vt recte ſenſit Georgius Agricola libro primo, & ſecundo de ortu,& cauſis ſubterraneis: id. ipſum meminit Ouidius decimo quinto methamor. ſulphureis ardet fornacibus Aethna.& Virgilius libro ſecundo Aeneid. late circum loca ſulphure fumant: ex ſulphure linuntur ligna exilia, & paruula arida,& leuia prout,& cãnabinæ virgulæ vel huiuſcemodi alia quæ ex vtraque parte ſulphure intincta ad accendendas lucernas in vſum habita dicuntur ſulphurata: verumtamen nullo motu agitatũ accenditur ſulphur præterquã contactu ignis teſte Fallopio tractatu de thermalibus aquis,atque metallis capite ſexto ait media æſtate tempore magni æſtus quo maxima fit radiorũ ſolis reflexio nõ accẽdi ignẽ in bitumine,nec ſulphure in venis detractis,& ſoli expoſitis: pręterea experientia habemus quod ſi oneretur ſclopetus globulo è ſulphure facto, indequoque exoneretur,vt fieri ſolet ex illo motu vehemẽti cũ aeris attritione nõ liqueſcit neque accẽditur quanquam ex ſui natura facile,& aptum ſit accendi ſulphur igni actu expoſitum faciliuſque plumbo liqueſcit igni: expellitur vero globulus ſulphureus è ſclopeto eadem forma durus qua fuit oneratus: fuerunt etiam fabricatæ ſagittæ cum canaliculis exterioribus circũquaque inde oblitę cera,& ſulphure demum arcu partico atque baliſta ingenti modo in altum,

modo

modo in longum miſſę neque ſulphur tamen neque cera accenſa, aut colliquata fuit: idipſum contingere vidi ex globulo cereo, qui a ſelopeto emiſſus non liqueſcit quamuis cera ſit facilioris liquefactionis plumbo: nihilominus ob motus vehementiam non concipit calorem adeo intenſum, vt liqueſcat nec adhæret rei contactæ, vel percuſſæ, vt parieti vel ligno quemadmodũ cõtingit ex re humida, & liqueſcenti, durus autem & ſolidus retrocedit cereus globulus a percuſſione & proſilit: ex præhabitis itaque colligitur quod vanum ſit dicere ſagittas ſulphure illitas, & in altum iaculatas accendi, ac eo magis falſa eſt ſententia ac minime veritate conſtans quod plumbum ſagittarum quæ in altum mittuntur arcu liqueſcat: quod a primis opinione tantummodo habitum fuit, reductis a verbis Ariſtotelis non æque perpenſis, nam ſi exactius animaduertiſſent philoſophum non abſolute aſſeruiſſe plumbum ſagittarum ex motu, & aeris attritione liqueſcere: Verum conſtat comparatiue egiſſe Ariſtotilem illa verba per analogiam, hæc eſt figura proportionis, nam quod dubium eſt ad aliquid ſimile reſpectiue comparat: idcirco huiuſcemodi comparatione cenſeo philoſophum innuiſſe quod proximum eſt ſphæræ ignis magis igneſcere, quam inferiora corpora, quæ motu caleſiunt, non tamen igniuntur neque vruntur, niſi tangantur ab igne aut a fulmine, quod ignis vicem gerit, de quo exemplum attulit Ariſtotiles libro ſecundo metheorum, vbi gradatim diſcurrit de duplici exhalatione humida nempe, & ſicca ex quibus procedunt Tonitruum, Corruſcatio, & Fulmẽ modo, vt infra, ſi exhalatio calida, & ſicca intercluſa in nubibus faciat percuſſuram diſrũpit eas ſtrepitu, & ſono quod appellauit tonitruum: ſi vero exhalatio extruſa ſit tanta, vt in flammam vertatur fulmen eſt, quod ſi feratur ruptis, & ſiccatis lignis ait tunc ridere Vulcanum: Sicuti pauca, & debili ignitione extruſus ſpiritus exhalationis facit corruſcationem his itaque comparatur maiore minor, vt voluit philoſophus hæc eſt veritas cui adhærere debemus, & prorſus omittere aliorum opiniones incõſtantes, quare ait Auerroes comment. in 8. lib. phyſicorum Ariſtot omnis opinio cui contradicit ſenſus non eſt bona opinio: quamobrem nulla adhibenda eſt fides eis qui opinionis, aut adulationis, & obſequii gratia quandoque magis quam veritatis ratione comparationem faciunt: verſa autem vice credere & aſſentire cogimur ſenſu, & rationibus apertiſſimis iunctiſque experimentis hucuſque oſtenſis: hæc enim prædictis primis opinionibus reſiſtunt quinimò demonſtrant planumque faciunt ignem non generari ex aere neque ex motu in lapide concuſſo; dum enim ferro percutitur lapis ex quo emittitur ignis nulla inſignis percipitur caliditas in ferro neque in lapide: hoc tamen cenſeo ad liquidum quod aer, & motus adminiculantur lapidem iam a natura conſtitutum ad hoc munus idoneum, & aptum euomere ignem: huius igitur potentia nõ eſt in ſubiecto quod eſt ignis in actu, ſed in ſubiecto in quo generatur ignis potentia ad motum erat ante motum ſecundum philoſophum libro octauo Phiſicorum textu quarto dicamus quod motus eſt actus eius quod innatum eſt moueri, neceſſe eſt igitur illa eſſe in quorum potentia eſt moueri vnoquoq; motuum: nimirum ſi igniantur quæ ſphæræ magis appropinquantur queadmodum dixit philoſophus loco præcitato, vt aer & vapores ſicci qui dum nubibus luctantur atteruntur rareſiunt, & accenduntur, rarefactio enim fit ca-

 liditate,

Digitized by Google

lidirate,ea eſt ſumma ignis natura:& ideo Galenus inquit igneum in nubibus incluſum agitari,attritioneque extrudi in fulmen,&c. Verum non ita contingit de inferioribus corporibus,vt puta ligna lapides,& ferrum : excluſa ſunt a philoſopho,inferiora quæ præterquam igne actuali haud apta ſunt igniri,præterea quod legitur de ſagittis alis plūbeis liquefactis ex motu, & aere falſum eſt,hoc autem additum vereor ab aliquo neſcio interprete:cum enim inferiora ſint ſuperioribus craſſiora, minuſque rareſiunt quamobrem, non ita facile accendi poſſunt : & ſi locis quibuſdam cauernoſis terræ, & fiſtuloſis quibus aer ventoſus, ſiue vt dicam more Ariſtotelis,in metheoris vapor ex terra procedēs cum motu cæleſtium occultiore calidus,& ſiccus per ſpiramenta cauernarum incubuit ſic concluſus querens exitum diu luctatus concipit ignem in materia ad hoc apta,vt in ſulphure , & bitumine,vt accidit Aethnę monti Siciliæ, pleriſque alijs locis ſubterraneis tum Italiæ, tum aliarum regionum prorumpuntur fumus,fuligo,& ignis: Si vero ventus,qui nil aliud eſt quam aer com motus,& agitatus concluſus ſit in terræ concauitatibus intercepta ſpiratione vbi,non adſit materia accendi diſpoſita non concipiet ignem, neque incendij ſignum vllam apparebit quanquam idem ſit motus aeris agitati & attriti,qui cum egredi nitatur vi cogit terram contremiſcere , & quandoque eam hiaſcere ex hoc terræmotu magna clade corruunt vrbes , & quandoque hauriuntur terræ hiatibus ſic vane quatitur terra iuxta qualitatem materiæ excipientis teſte Plinio libro ſecundo capite octuageſimo primo , præterea ait nil aliud eſt in terra tremor quam in nube tonitruum : Idem aſſeruit Ariſtoteles libro ſecundo metheorum demonſtrans quod ſicut in corpore noſtro, & terræmotuum,& pulſuum cauſa eſt ſpiritus intercepti virtus,ſic & in terra ſpiritum ſimile facere:inde inquit fieri percuſſuram eodem modo, vt comparetur maiori minor:ex his itaque ſatis conſtat non concipi ignem ex motu neque ex aere niſi concurrat materia ad hoc apta : iccirco ait Philoſophus octauo phiſicorū, & ſine hac definitione omnes homines concedunt, quod non eſt neceſſe moueri,niſi illud quod poteſt moueri,nec alteratur niſi quod innatum eſt alterari,neceſſe eſt igitur,vt res ſit innata comburi antequam comburatur , & comburere antequam comburat : hæc autem proculdubio aduerſantur Cardano qui inſulſe exiſtimauit , nullam in lapide potentiam ignis eſſe, & ſibi perſuaſit incertam ſuam opinionem fulcire vanitate leui dicens,quod lapides in ignem proiecti vix accenduntur quod erroneum eſt , ſuperius enim expoſitum fuit pyritem lapidem continere ſulphur quod eſt materia ignis ob id facile accenduntur contactu ignis nempe pyritis glebæ, quæ ſemel accenſæ ardent tribus, & quatuor menſibus abque lignorum, carbonumue ſubminiſtratione : quamobrem vana eſt Cardani opinio quemadmodum experientia docuit: præterea,aliud propoſuit erroneum auctoritate Alexandri nempe ſi ignis in lapide conceptus eſſet tangentis manum combureret atque lapidem , cui reſpondetur,quod verum eſt ſi ignis in actu exiſteret in lapide, ſed quia in potentia tātum viget in eo non conſequitur effectus ignis niſi modo concuſſionis ſuperius expoſito a motu enim concuſſionis mouetur ignis ad actum ex eo quod eſt ignis in potentia: & non poſſumus dicere quod motus faciat formam ſubſtantialem ignis teſte Auerroe in ſeptimo libro metaphiſicæ comment,31.nō-

ne

Digitized by Google

ne videmus continuo ac fere cunctis in domibus, & habitaculis teneri lapidē igniarium cum calibe eſca ignis, & ſulphuratis pro igne eliciendo ac parando vbi neceſſitas vrgeat, nihilominus non comburit, neque comburitur, imò manibus contrectatur ac pedibus calcatur a foſſoribus comprimiturque lapis iſte abſque læſione, & nullo vſtionis ſigno: propterea dicendum eſt oblitum eſſe Cardanum, quod meminit libro quinto de mixtis, aut fotre fortuna ad veritatem reuocauit opinionem primam vbi inquit pyrites vulgo dictus marcheſita colliſus ignem mittit ob duriciem qui ſi accendatur inſperſo acri aceto lienem prędurum colliquat: cum autem hæc primis non reſpondeant, arguūt ſibi contradixiſſe Cardanum: iccirco longiori non egemus demōnſtrationē: cum ſatis pateat ex pręnarratis elici ignem ex lapidibus diſpoſitis ac emittere eum: quibus hoc proprium eſt veluti magneti attrahere ferrum, & ambræ proprium attrahere paleam, quando fricatione calefiat ambra, teſte Auerroe ſeptimo libro phiſicorum comm. decimo: hanc vero diſpoſitionem appellauit Galenus primo libro ac tertio de ſimplic. medicam. facult. familiaritatem, ſimilitudinemue, ſeu qualitatis totius ſubſtantiæ proprietatem, prout & ſexto libro, de vſu partium cap. 15. ait lapidem heraclium idem eſt cum magnete, & ſideriti familiaritate attrahere ferrum: hac igitur ſimilitudine inquit medicinam pituitoſam attrahere pituitam, & ſic de alijs medicamentis purgantibus alios humores intelligi voluit: quod repetit libro tertio, de temperamentis: cū tamen Ioannes Meſues primo Theoremate libri primi de medicam. dixerit medicamentum eſſe purgatorium non a temperamento, neque, vt contrarium agat in contrarium neque vt ſimile trahat alterum, ſed quia talem cælitus eſt ſortitum facultatem a virtute cœleſti, quam vocauit formam ſpecificam & occultam qualitatem, quæ ab elementis euenire non poteſt, elementa enim prout quatuor qualitates calefaciunt, refrigerant, humectant, & ſiccant, nō autem purgant: ea igitur medicamenta hoc peragunt quibus natura iuxta Platonis ſententiam huiuſcemodi quaſdam proprietates indidit: ea vero medicamenta agnoſcere non poſſumus pręterquam experientia, vt meminit Galenus libro nono de ſimpl. medicam. facult. loco de lapidibus, vbi diſcurrit facultates, quæ proprietatis totius ſubſtantiæ ratione inſunt a methodo ac ratione alienæ ſunt, & per ſolam noſcuntur experientiam: innotuit equidem experiētia elici ignem ex lapidibus igniferis, & ſi perſuadet ratio hanc reperiri facultatem in pyrite, quia lapis ſulphure imbutus ſit cuius cauſa facile accenditur, & cum flamma ardet, & ſulphure olet: id tamen in lapide molari conſpici nō contingit, neque percipi datur in criſtallo, neque in calcidonio, neque in ſilice, non enim ardent cum flamma lapides iſti, quamuis igniantur, & excandeſcant, non expirant ſulphure, quod eſt ignis materia, imò videntur hy facultate frigida prorſus igni contraria præditi: nihilominus ſi calibe percutiantur abunde ignis ſcintillas euomunt, cuius effectus cauſa præterquam recenſita ex auctoritate Ariſtotelis alia eſt Medico Philoſopho atque Aſtrologo occulta, vel ſaltem difficillima cognitio: quare nobis decantare liceat Virgilianum carmen illud fælix qui potuit rerū̀ cognoſcere cauſas: ob id ergo fateri cogimur euenire cuique a natura propria ei attributa a cęlo tanquam Patre a quo rationem petant curioſi.

Digitized by Google

Quot modis fieri poßit ignis. Cap. XIII.

HIſtoria lapidis igniferi prænarrata in memoriam reuocauit varios pleroſque modos, quibus ignis excitari datur: nam accenditur ignis propagatione, aut putredine, aut coitione, aut antiſpaſi, aut frictione, aut percuſſione: quippe ex propagatione fit vbi ignis ſubiecto occurrat diſpoſito illico enim vrit eum, & in propriam ſui ſubſtantiam vertit adeo quod ignis alium agit ignē, eodemque modo, ni deſierit materia, in immenſum tendit, ita quod per contactum propagatur ignis: accenditur autem ex putredine vbi alio calore confirmetur, aut motu aut antiſpaſi ſiue coitione: verum coitio, & putredo, & antiſpaſis eodem modo accendunt ignem in vnum cogendo calorem diſperſum: quapropter ſub nomine coitionis haberi merentur: frictio atque percuſſio cum abſque motu fieri nequeant ab eo initium habent iure atque ſub eo comprehenduntur: ex quibus itaque conſequitur tres eſſe modos faciēdi ignem, quanquam longe plures eſſe videantur: nempe propagationē coitionem, & motum in his enim reliqui continentur: fit modus primus igitur propagatio ignis vbi adhæret rei ſiccæ, quæ apta ſit accēdi prout ligna ſicca, tedæ, carbones, fænum aridum, ſtipula, ſtuppa, lana, elychnium, eſca è fungis arborum, ferula, ſulphur, puluis pyricus, ſulphurata, funis præſertim quæ præparari ſolet pro tormentis bellicis, & huiuſcemodi alia ſicca, & rara quãnis, & humidorum in actu quamplurima reperiantur, quæ facile accendūtur prout aerea, & ignea, hec pinguia ſunt, aut oleoſa quemadmodum oleū, adeps, ſepum, pix, & reſinæ: Vinum, aqua ardens, & bitumen liquidum vt oleum petroleum quod eſt naphta *Dioſcoridis*, cum reperiatur atque ſiccum bitumē, quod eſt inſtar terræ nigræ accenditur, vt carbo, & ardet quemadmodū aſphaltum, & piſſaphaltum, & lapis gagates: ſic & huius generis alia: cogitur propagatione ignis in opere coquinæ ad epulas, dapeſue coquendas: ad candelas cereas, aut ſepaceas, faces, atque lucernas accendendas: & a fabris tum auri tum ferri in vſum neceſſarium habetur prout, & aliis fere infinitis artibus: eademque ratione exploratorum igniaria vſui fiunt in caſtris ac ignium miſſilia in bellis vſitata: præterea Galenus libro tertio de temperamentis capite ſecundo meminit quendam tunc temporis admirandum oſtentare modum accendendi lucernam quam prius extinxerat mox rurſus muro admouens eam accendit quod abſq; igne fieri ſimulabat adeo quod magice factum videbatur, verumtamen erat murus ſulphure, & liquido bitumine illitus, cuius ratione percepta deſiit admirari: huius exemplum ſecutus alter vt retulit Cardanus libro decimo de varietate rerum candelas non adeo perfecte extinctas imaginis cuiuſdam ori ad hoc ſpectaculum conſtructæ ac ſulphure, & bitumine coinquinatæ admouebat eædemque reuiuiſcere conſpiciebantur prout ſi ex ore imaginis ventus exufflaretur ignisque euomeretur: prædictam inunctionem ex ſulphure, & bitumine liquido vulgo oleo petroleo appellarunt priſci vnguentū Medeæ teſte Galeno loco præallegato: Medea enim Colchorum Regis filia inſigniſque incantatrix Iaſonis amore capta decepit patrem, & ſecuta in Græ-

ciam

Digitized by Google

ciam fuit Iaſonem cum vellere aureo ſublato a quo inde repudiata ob amorē Creuſæ Creontis Corinthiorum Regis filiæ,quam in vxorem duxit,licet dixerit Plinius hanc fuiſſe Iaſonis pellicem, quapropter Medea furore percita vt eos vlciſceretur in primis ită euomuit in creuſam,quã blanditijs deludẽs perſuaſit accipere dono coronam, ea autem erat fraude oblinita naphta,ideſt liquido bitumine: ita quod Medea coronam poſuit capiti incautæ creuſæ mox eã nimio opere credulam induxit accedere ad altare, Creuſa igitur cum nihil mali ſuſpicaret doloſum munus ſuſcepit, & ad altare acceſſit, vbi faces erant accenſæ, hinc naphta qua circumlita erat corona abripuit flammam exuſſitq; Creuſam: quemadmodum ſcriptis prodidit Plinius libro ſecundo de Hiſtoria naturali cap. 105. & ſi alii opinati ſunt Medeam prædicta cauſa indignatã ſacris carminibus ignem inextinguibilem vaſe clauſo ad Creuſam muneris loco miſiſſe vnuſquiſque tamen opinionem facti eam eligere poterit,quæ magis ei arridere videbitur verum prioris fama eſt magis diuulgata, videlicet quod Medea exuſſerit Creuſam cum ſulphure, & liquido bitumine in corona poſitis iccirco compoſitionem hanc vocarunt vnguentum Medeæ: Huic fere ſimile eſt illud quod nominant vnguentum Hermetis, efficaciẹ tamen minoris,& ſi hoc etiam multas candelas vnico filo accendere conducit; ſi prius aqua madefactum mox liniatur ſulphure,& auripigmento cum oleo diſſolutis; verum vtrumque purgatum eſſe conuenit: tunc filum extendi licet ad omnes candelas, mox fili captum accendatur operẹpretium eſt hinc enim continuabit ignis donec peruenerit ad extremitatem: Hiſtriones crebro vidi in foris verſantes,qui nugis,fucis,ac ſtrophis aucupãtur quæſtum huiuſcemodi ludificatione accendere candelam,eã enim apponebãt fruſto ſulphoris viui, quod erat forma lapidis cinerei coloris obſcuri in quo nullum apparebat veſtigium ignis,nihilominus accenſus ardebat lapis abſque fulgore,aut ſatis depreſſo,& ſi proprium eſt ei tacto ab igne flagari,non tamen eleuatur in ſublime, ſed depreſſa, & obſcura fit illius flagrantia ob ſuam corporeitatem, præterea humilis & contempta eadem euenit ex aeris lumine ceu maiori, ita quod non perſpiciebatur a circumſtantibus prẹterquam candela accenſa,hac igitur verſutia deluſi exiſtimabant aliud quod re vera non erat,vt putã præſtigium, quod equidem erat naturale.

Ob propagationis vſum plurimæ fiunt candelæ. Cap. XIV.

NOn ab re fore exiſtimaui nacta occaſione lapidis pyritis prout igniarij de quo frequenter tangere expedit,ſi de ignis differentiis ac modis diuerſis,tum conſtruendi,cum etiam ſuppeditandi eum differere inceperim, etenim ſuperius diſtinxi in propagationem præter alios modos quorum exempla quædam iam commemorata ſunt,& alia ſequuntur quibus fiunt candelæ maximi emolumenti,præſertim ex ſulphure natura vel arte mundo, & cum cera aut ſepo pari portione diſſolutis fit candela inextinguibilis: Alia ſimilis

milis effectus eſt ſi capiatur Colophoniæ, picis naualis ſingulorum pars vna, & ſulphuris binæ partes eximantur, demum omnibus ad inuicem liquefactis, & miſtis fit candela.

Idem etiam ex ſequentibus ſuccedet, Cape cannabis caulem inanem longitudine candelæ, quem pyrico puluere atque ſulphure viuo impleas eumque linteolo lineo ac veteri tegere operępretium eſt inde cera munire inſtar candelæ: hæc enim per contactum ignis ſemel accenſa nunquam extinguetur do nec penitus fuerit conſumpta. Sequens quoque præſtabit idem capiatur itaq; ceræ nouæ libra, camforæ vncia cum dimidio; picis medietatem vnciæ: pix vero, & camfora terantur vt fiat ex eis tenuiſſimus puluis qui immergatur ceræ igni liquefactæ, vt perfecte adinuicem incorporentur ex hac compoſitione ſi conſtruatur candela ac inde accendatur eueniet ex ea quod pollicitum eſt.

Alia conſtruitur candela quę ſplendide ac diutiſſime lucet: ex oleatum nucleis vſtis fit cinis hinc eodem fit lixiuium addita aqua, vt moris eſt apud mulieres, & barbitonſores quod percolatum euaporari cõuenit igni vaſe figulino vitriato reſidet enim ſal: eundem modum conficiendi ſalem ex rebus aduſtis meminit Galenus libro de vtilitate reſpirationis vbi aſſeruit ex mente Ariſtotelis fieri lixiuium mox ſalem ex calamis incineratis, & aqua ſi bulliat ad ignem: ex ſale itaque facto ex nucleis oliuarum immixta cera fit candela ad opus prædictum idonea.

Idem efficit candela e ſepo aut cera, & ſale communi ſpagirice pręparato, atque commixto: hæc equidem cęteris longe diutius durat neque crepitat dumne ellychnium xilinum ſit ſale, aut aqua ſalita infectum, tunc enim crepitum facit.

Alia conſtruitur candela mirabilis in colore, odore, motu, & ſtrepitu, ex halinitri parte vna, thuris, olei oliuarum, lactis lathiridis ſingulorum quinta parte, & ſulphuris decima, ceręque medietate his omnibus commiſtis fit cãdela.

Alia candela fit iocoſa quæ ſi domo flagret abſque alio lumine hominum mentem inducit phantaſtice videre anguium ſimilitudinem vt infra.

Expoſcit autem opus hoc vt interimas anguem mox obruas eum in ceram igni liquefactam, & in ea diu ferueat: donec optime decoquatur ſoluaturque eius adeps, & reliquum corporis areſcat tunc percoletur cera: ex qua ſic imbuta adipe anguis fiat candela cum trhyalle xillino equidem accenſa hæc falſas anguium imagines domo repręſentat innumerabiles: verumtamen poſſet idem exequi cum oleo.

Sequitur candela frangens ferramenta ac inſtrumenta quæcumque ferrea: Cape terebintinæ, raſæ, picis, olei oliuarum, vernicis liquidę ſingulorum portio equalis, ceræ nouæ totidem, at ſenici plane tot, & pariter mercurii ſublimati; ex his omnibus adinuicem miſtis fit candela, vt moris eſt, quę accenſa ſit ferro adhæreat, & percutiat eum vt excandeſcat corrumpit eum adeo quod frigefactum ſi percutiatur illico frangitur.

Candelæ faceſque ceroſæ in Caſtris, & bellis nocturnis vſurpatæ reſiſtunt pluuijs, & ventis diutiſſimeque perdurant; quarum deſcriptio ſequitur.

CApe colophoniæ, ceræ vtriuſque libras ſex, terebinthinæ libras duas ſepi libram, his omnibus igni commiſtis obruantur funiculi xilini pro candelis conficiendis vſitati, aut funes ex cannabe contorti pro facibus magnis, & bulliant per modicum temporis ſpatium, hinc extrahantur funes, vt frigeſcant, quorum quatuor vinciuntur ordine conſueto, vt fax ſit quadra longitudinis vero quamtumlibet, quę tandem operiatur ſequenti compoſitione donec augeatur ad molem, quę magis arridet: aſſumantur itaque cerę nouę luteę librę quatuor, terebinthinę libra, quibus igni incorporatis fiat nouum facibus tegumentum, iuxta artis ritum, quod etiam candelis fieri poteſt.

Etſi funes ad hoc munus cōferūt cuiuſcumque generis magis tamen conferunt ſclopetarij funes ex craſſiori lino contorti magis enim igneſcunt, magiſque ignem cōcipiunt ſi lixiuio decoquantur cum ſulphure, & halinitro, idem euenit fungis arborum maximis ſi mundentur alignoſitate, & decoquantur huiuſcemodi lixiuio, inde in tenues cortices, & panniculos diuidantur, & aſſicentur quos eſcam ignis appellant vulgares hęc maioris efficaciæ redditur ſi poſt exiccationem a lixiuio irroretur aqua vitæ ardenti ac iterum exiccetur meliuſque ſeruatur olibano trito aut vulgari Arabum ſandaraca.

Candela ardens in aqua.

Aſſumere opus eſt Ceræ dimidium libræ; ſulphuris viui, calcis viuæ, terebinthinæ, ſalis ammoniaci ſingulorum vncias duas, olei petrolei vnciam, camphoræ vnciam ſemis, omnia ſedulo adinuicem incorporentur hac inde compoſitione fiat candela, quæ igni accendatur mox in aquam locetur aut proijciatur, & ardebit. Candela medicamentoſa accedit aduerſus luem veneream: prodidit Alexander Traianus Petronius libro ſexto de morbo gallico modum cōficiendi candelam tantæ efficaciæ, vt æque morbum venereum gallicumue dicas ſanare valeat prout, & ſuffitus, & in nunctio ex hydrargiro: cuius modus conſtat ex ſequentibus: aſſumas minij ideſt cinabaris naturalis aut factitij vncias octo quandoque additur præcipitatum vtrunque enim in eodem genere exiſtit prout, & ſublimatum habetur eiuſdem naturæ, quam vis inter ſe diſtent ſecundum magis, & minus vitium, quas acquirunt a diuerſitate pręparationis: addit ſtyracis liquidi, myrrhæ, thuris ſingulorum vncias duas cum dimidio, Ladani vnciam vnam, & ſemis, ceræ quantum ſat ſit, & ex his omnibus iubet fieri cādelas nouem quæ conducunt ad opus prædictum ſi loco ſuffitus accendantur, adhibeanturque nouem diebus.

Can-

Digitized by Google

oleo è glandibus quercus ſtillato, aut huiuſcemodi alia materia pingui, & liquida: frequens tamen, & aſſiduus eſt vſus olei oliuarum, aut olei è ſemine lini, aut ex arillis vuarũ aut è nucibus, aut ex alijs ſeminibus: præterea ſi oleum quoduis mineralibus imbutum fuerit inde diſtillatum diutiſſime tuebitur eius lumen quod priuſquam pandam, a vulgaribus factionibusque inchoare accingor, & præ cæteris eſt ſequens Oleum magni compendij, & parſimonię immiſſum enim in lucerna quantitate ſemilibræ ardendo perdurat quatuor noctes.

Cape oleum è ſemine lini, colophoniamque æquali portione incorpora igni liquefaciendo inde munias lucernam hac compoſitione, & thryalli tandem accende, & experieris.

Lampas ardens aqua, extinguiturque oleo,

Si vernice liquida infarciatur funiculus xilinus, & lampade vitreo alioquin lychno penſili dicto quo ſæpe lucernæ vice vtuntur aqua fontis pleno immergatur, & accendatur peroptime ardebit: oppoſitum autem eueniet ſi ſuggeſſeris oleum commune, vice aquæ.

Si vero odoriferam optaueris lucernam Cape ligni aloes drachmas binas, belzuini vnciam, ſtyracis calamitæ dimidium vnciæ, moſchi ſcrupulum, ambari ſcrupuli medietatem, hæc omnia adinuicem commiſce cum aqua roſacea quantum ſat ſit inde in lucernam immittatur iſta compoſitio odorifera cum ellychnio quod accenſum vrendo redolebit: Sequitur oleum cuius vncia ardendo non abſumitur vno menſe ſcilicet Cape olei è tartaro diſtillati vncias octo ſalis amonniaci vncias duas commiſce in alembico vitreo mox igni ter diſtillentur vel quoadusque abſumatur aqua effluatque oleum fixum.

Diutina accedit lucerna quę pro vna die perdurat quadraginta, Cape minij libram, & Ceruſſæ dimidium, ſulphuris viui vncias quatuor, olei communis libras duas, mox omnia in maſſam ſubige in mortario prope ignem per tres dies interdum ſenſim concutiendo, mox in fialam vitream reconde maſſam, quę clauſa contegatur fimo equino, aut balneo maris octiduo, inde boccia flexa mitte, vt diſtilletur oleum quo muniatur lucerna cum thryalli amianti.

Aqua vitę è vino diſtillata appellatur ardens, & argentea, vt legitur apud Falloppium tractatu de foſſilibus cap. 11. idcirco facile accenditur: & diutiſſime conflagrat ſequens, Calcem viuam, Tartarum, & ſulphur æquali portione obrue vino potenti, & generoſo inde retorta ſemel diſtillentur alioquin ſępius diſtillata aqua minus ardet.

Accedit altera perennis, Cape calcis viuæ, Tartari crudi, ſalis communis ſinguiorum ęqualem partem, quæ omnia adinuicem commolita ſpiritu vini imbuantur mox immittatur maſſa in bocciam, ex qua vrgeatur diſtillare aqua, demum ipſa muniatur lucerna.

Oleum quod ad prædicta maxime conducit: Recipe aquæ colo ſtillatitiæ ex calce, & cinere, quam lixiuium acertimum appellant, alioquin capitellum, ex quo fit ſapo: raſæ pini, olei oliui, ſaponis albi, ana ideſt æquale pondus quã tum libet quibus adde ſalis alkali moliti vnciam pro ſingula libra compoſitionis prædictæ, hęc enim adinnicem, & in compagem ducta, ac in bocciam retortam clauſa cum recipienti vaſe vitreo vrgeantur igne molli diſtillare,

aquam

aquam enim & oleum erumpere conſpicies, demum oleum ab aqua ſegregare opus eſt: Alterum eiuſdem facultatis, ac maioris efficaciç erit, quod ſequitur, Cape olei oliuarum, ſalis vulgatis, & calcis viuæ partem omnium parem quæ in compaginem redacta reponantur in retortam, mox ipſa furnulo locetur, ac recipienti vaſe annectatur, demum ſubiciatur ignis ab initio mollis, vt moris eſt, inde paſſim augeatur, quoad penitus diſtillauerit oleum, quod quater rectificetur ſuper fæces proprias.

Aliud autem oleum per annum flagrare perſeuerans propalatur, ſcilicet Cape amili vnciam, maſticis binas vncias, & olibani tres, ſulphuris viui, olei oliui, carnis nucleorum nucum vna cum ſuis intermedijs lignoſis, halinitri, terebinthinæ vulgaris, reſinæ, ſingulorum vncias duas, gummi pini, gummi ſabinæ, gummi Iuniperi, ſingulorum vncias tres, aquæ dulcis id eſt communis libras nouem, omnia ſimul mittantur in ampullam vitream, cui comittantur capitellum atque recipiens, & ſtiparis iuncturis ſupponatur ignis: ſic enim diſtillabit liquor inſtar aquæ pinguis qua muniatur lampas expedit cum thryalli xilino prius aqua ardenti madefacto, ac ſepo oblito, qui ſubere craticulæ ferreæ ſuſtentetur neceſſarium eſt mox ſi accenſus erit annum perficiet pluties tamen thryallem renouare licebit.

Mathematica diſciplina cōſtituit lucernam Hieronymus Cardanus lib. 10. de rerum varietate initio cap 49. quam toto anno lumen edere, & abſque vlla interceptione perſeuerare aſſeruit & ſi concurrunt oleum ellychniumque nihilominus lucernç artificio attribuit facultatem tantam.

Alteram lucernæ machinam cōſtruere docet libro de ſubtil. primo de principijs rerum pag. 10. quam toto anno ardere habuit experimento: Prædicta ſuperat ſequens lumē, quod perenne appellant, videlicet lithargyrij plumbei libra, ſulphuris vnciæ quatuor, magnetis lapidis vncia, hæc omnia in ſcobem redacta incorporentur cum binis libris olei communis, ita vt fiat maſſa, quæ decem dierum ſpatio ſoli exponatur, quotidie tamen agitetur ſæpe rudicula, quibus elapſis conſtituatur in vitrea ampulla retorta, more ſpagyrico, & diſtilletur: fluet enim oleum perenne, quod rationi repugnare videtur cum non detur lumen flammeum citra combuſtionem, nam flamma viuit in corpore exhalabili, de quo ambigens Andreas Libauius lib. 2. de Alchem. vbi tractat de igne æterno, iccirco alicui cupido committit vt experiri poſſit ſequens arcanum, ſulphur ex alumine ſublimandum, & ſublimato commiſcetur borax, quibus vna affunditur vini ſpiritus rurſuſque ſæpius abſtrahitur diſtillatione, ac ita elaboratur ſulphur vt abſque fumo inſtar ceræ in lamina ærea candente fluat: demum in hoc ſulphure coquitur amianthi peniculus, ellychniumue dicas, ac idem in lampade vitreo complexum incenditur inani promiſſione æternæ flammæ: etenim vero videtur lumen vigere quantum perſeuerat, & durat thryallis cuius flamma oleum attrahit ceu proprium pabulum, vt ęque ſenſit Galenus libro ſexto de vſu par. cap. 15 perſeueratque longiori tempore, aut breuiori, iuxta naturam materiæ, ex qua fiunt ellychnia, funiculiue dicantur, parum refert, verum animaduertere licet eſſe ſynonyma vnam rem indicantia, ſed materia cum ſit multiplex, & diuerſa idcirco diuerſe durant funiculi magis minuſque iuxta naturam materiæ eorum, vulgares ſunt papiracei,

ſpartei,

ſpartei, aut cannabini, aut ſtupei, aut ex lino xilino, quod goſſipium, & coto-nium appellatur veruntamen netum, tortumue aliorum vſitatiſſimum eſt ad lucernam lumina de quibus ſcripſit Plinius lib. 19. cap. 1. & 2. & ſi prædicto-rum vice quandoque Priſci in vſum habuerunt caulem lychnidis herbæ albæ lanuginoſæque, rurſus medullam candidam fungoſamque Iunci teſte Remberto Dodoneo libro de ſtirpium hiſtoria, idem præſtat ſpongia ſi vice ellychnij immittatur lucerna cum oleo pręterea Plinius lib. 16. cap. 7. recenſuit Robur arborem præter fructum plurima alia gignere, & præ alijs quædam nucibus non diſſimilia quæ intus habent flocculos molles lucernarum luminibus aptos, nam ſine oleo flagrant quemadmodum, & galla nigra.

Aliud pręparatur ellychnium xilinum pro lucerna aut lampade quod vrendo non edit fumum, neque fungum prodit: In primis ſoluatur halinitrum refinatum in duplo aceti albi mox in ipſo infundatur per diem naturalem ellychnium xilinum, quo termino elapſo extrahitur ab aceto, ac ſoli exiccatur tūc optime paratum erit operi prædicto condncere.

Alterum quod ſequitur licinium philoſophorum putarunt quidam inaniter aſſerentes nunquam comburi neque diminui quod conſtruitur ex lapide Talk præparato cum filis bombicinis vel vibicinis ideſt factis de tubere vibicis arboris, verum a toto Cælo errant, ſentio tamen cum Plinio lib. 11. de hiſt. natur cap. 22. atque. 23. vbi tractauit de bombicibus animalibus, quæ telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fæminarum, quæ bombicina veſtis appellatur: Veruntamen huiuſcemodi ellychnia aut eorum vicem ſupplentia iam recenſita cuncta vruntur perſeuerante flamma atque celeriter conſumuntur, quapropter ſuperiores noſtri indagarūt thryallem fere perpetuum vt ita dicam ex lino cariſtio, qualem ſcripſit Pauſanias ineſſe Athenis in aurea Mineruæ lucerna, quam fecit Callimacus; mirabilis equidem erat lucerna quæ ante Mineruæ ſimulacrum continuo ardebat: hoc autem exemplo multis in regionibus hodierno tempore vſitatum eſt aſbeſtos ideſt amiantum, quod vulgus confundit cum alumine plumoſo alioquin fabulantes appellarunt pilos Salamandræ, & linum indum atque viuum, de quo egit Plinius lib. 36. cap. 19. ac lib. 19. ſupracitato: & Dioſcorides lib. 5. de medica materia cap. 147. de amianto lapide alumini ſciſſo ſimili quo, vtpote flexili pannos tantum oſtentationis gratia texunt qui ad ignes coniecti ardent quidem, ſed flammis inuicti ſplendidiores exeunt; præter autem hanc Dioſcoridis aſſertionem memoriæ prodidit Hierocles quemadmodum Brachmanes priſci Indiæ ſapientes induebant veſtes conſtructas ex hoc lapide, qui in fila tenuiſſima diuiditur, netur, & lanæ modo texitur, vnde faciunt pannos, & mappas ad abſtergendas manuum ſordes in cōuiuijs vt ſcripſit Plinius ardenteſque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendentes igni magis quam poſſent aquis, conſtruebantque veteres Regum veſtes funebres, quibus eorum cadauera inuoluta comburebant vt ſimplicem cadaueris cinerem colligerēt: opus ſane ingens occultumque diuinitatis poſteritati reliquerunt: At ſi luminum igniumque ſeriem ad vnguem euoluere velim, numquid mirius efficaciuſque optari licet quam ſequens perpetuum lumen quod vt ordine pandam poſtremum æque remiſi, quemadmodū enim cætera lumina ex propagatione fienda

circuit

circuit ſic eo quoque finem hiſtoriæ cuiuſlibet modi propagationis præſcribe re volui:hoc arcano lumine conſueuere vti veteres in ſepulcris continuo enim ardebat in eis abſque vlla interceptione,ob id meriro appellarunt eum perpetuum: ipſius autem liquoris luminis agendi modus eſt ſequens.

Cape lotii putrefacti ſitulas tres, in quo ſoluantur vitrioli romani ſex libræ, & ita quieſcere triduo permittas, deinde boccia vitrea diſtillare mittas leni igne,effluet enim tenuior pars halimoſa mercurialiſue inſtar ſpumæ: quæ rurſus ſtillatione rectificetur ignè molli, tunc enim tranſiet ſpiritus lotii cū ſpiritu vitrioli inſtar ſalis, quem in nouam ampullam reponere expoſcit opus, & diplomate locatam tegere altera ampulla, inde ſtipatis iuncturis ſubiiciatur ignis, & vrgeatur quoad ſublimet ſal, ſeptieſque reiteretur ſublimatio ipſius ſalis,demum huius ſalis libra,commiſceatur vna cum vnciis tribus Talchi tenuiſſime moliti cum lapillis fluminis in ſacculo vt mos eſt:inde ter ſublimentur per balneum maris ſoluentur enim inſtar olei viridis quod perpetuo ardere habitum fuit experimento, tantaque deprehenditur efficacia in eo vigere, vt ſi liniatur eo radius ferreus mox igni,aut candela accendatur continuo flagrabit: Huiuſcemodi ignem poſuiſſe Romanos in æde victoriæ recenſuit Perotus,eique Virgines veſtales ſacraſſe, quæ ignem perpetuum cuſtodirent: Verum capiendum eſſe perpetuum pro æterno exiſtimaui,vt meminit Virgilius lib.2. Aeneid:dicens,& manibus vittas,veſtamque potentem,æternumq; adytis affert penetralibus ignem: hoc indicatur Terni æuum ideſt trium ætatum nempe durans per tres ætates, quod ſatis ſuperque eſt tam longo tueri tempore: cum nihil equidem perpetuum detur, quod ex elementis compoſitum ſit auctore Ariſtotile libro primo de Cœlo, & mundo tex 125. nec non etiam tex.134.& cum eo conſenſerit Galenus lib.4. de vſu par.capite ſecūdo, Aeternitas abeſt a naturæ opificio: ex quibus deprehendere poſſumus diſcrete intelligendas eſſe ſcriptorum mentes, qui vt plurimum reſpectiue locuti ſunt: iam vero tempus acceſſit, vt pergamus ad ſecundum modum commouendi ignem qui per coitionem fit.

Modus ſecundus eſt quomodo fiat ignis per coitionem. Cap. XVI.

PEr coitionem igitur accenditur ignis vbi, calor per magnum ſpatium diſperſus colligatur in vnum paruum: magnus enim calor in paruo ſpatio congregatus magnos profert effectus, veluti quando comprimitur calor circumfuſus a frigido ſuperueniente, inde calor expellitur vnitus, & maior: quamobrem putei per hybernum tempus calent: iccirco Hippocrates aphoriſm.15.libri primi inquit Ventres hieme eſſe calidiores, &c.inde Galenus in commentario præter hanc ſententiā retulit ex mente Ariſtotilis cauſam aeris antiperiſtaſi acceptam per hyemem ex frigore enim extrinſeco accidit vegetiorem fieri calorem intus coercitum: ſic ignis cogitur calcis viuç, nam calor eius in fornace acquiſitus, & ſi latet attamen aſperſione aquæ frigidæ illico intus coit, & in ignem vertitur foriſque expellitur: ſic in bitumine nutritur ignis,

ignis,& gaudet aqua,qua cæteri omnes ignes extinguuntur:ex his & huiuſcemodi naturæ aliis fit ignis artificioſus,qui non extinguitur aqua,quinimò accenditur ea, hic relatus eſt Marco Gracchio conſtatque ex ſequentibus videlicet.

Pice nauali, & græca, ſulphure,tartaro,ſarcocolla,halinitro, & petroleo æqua portione,quibus additur calx viua ad duplum pondus omnium, quæ adinuicem commiſcẽtur ouorum luteis inde fimo equino per aliquot dies ſepeliuntur: tunc vſui parata erit compoſitio quæ facile accenditur pluuia,vel alia quauis aqua dulci: huiuſcemodi igne creditur Alexandrum Macedonem cõbuſſiſſe Agarenum regionem in Arabia : præterea legitur in Cardanum libro decimo de rerum varietate parari ouum intra aquam flagrans , quod vt eueniat.

Impleri oportet dimidium vacui corticis oui calce viua cui ſuperadditur pars pyrij pulueris, mox cera cõcluditur,& aquæ frigidiſſimæ imponitur tũc enim accenditur ignis,emicatque flamma.

Quidam vero anſeris ouum euacuant per orificium paruum luteo,& albumine, quorum loco implent corticem ipſum calce recenti , & ſulphure viuo equali portione,mox creta obſtruunt orificium : hoc inde ouum in matulam aquæ plenam immerſum illico accenditur ex quo flagrante mirabilia conſpiciuntur.

Alterum ignis modum habemus quippe eadem ratione conſtruitur paſta è calce viua , ſulphure, ac modico gummæ arabicæ, & oleo lini , formanturque pilæ quæ intra aquam accenduntur. Paratur quoque lapis calcis,qui obrutus in aquam ardet:ſi calcis viuæ recentiſque lapis pertundatur vſque ad medium ac ita excauetur , vt impleri poſſit terebinthina, & ſulphure viuo, mox calce viua obturetur orificium demum aqua immergatur, & flagrabit: attribuitur Alberto modus conſtruendi imaginem hominis,vel alterius, quæ accenditur intra aquam & ardet,hæc autem fit calce viua,ſulphure viuo,cera,& oleo petroleo: alij addunt caphuram,& oleum ſeſaminum.

Eadem ratione cõponitur lapis ignifer artificialis qui aqua, vel ſputo aſperſus ſtatim accenditur,cuius conſtruendi modum rationemque a diuerſis habemus ſcriptoribus,vt puta ab Alberto Magno : Ioanne Baptiſta Porta : Hieronymo Cardano; Birello: Vuecherio; Scaligero: Noſtradamo:& alijs quam plurimis doctis fide dignis qui de his multa attulerunt exempla: quorum aliquot ibi palam oculiſque omnium exponentur : videlicet Capæ tutiæ vncias duas,raſæ pini,ſulphuris viui,camphuræ ſingulorum vnciam, terantur omnia commiſceanturque, ita vt ex omnibus vnus fiat puluis quem fruſto lini volutum,& ligatum recondere opus eſt in medio calcis viuæ in olla fictili,quæ tegula,ac luto ſapientiæ obſtructa exſiccari permittatur inde in laterum fornace locetur, vt continuo igne reuerberetur tempore quo lateres coquuntur : demum extrahitur olla frangiturque vt ab ea lapis in medio concretus eximatur,qui loco calido,& ſicco ſeruatur: vbi vero ignem excitandi exiget occaſio ſputo vel aqua irroretur illico enim ignem euomet.

Idem eueniet ex ſequenti aſſumatur ſulphuris viui vncia , & totidem ſalis nitri , & camphuræ duplum,calcis viuæ recentis ad omnium quantitatẽ hinc

omnia molita, & linteolo apprehenſa adinuicemque in globulum conſtricta vaſe figulino claudantur, quod in fornace figulorũ locetur vſque ad perfectã vaſorum percoctionem tunc enim perfectus erit lapis durus ignifer.

Magnetem quoque lapidem docuit fieri igniferum Ioannes Serapio tractatu de ſimplicibus ex mineralibus cap. 394. hoc modo ſi magnes ſepeliatur calce viua recenti vaſeque figulino claudatur terra creta inde fornaci figulorum exponatur donec percocta ſint vaſa tũc extrahatur lapis, & infrigidari dimitatur, mox iterum in altero vaſe nouo, ac noua calce recenti, vt ſupra locetur fornace, quod fiat quater demũ eliciatur prædictus lapis, & viui ſeruetur loco calido, & ſicco, & cum opus fuerit igne, appropinquetur lapidi ęqualis eius portio ſulphuris deinde madefiat lapis, & illico emittet ignem ſulphurque accendet. Veruntamen placuit Io. Baptiſtæ Portæ vt ſcammonij totidem immiſceatur calci quibus ſepeliatur lapis calamitæ, mos inde ſeruetur Serapionis quippe reuerberetur igne donec albeſcat lapis, tunc in ſcobem redactum ſeruari voluit in loco calido, & ſicco, & cum exiget occaſio irroretur aqua nam illico flammam emittet.

Alij ſuperiores ſecuti compoſuerunt hunc lapidem magnetis vulgo calamitæ cum alijs ad huiuſcemodi negotium idoneis quamuis diuerſimode quemadmodum oſtendunt exempla quæ ſequuntur.

Cape calamitæ vnciam, calcis viuæ, picis græcæ, ſingulorũ vncias duas, cãforæ, ſalis nitri, ſulphuris viui, tuthiæ alexandrinæ anna vnciæ dimidium, olei petrolei, ſpiritus vini anna quantum ſat ſit vt fiat paſta ſolida quæ claudatur in vaſe figulino, & perlutetur, vt igni reuerberationis reſiſtat per duos dies naturales, & perfectus euadet lapis ignem euomens aqua, aut ſputo madefactus.

Veluti & ſequens.

Cape tuthiæ alexandrinæ drachmas duas, raſæ pini, ſulphuris viui, camſuræ, calamitæ, ſingulorum vnciam vnam, hæc omnia trita excepta tuthia, quæ ponitur integra ſimul conſtringuntur in ſacculeo lineo qui circumſepiatur calce viua, & in olla claudatur ne reſpiret inde in fornace reuerberetur per duos dies naturales quibus elapſis extrahatur olla frangaturque, & in ea reperietur lapis maxime cuſtodiendus, hic enim ſi irroretur aqua aut aquæ cyatho obruatur ardebit eius conſumptione.

Idem præſtat ſequẽs, calcis viuę, ſalis nitri, tuthiæ alexandrinę, calamitę omnium aquã partem, ſulphuris viui, cãphurę vtriuſque binas partes: omnia trita ſimul conſtringantur in linteolo inſtar globi, qui optime includatur intra duo crucibula quæ filo ferreo ligentur, ac perlutentur deinceps ſiccata locentur laterum fornace, donec percoquãtur eueniet enim lapis coloris laterini qui ſputo, aut aqua humefactus euomit flammam cui ſi adhæreant ſulphurata accendentur.

Congruit atque ſequẽs, conſtatq; calce viua, calamita, ſale nitro, camfora, ſulphure viuo, & tartaro, hæc omnia trita pinſantur oleo raſæ in vaſe vitreo quibus affundatur aqua vitæ, vt ſupernatet mox obſtruatur vas, & fimo equino ſepeliatur per tres menſes renouatur vero fimus ſingulis decem diebus, vt calidum magis tueatur vas, quo tempore materia fit ſpumoſa tunc extrahatur

vas

vas & igni carbonum exponatur donec penitus conſumetur humiditas, & miſtum in lapidem concreſcat, qui a vaſe eliciatur, & vbi opus erit ignis madefiat aqua, aut vino alioquin ſeruetur ab omni humiditate.

Non minoris efficaciæ eſt quod ſequitur: Ex calamitę libra, calcis viuæ, picis græcę, ſulphuris viui ſingulorũ vnciis quatuor omnia in pollinē redacta includãtur in crucibulo aurificũ vaſe, quod perlutetur ne reſpiret, demũ vitriariorũ fornace reuerberetur tredecim dierũ ſpatio, his peractis eliciatur compoſitum teraturque ac rurſus crucibulo clauſum locetur fornace, vt ſupra terque reiteretur hoc opus tandem enim reperietur lapis in crucibulo concretus tantæ virtutis quod madefactus emittit flammam cui adhærent accenditur candela.

Verum enim ex his ſatis conſtat quomodo ignis accendatur per coitionem ex frigore comprimente: Reliquum eſt demonſtrare ignem accendi coitione ex putredine: nec non ex reflexione radiorum ſolis coitione acta in corpore lucido veluti ſunt ſpecula: In putreſcēte materia quãuis exuberet calor non tñ adeo intenſus exiſtit in ea vt ignem concipiat, niſi ab alio calore confirmetur, & ab eo vires de magis acquirat: cuius exemplum prodidit Galenus libro tertio de tēperamentis capite ſecundo referens ipſe proiectũ fuiſſe ſtercus colũbinum prope feneſtrã domus in Myſia regione feruētiſſima ac media æſtate, putreſcens itaque ſtercus, & a ſole excalfactũ vaporem emittebat ignitum, ita quod accendit feneſtrę tabulas reſina illitas, ac tandē totam domum cōbuſſit, creditum eſt Marcum Graccum olim cōpoſuiſſe igneam miſturam è ſtercore columbaceo, & aliis quę ſol accendere poteſt: legitur atque Alexandrũ Macedonem iam ſequenti vſum fuiſſe miſtura in ſcobem redacta quã per hoſtiles ſpargebat regiones mox enim hęc calefaciente ſole accendebatur reliqua inde cuncta flagrabant. Cape vernicis liquidæ libram, olei è ſemine lini dimidium ſulphuris viui libras tres, ſtercoris columbini libras duas omnia ſimul permiſta, ac in vaſe vitreo poſita ſepeliantur tribus menſibus in ouium fimo quo tēpore compoſitum vertetur in puluerem ad prędictum munus idoneum.

Eadem ratione coitionis habita concipitur ignis licet diuerſimode, vt ſpeculis vrentibus quippę hæc radijs ſolaribus expoſita, percuſſaque ſi in materiã aridam reflectantur eam accendunt, & vrunt: huiuſcemodi ſpeculis Archimedes Siracuſius hoſtium triremes combuſſit, quod Archimedi memorabile factum ſcripſit Galenus loco præcitato: Alia quoque ſpeculorum vicem gerunt, vt puta Pila ſphærica cryſtalina, aut ex yſoberillo lapide fabricata, quod præter experientiam habemus a Camillo Leonardo Piſaurenſi libro qui ſpeculum lapidum inſcriptus eſt, & cum eo aſſenſerunt Andreas Cęſalpinus de metallicis: necnon Ioannes Baptiſta Porta de naturæ miraculis: Idem præſtare conſtat phiolam licet vitream puram autem, & lucidam lymphæ perſpicuæ plenam, ſed magis roſcidam eſſe congruet: vſuique multorum huic operi oportuna fiunt ſpecilla ex vitro plana, aut ex cryſtallo horum quodlibet aduerſus ſolis radios appoſitum tam diuque eis ſubiaceat adeo caleſit, quod inde materiam combuſtibilem ſuppoſitum inflammat & vrit: Specula vero comburentia ex optica diſciplina ab Archimede primum inuenta fabricantur materia, vel chalybis, vel vitri, vel cryſtalli: legitur fieri ex chalybe in librum

Digitized by Google

decimum de ſecretis Ioannis Iacobi Vuecherij: at ex vitro aut cryſtallo fieri habemus a Ioanne Baptiſta Porta, & aliis ſcriptoribus egregiis: verumtamen continuum conſpicimus vſum ſpeculorum è vitro, aut cryſtallo hæc enim probitate chalybeatis præferri experientia docuit: forma autem conſtruuntur ſpecula, aut concaua, aut plana, modo ſphærica, quandoque diuerſis angulis: monuit Athæneus Cilix peripateticæ ſectæ philoſophus accendi ignem ex ſeptem ſpeculis hexagonis adinuicem adeo nexis, vt ſpeciem vnius ſpeculi præbeant: inde experientia habitum eſt ex binis ſpeculis ſiue tabulis vitreis planis æque euadere ſpeculum comburens, nihilominus ſphærica, & concaua vitri ſpecula duplicata ad hoc munus vſui maiori ſunt, teſte Plinio libro ſecundo capite 110. Verumtamen connexu vtrunque adhærere operæpretium eſt ne vacuum appareat inter ſpecula, ſed vnum videantur quod vt ſatius voto ſuccedat adinuicem glutinant ea, explentque miſtura oui, & terebinthinæ: Alij vero citra glutem prædictum ſpecula iungunt duo concaua ita vt ſuperius ſit inferioris aliquantiſper maius ſic enim connexa eueniunt æqualia: verum priuſquam coniungantur ſuper induci congruit minoris ſpeculi gibbo, aut maioris concauo amalgamatio ſtamni cum argento viuo deinde folio ſtāni eadem amalgamatione lincto operiatur, aut amalgama fiat ex mercurio ideſt argento viuo, ſaturno, & marcheſita ſtamnea, æquali portione hinc ſpecula optime adiuncta quadam leui compreſſione ferruminantur ita vt ex eis vnum conſtruatur ſpeculum comburens cuius in centro radios ſolares coire patet, vt recte demonſtrauit Euclides in ſuis ſpecularibus, continuaque experientia approbat.

De modo tertio excitandi ignem qui exequitur, aut frictione, aut percuſſione. Cap. XVII.

SVpereſt exponere modum tertiū, qui motu, vel frictionis, vel percuſſionis exequitur, diuulgatū eſt veteres primi çui inſtar brutorū animaliū in nemoribus ortos ciboque agreſti veſcentes, & nudos vitā agentes cōſueuiſſe lignorū frictione ignē commouere: edoctos neceſſitate experientiaq; a natura eis oſtenſa caſu: vbi priuſquā ne vnus quidem innotuiſſet modus faciēdi ignē accidit quandoq; cōſpexiſſe arbores ab impetuoſis ventis agitatas ramoſq; inter ſe terentes excitaſſe ignē a quo licet in primis pauidi fugirent nihilominus intuētes poſtea poſſe tuto cauteq; tractari quinimmo humano generi cōmodum fore ignem enixi fuerunt fricatione lignorum excitare illum inde quoq; ligna adijciendo conſeruare, & augere quantum exigat occaſio quemadmodum ſatis expoſuit Vitruuius libro ſecundo de architectura capite primo de priſcorum hominum vita, &c. idipſum aſſeruit Ioannes Baptiſta Porta libro ſecundo de magia naturali capite nono: etenim vero ad hoc opus ligna non æque omnia congruunt, vt quę magis apta ſunt concipere ignem extant calida facultate prædita prout ficus, laurus, quercus, Ilex, Thilia, hedera, vitis, & huiuſcemodi alia ligna quæ locis apricis orta eſſe conueniunt, hæc propria

natura

Digitized by Google

ura producunt ignem, præ cęteris tamen approbatur laurus, iccirco ſcripſit ſebius lauri arborem ſoli dicatam eſſe, & naturæ igneæ quamobrem a dæ- ›nibus odio habetur, Plinius lib. 15. cap. vltimo ait laurus triumphis proprie :atur gratiſſima domibus, his vero ignem excitandi modum memoriæ pro- dit Plinius libro ſecundo de hiſtoria naturali cap 110. ignium per ſe miracu- ,ait addantur humani ignes, & lapidem quoque inſiti naturæ, attrita inter ſe ;na: Si igitur confricentur velocitate virgę duæ lauri ſiccæ dum vero fri- ionis motu incaluerint ac fumare incęperint cito aſpergantur ſulphure trito ınc enim accendentur, & in flammam vertentur.

Prętcrea cum homo inſtinctu naturę ſcire cupiat, vt Ariſtotiles aſſerit libro rimo metaphiſicæ hinc euenit, ne acquieſcat inuentis humana mens verum nduſtrie eis addere quod facile videtur, vti prouerbiali ſententia vulgo habe- ur, nempe facile eſt inuentis addere, & omnia tandem quoad poſſibile auge- e procurat: eiuſdem ſententiæ legitur Cicero lib. 2. off. hominis autem mens liſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit videndique & audiendi delectatione ducitur: quapropter neoterici enixi ſunt conficere lapidem, qui fricatione ignem emittat etenim iuxta optatum ſucceſſit, eius compoſitionem pandam.

Cape calamitæ, ſulphuris è regulo ſtibij, mercurij ſublimati, ſingulorum drachmas tres lapidis gagatis drachmas duas auripigmenti, marcheſitæ æris, ſingulorum drachmas ſex olei ligni aloes vnciæ dimidium, ſpiritus vini recti- ficati, olei ſulphuris ſingulorum drachmas ſex terantur, quæ ſunt terenda cæ- teriſque permiſta in paſtam redigantur, quę vaſe figulino clauſo ad ignem co quatur donec in lapidem conuertatur, qui panno aliquo fricatus accenditur mox ſputo extinguitur: ſed de his ſatis.

Quatenus vero ad motum percuſſionis quo elicitur ignis fit vbi chalybis acies cum chalybe percutiatur ex quo ignis excuti ſæpe conſpicitur: quod ſem per equidem euenit ſi cum chalybe percutiatur cryſtalli lapis, vel ſilicis, vel calcydonii, vel marcheſitæ; verũ huiuſcemodi modus eſt adeo vulgaris, quod eum demonſtrare ſuperuacuum exiſtimaui cum ſuperius etiam de eo ſatis mentionem fecerim: ſatius autem expedit reuertere ad inceptum marcheſitę, vt perficiatur ipſius opus.

Chymica opera quæ ex pyrite circumferuntur. Cap. XVIII.

PRæter prædicta pyritis præſidia aduerſus multos corporis humani mor- boſos affectus ac cætera commoda hucuſque recenſita tanta fuit pyritis præſtantiæ exiſtimatio apud vulgares Chimiſtas, vt de eo mirabilia decã- tare conſueuere ſub ænigmate hermaphroditi continentis in ſe vtrunque ſe- men metallicæ generationis: quamobrem pertinaciter inhærentes ſuo propo- ſito totum æuum vitæ ſuæ conterunt: idcirco pleraque in alchymica arte ope rant ipſi cum pyrite excogitantes inſolitum lapidem philoſophorum nuncu-

Digitized by Google

patum de quo ſolet verſari quæſtio inter doctos indoctoſque, ſi fieri poſſit vel ne: eaque multis ſœra diſceptationibus adhuc indeciſa manet: neque hic datur locus, vel occaſio tam vaſtum pelagum ingrediendi: ſed cum in horũ mentionem inciderim, non nihil de eis inſerendum hic eſſe cenſui quod exemplis agam referens multiplici modo magnaque induſtria quoſdam chymiſtas parare ſuam medicinam ex tenuiſſima pyritis eſſentia: quidam enim in pollinẽ redigunt pyritem præſertim aureum eumque ſoluunt in aqua diuiſoria aurificum, quæ metalla diſſociat, & abijciunt terreſtreitatem inſolubilem imò boccię reſidentem, eam vero partem in aqua ſolutam reponunt vitreo alembico, quo digerunt hinc toties diſtillari aquam a pyrite vrgẽt, moderato tamẽ igne donec potioris, ac facilioris fuſionis euadat pyritis eſſentia, quod in ſeptima diſtillatione euenire ſolet, vti experientia docuit: tunc aſſerunt eſſe medicinam aptam congelare, & fixare argentum viuum vulgi in verum argentum, aut in aurum iuxta fermentum medicinæ aſſociatum, dum medicina hæc proijciatur ſuper hidrargirum feruidum, & in igne fumans:

Alij vero reiteratis quatuor diſtillationibus capiũt pyritem ſic præparatum & exſiccatum, & tenuiſſime commiſcent, cum æquali portione mercurii ſublimati, ac totidem ſalis ammoniaci inde compoſitionem hanc locant in boccia vitrea ſublimatoria, quam furno aptant eidem ſubijciunt ignem, & cogunt ſublimari: denique cunctis a pyrite leui exaltatione ſeiunctis moliunt pyritem ipſum, ita elaboratum ſuper lapidem porphiritem hinc acti demittunt eum loco frigido, & humido, vt moris eſt, vt pyrites humeſcat, & in liquorem ſoluatur, quem appellari oleum placuit ipſis chimiſtis: Quidam etiam in tenuiſſimam ſcobem moliunt pyritem rudem, vt è minera extrahitur, ſcobemque in matulam vitream reponunt eique acetum accerrimum ter diſtillatum affundunt mox vas clauſum in diplomate locant leni calore, donec coloretur acetũ, & imbuatur tenuiſſima pyritis eſſentia, quam inde ſeparant ab aceto calore balnei maris, vt requirit ars omittendo os vaſis recluſum, vt euaporetur acetũ: alioquin capitello alembici claudi poteſt matulæ os, ne amittatur acetum, ſed diſtillando colligatur iterum vaſe recipienti ſuppoſito, nam imò vaſis reſidebit pyritis tenuiſſima ſubſtantia munda ab omni fæculenta terreſtreitate, quã ita mundam, ac peroptime attenuatam, vel alio quouis modo ex prænarratis habitam vniunt chymiſtæ, cum oleo ſolis aſſerentes hoc eſſe fermentum, quo ducũt medicinã ab eis celebratã, ſub nomine elixiris, de potẽtia ad actum, ſolis enim, ſiue auri dicas eſt facultas aurificandi quemadmodum lunę lunificãdi præterea imbibunt pluries terendo medicinam ſuper lapidem porphiritem oleo ſalis al Kali, hoc enim dicunt incerare medicinam, vt habeat ingreſſum, & fuſionem, ac facilius ſoluatur in oleum quod inde claudunt ſigillo Hermetis in pila vitrea ſphęrica, quam furno Athanor aptant leni igne continuo, & æquali tribus prunis accenſis per menſem quo temporis ſpatio conſueuit fixari medicina, ſic garrulant ipſi ſophiſtæ, quod ſi huius medicinæ pars proijciatur ſuper decem partes argenti viui mundi, & in crucibulo calefacti dum euaporari velle videtur illico eum ſiſtit, & fixat in aurum optimum, & ſic putãt multa facere ac mundum chimerarum habere nihil tamen in manibus ſuis inueniunt, dum enim prædictam eorum compoſitionem expectant in optatũ

elixirem

elixirem verti, ſecus negotium contingere cernunt, & cum res votis ſuis non reſpondeat euanidaque ſpe deluſi tunc animi deiecti tum corporis tum fortunæ bonis in mediis procellis egeſtatis, & infortunii hærent, & ad ſirenios ſcopulos conſeneſcunt ad inſtar Siſyphi ſaxum voluentes: quamobrem hy non amplius chymiſtæ at potius lachrimiſtæ vocari merentur ac iure dicere poſſemus eos non aliter ac Cimmerios in tenebris verſari, ac ludibrio haberi, nam cum de repente diteſcere velint ad extremam inopiam redacti ſunt: horum itaque chimeras receptaſque mendaciis plenas euitare omnibus conſulo ne in eandem foueam ruant: chymiæ autem incumbere cupientes hortor deſerere apparentiam, & phantaſiam ſophiſticam ea enim non eſt omnino ars, neque ſcientia, niſi abuſiue, nam ipſius principia ſunt falſa, & non naturalia quapropter ipſius euentus neceſſario ſequitur fallax, idcirco a nemine ſapientium vnquam, ab illis vero, qui cum vulgo ſentiunt fere omnibus eſt recepta: hæc eſt ſimilitudo ficta, cauſa ignorantiæ, ſicuti diſcrimen cognitionis: ſpuriam hanc artem tanquam phantaſma eleganti carmine deteſtatus eſt in ſua Chryſopeia ſummus ille Poeta atque philoſophus Ioannes Aurelius Augurellus, qui tamen ſuis laudibus legitimam deprędicauit: nec eo minus veram celebrauit Palingerius in ſuo Zodiaco hijs ſequentibus metris.

Experti multa, & non paruis ſumptibus illam
Inuenere artem, qua non ars dignior vlla eſt,
Fingendi lapidem æthereum, quem ſcire profanis
Haud quaquam licet, & fruſtra plebs improba quęrit.

Omitto alios innumeros Clariſſimos Viros qui de his multa ſcripſerunt, & concordes aſſeruerunt decipi pernicioſe omnes qui ſophiſtice procedunt, cum ignorent rerum principia: iccirco ait Ariſtotiles libro quarto metaphiſicæ homines enim non decipiuntur, niſi in eo quod neſciunt, quippe huiuſcemodi homines extra naturæ ordinem elaborantes halucinantur, inde alios ſeducere tentant, eoſque decipiunt, vt ſocios habeant iuxta illud Ouidij carmen Solatium eſt miſeris ſocios habere pænates: operæpretium eſt igitur hominem inſtrui in cognitionem viæ cuiuſlibet rei quam vult operari, & ſi in tramite iuſto artis veræ permeare voluerit omiſſa illa ſophiſtica, & deceptoria, conuenit, vt ante omnia timeat, & amet Omnipotentem Deum in Trinitate vnum nam ab eius Diuinæ Maieſtatis Potentia omnia bona procedunt, omniaque creata fuere pietate, & ratione, iccirco magnus, & nobilis Rhetor Iſocrates monet vt Deum timeamus ac pie ſanćteque colemus, quare vnuſquiſque oret itaque Deum Optimum, & Maximum, vt tribuat ei donum ſapientiæ, & cognitionis, nam Deus inſpirat cui vult, maxime probis & bonę voluntatis, iniquoſque repellit: inde Dialecticæ, & Philoſophię incumbat quibus mediantibus tendere poſſit ad ſpeculationem, & inueſtigationem, quæ neceſſario pręcedunt operationem ad enucleandam medullitus veritatem: finis enim ſpeculatiui intellectus eſt veritas eo equidem excutitur tanquam ex pyritis colliſione ignis: iccirco Ariſtotiles libro ſecundo metaphiſicæ inquit neſcimus autem verum ſine cauſa, mox tertio metaphiſicæ potior enim inueſtigatio priorum

eſt ſolutio dubitatorum: hoc autem non eſt opus inopis, vt inquit philoſophus in ſecũdo libro politicorum, impoſſibile eſt indigentem philoſophare, & qui prædicta neglexerit in caſſum laborabit, & proculdubio peribit: ob id ſcriptis prodidit Arnaldus Villanouanus, qui vult ad hanc ſcientiam peruenire, & nõ eſt philoſophus, fatuus eſt, nam hæc eſt ſcientia de occultis philoſophorum, ea igitur latet fatuos, ignatos atque iniquos: ex his patet vt nemini liceat ſe huic arti intromittere, niſi naturæ principia ac eius regimen agnoſcat: prout recte dixit Bernardus Treuirenſis de tranſmutatione metallica, nam opus ſequitur naturam, quare inquit Cicero. 1. offic. neque enim attinet repugnare naturæ, nec quidquam ſequi, quod aſſequi non queas, qui ergo vult quicquam efficere omittat inſulſas opiniones, quibus fidem adhibere obeſt, animum vero diſponat, vt rerum naturas, & euentus intelligat, hinc tuto manus ad operandum emittat: eiuſdem ſententiæ fuit Democritus Abderita nempe ne extra rationis limites incedat, qui huic facultati inhærere cupit; neque in opere ponere ſe animaduertat, niſi prius agnoſcat cauſam, vel materiã determinatã propinquã cũ determinata proportione elemẽtorũ adinuicẽ, neq; ignoret opus eſt propriũ inſtrumẽtũ, quo agit in materiã ad introductionẽ formę, ſciatq; locũ proprium generationis: atque præciſum modum agendi, qui ex intentione naturę conſiſtit in illa materia: iccirco Parmenides in turba philoſophorum inquit ſi dictas qualitates ignoratis nolite operi appropinquare, quoniam totum eſt noxium, & infortunium: diſcurrens Auicennas de magiſterio artis chymicæ in principio portæ elementorum conſuluit inquirere primum vtrum ſit vel non: deinde in prima dictione docuit inueſtigare quid eſt: quomodo eſt: & cur eſt vel propter quid. Verumtamen iam habuimus hanc doctrinam ab Ariſtotile libro primo, & ſecundo poſteriorum quamobrem qui rei ſcopum attingere voluerit Ariſtotilem percurrere oculis moneo præter locos præcitatos libro octauo phiſicorum textu tertio, vbi inquit, & oportet nos conſiderare quouſq; ſciamus quomodo eſt: hoc enim non tantum eſt vtile in vere ſciendo aliquid in ſcientia naturali, ſed etiam prodeſt in via inducente ad conſiderationem de primo principio: ſed reuertamus ad Auicennam qui loco, vt ſupra prodidit per marcheſitam intelligi ad aurum ſanguinem, & ad lunam oua more metaphorico ne ab inſipientibus perciperetur eius ſermo, quare tam arduum eſt hoc quam ex Tantali hortis fructus decerpere: verumtamen inferius in eadem dictione prima aſſeruit ipſe marcheſitam de auro, & de argento non mittere vllum Sapientem in ſua alexir: idem repertit apertiſſime in quinta dictione, in ea enim omnes excludit marcheſitas aſſerens non eſſe neceſſarias in magiſterio: quinimò vt magis hoc pateat, aliam recenſuit materiam eſſe primam, & ſubiectum alexiris philoſophorum capite decimo dictionis quintæ dicens capias lapidem qui non eſt lapis, & diuide, & fac de eo ſpiritum, & animam, & corpus: hanc igitur materiam primam inquirat ſtudioſus in hac arte nolens ſuo fruſtrari labore, eſt enim vna res in elementali mundo a Deo creata ſubiectum omnis mirabilitatis actu animalis vegetabilis, & mineralis vbique repertitia, a pauciſſimis cognita, a nemine expreſſa proprio nomine, ſed innumeris figuris ęnigmatibuſq, velata: teſte Petro Bungo libro de numerorũ myſterijs: vnde ex præhabitis conſpicuum habemus marcheſitam non ingre-

di

di in magiſterio philoſophorum, quãquam in ſe contineat ſeminaria generationis metallicæ, quemadmodum ſatis oſtenſum fuit: cum nimium arduum imo impoſſibile fere eſſet a lapide marcheſitæ enucleare duplicem illum vaporem qui eſt materia metallorum immediata: hæc autem latet in quodam corpore a natura genito ad hoc munus magis apto, & propinquo, & non eſt lapis prout dixit Auicennas dictione quinta cap. 19. Cape lapidem qui non eſt lapis, & fac de eo ſpiritum animam, & corpus, & Raimundus ait cape lapidem non lapidem: dicemus nos itaque eſſe aliud minerale halituoſum forma aquæ ſiccæ, quam conſueuere philoſophi appellare argentum viuum quod participat naturæ ſulphuris nõ tamẽ vulgaris ſed philoſophici hoc eſt homogeneum quod producit aurum, & argentum: quapropter merito appellarunt eum philoſophi primam materiam, maſſam confuſam, chaos, primum ens, microcoſmum, lapidem album, lapidẽ philoſophorum, lapidem benedictum, lapidem Indorum, & Aegiptiorum lapidem ſedenegi, lapidem non lapidem, lapidem vriſium lucentem, niuem, grandinem, Alumen Alophor, auripigmentum, argentum viuum, ſulphur, gummi benedictum, maſadir. i. florens alis albis, arſenicum, antimonium noſtrum, hæc non ſunt vulgaria, Terram nigram oculoſam, terram foliatam, terram philoſophorum, terram benedictam, latonem, azoch, ſalem ammoniacum, calcem albam, calcem corticum ouorum, cinerem clauellatum, Gambar, martech, Kuhul boritis, Zandarich, muchel, Kenque, corſuphle, Kibrie, vel al Kibric, cedue, ouum, gallum, & gallinam, teſtudinem, in qua latet album, & rubeum, fumum album, & rubeum, monſtrum, hermaphroditum, id eſt maſculum, & feminam, ſperma album femininum, & rubeũ maſculinum, Cœlum philoſophorum, & terram corpoream, & ſpiritualem ſpiritum fœtẽtem, venenum, buffonem, acolum montanum, aquilam expanſam, ſanguinem meduſæ, menſtruum fœtidum, & cæleſte, ſanguinem humanum, ſanguinem ſpiritualem, ſuccum lunariæ, lunariam cælicam, Virginem, portulacam marinam, cælidoniam, fermẽtum, coagulum, ſalamandram, phænicem, falconem, leonem rubrum, leonem viridem, draconem, Auem Hermetis Aquam vitæ metallicam, aquam philoſophicam, aquam ſtygiam, mare acidum, aquam roris madij, aquam viuam, & ſiccam, aquam permanentem, & perennem, aquam mercurij, argentum viuum, minerale animale, & vegetabile ortum a vino rubro vel albo, Acetum accerrimum, quintam eſſentiam, elixirem, balſamum, al Kali, Tartarum philoſophorum, qui omnia metalla reducit in mercurium vitæ, mercurium philoſophorum, mercurium animatum orizontem, Vas Hermetis, hæc omnia ſunt vnum nuncupatum æs, magneſia, purum aurum, & argentum, non in ea forma qua oculis cernitur, ſed qua in mercurium diſſolutum eſt continens in ſe omnes colores mundi, & omnia metalla in potentia: quamobrem nihil eſt in mundo mirabilius hac materia lapidis: icirco vt occultarent eam philoſophi, ne ab inſipientibus agnoſcatur, non proprio nomine loquuti ſunt de ea, ſed ambagibus verborum diuerſiſque vocibus vſi ſunt eandem rem ſignantes: Verumtamen ne a filijs doctrinæ ignoretur prædictis, & alijs innumeris nominibus eorum quibus aſſimilauerunt eam appellarunt materiam lapidis per deſcriptionem ſuarum radicum vt eſt legere in turba philoſophorum: & ſi innexa implicataque adeo apparent vt

vix

vix multorum annorum ſtudio huiuſmodi vocabulorum ſignificatio erui poſſit: vnde pleraque alia referri poſſent, quæ ſtudioſis relinquo vt de his obiter percurſis prætereat ſermo: ſat mihi eſt definiſſe marcheſitam nullam eſſe materiam lapidis philoſophorum, neque elixirem, neque præſtare tincturam metallis pręterquam ſophiſticam, prout iam ſuperius explicatum fuit teſtimonio Gebri ſummi philoſophi: quare tam conſentaneum eſt ex ea fieri ſinceram realemque tincturam quam ebur atramento candeſcere: eadem apparentia oſtentationis, & queſtus cauſa fingunt lapillos ex marcheſita emulantes gemmas cum re vera non ſint, & ſi potior eſt marcheſita infici colore alterius lapidis vel pigmenti mineralis ob ſympathiam qua conuenit cum mineralibus, & ideo ſæpenumero intuitus ſum cum ea fieri lapides pulchros ſed ſophiſticos prout ſequentibus exemplis deprehendere poteritis: in primis itaque vt fiat lapis aurei coloris.

Cape ſalis communis vnciam ac totidem auripigmenti, mox trita, & commixta hæc claudantur in crucibulo fuſorio perlutato, inde vt ignis vi liqueſcant exigit opus, demum materia frigefacta ac commolita ad vnciæ pondus commiſceatur cum vncijs denarijs marcheſitæ vſtę quę diphryges vocatur a græcis; tunc huiuſcemodi compoſitio includatur crucibulo fuſinaque vehementi follium motu fundatur penituſque liqueſcat: tandem omittatur frigeſcere nam concreſcet in lapidem coloris aurei qui expoliendus erit: Alter accedit modus componendi lapidem perſimilem azurro vltramarino.

Aſſumantur lapilli fluuiatiles albi, & lucidi qui ignis reuerberatione in calcem redigantur: Idemque fiat de cryſtallo: tunc vtriuſque calcis capiatur æqualis portio, & altera addatur pars azurri de Alemania, ſic dicti, his tritis commiſceatur decima pars marcheſitæ aureæ demum compoſitum hoc in vaſe fuſorio conglobatum liquefiat igni ac inde frigeſcere permittatur, nam in lapidē concreſcet, qui iuxta artem ſecari, & expoliri poterit: Etenim eadem norma alij plerique lapides cuiuſcumque coloris fingi poſſunt, ſuperfluum fore cenſui me vlterius diſſerere: magis vero nobis profuerit omiſſis ſophiſticis in vſum habere marcheſitam tantummodo aduerſus multos affectus corporis humani quibus ſummopere conferre nouimus: verum etiam vt omnibus ſatiſfaciam non deſinam in ſequenti pandere modum conſtruendi marcheſitam factitiam atque alia quædam mechanica opera curioſis grata.

Modus conficiendi Marcheſitam arte ex quocunque metallo, exordiens a ſtamno. Cap. XIX.

HAbita exquiſita cognitione natiuę marcheſitæ foſſiliſque, de qua conſtat tractatulus iſte ſiue deſcriptio prima, ſub nomine pyritis ſeu marcheſitę dicas idem eſt, & ſi antea vſus fuerim potius pyritis nomine a græcis deducto non ab re egi hoc cum veterum græcorum morem ſecutus ſim a quibus primordia medicinæ nobis fuere inſtituta: vbi vero contigerit aliqua recentiorum inuenta recenſere, cuiuis alterius ſectæ, tunc æquum etiam cē-

ſeo

Google

ſeo eos imitari, dum tamen non opprimatur veritas, ſic in rebus vulgaribus quandoque licet obſequi vulgo proferendo propoſitum voce ei magis fami.liari quam fieri poſſit: Vnde cum reliquum ſit explicare quoddam genus marcheſitę factitiæ de qua nemo veterum egit verbum, quod memorię proditum ſit: quinimo modus ipſam agendi fuit a recentioribus inuentus: etenim in multiplici quoque vſu habetur a vulgaribus hoc nomen marcheſitæ, opportunum mihi videtur de ipſa tractare eadem voce marcheſitæ: & ne quid intactum relinquere videar at cunctis palam facere quibus, & quo modo conſtruatur ſumme gratũ, & vtile fore exiſtimaui: ex plurimis enim adinuicem miſtis arte cõſtat hæc marcheſita de qua in pręſentiarum exemplum afferam, & a ſtamno exordiar a quo æque denominabitur marcheſita ſtamnea videlicet.

Cape tartari crudi vulgaris hoc eſt excrementum ſiue fex vini concreta ſicca, & ſolida inſtar lapidis, quæ lateribus cadorum adhæret, & vſu habetur ab argentarijs ad expoliendã opera: huius itaque tartari vnciam triturabis cum totidem arſenici cryſtallini, adeo vt ex eis tritis, & adinuicem ſubactis fiat puluis vnus, quo cimentetur ſtamnum ad pondus vnius vnciæ quod in bracteas ſit fuſum, & hoc modo fiat ſtratum pulueris fundo crucibuli aut alterius vaſis terrei fictiliſque non vitriati quod tamen exterius ſit munitum luto ſapiẽtiæ, chymiſtarum more, vt ignis vi reſiſtere poſſit, inde ſuper ſtratum pulueris locentur laminæ ſtamni, ac iterum ſuper eas aſpergatur puluis vt alterum fiat ſtratũ mox, aliæ ſuperponantur laminę, atque iterum puluis, & eundem ordinem proſequendo impleatur vas, tũ puluere, tum laminis, animaduertendo quod primum ac poſtremum ſint ſtrata ex puluere, cæteraque ſolariatim conſtructa ſint, ita vt ſtamni bracteæ ſint penitus ſepultæ in puluere prædicto e tartaro, & arſenico: tunc cooperiatur vas aliqua tegula ac luto muniatur demum exſiccari mittatur poſtmodum exponatur igni in primis tamen leni, qui ſenſim augeatur vt tandem liqueſcant omnia tunc facta erit marcheſita ſtamnea pulcherrima.

Huic accedit marcheſita ænea ſiue ærea dicatur factitia quæ fit eodem modo ſupra expoſito, ac eodem puluere cimentantur æris bracteæ, obſeruando ad vnguem magiſterium ſupra deſcriptum, quo fit marcheſita ſtamnea: & ſic de ſingulis metallis intelligendum eſt fieri reliquas marcheſitas: quæ inde conſequuntur nomina ab eiſdem metallis, quibus fiunt, quemadmodum iure conſuetum eſt accidens denominari a ſuo ſubiecto: hanc autem marcheſitam æream factitiam in vſum habẽt aurifices ad glutinanda opera argentea infima, & quæ ex auricalco fiunt quemadmodum ſibi vendicant chryſocollam ad glutinandum aurum: verum ſic parant marcheſitam æream factitiam cum duplici portione argenti fini: fundunt enim argentum cui fuſo permiſcent marcheſitam tritam donec fundatur, mox hanc compoſitionem effundunt ſuper lapidem marmoreum, vel alium ſimilem vt inſtar placentulæ extendatur quæ tanquam tabula vitrea frangibilis euadit eamque ſeruant forma eadem integra: vbi vero in vnum cõgerere velint aliquod argenteum opus ruptum aut diuiſum in ſcobem terunt illius placentulæ portionem quæ ad opus ſuum conſolidandum, & redintegrandum ſufficere videatur, eamque poſtea adminiſtrant

niſtrant prout requirit ars quod mei non eſt docere: iccirco puluerem hunc nuncupant ſolidamen ſiue ſuo vulgari idiomate ſaldaturam ab eodem effectu quo conſolidat metalla: ſed antequam admiſceatur argentum appellant marchesitam æream factitiam, & vulgari dictione rame arſo, hoc eſt dicere æs torrefactum, quod diſtat ab ære vſto antiquorum ſicuti eſt legere apud Dioſcoridem libro quinto de medic. materia cap. 70. de ære vſto: idem patet in Galenum libro nono de ſimpl. medicam. facult. fere in calce libri vbi tractauit de ære vſto ſub nomine chalcos cecaumenos quod Arabes nominarunt diacalcomenon aut calcumenon, & calcomenon corrupta voce græca vt placuit Falloppio tractatu de foſſil. iuxta vero interpretationem nominum arabicorum ex Andrea Bellunenſi legitur calcucemani, & calcuceracumenon, hæc indicāt æs vſtum recentioreſque latini, Italique proprie vocant ferretum hiſpanicum nam alias deferebatur ex Hiſpania, deinde licet ex Germania, nunc vero fit venetijs nempe fornacibus Murani pulcherrimum, & optimum: quod magis probatur a Dioſcoride vbi contritu Cinnabarim colore imitari ait, nigrumque damnat: Verum enim plures modos deſcripſit vrendi æs quos vnuſquiſque videre poterit: eius quoque vires ſatis patent ex Galeno, & Dioſcoride: quare ad alia quæ fiunt ex marchesita tranſire mihi contingit cum de his ſatis hucuſque ſit dictum.

Cum Marcheſita Stamnea artificioſa conſtruitur Speculum in pila ſpharica vitrea. Cap. XX.

INfinita Potentia Infiniti Numinis conſtituit naturam in rebus vti virtutem quæ inuiolata ſucceſſione intenta ſit producere terræ fructus, animalia, mineralia, cæteraque omnia pro vſu, & beneficio hominum: Verumtamen natura in multis requirit artem vt naturalia perficiat, ac idonea reddat ea: quamobrem humana mens a Sacro Numine homini attributa, vt Cicero de Sen. & lib. 2. off. tanquam intelligentia in hoc ampliſſimo naturæ Theatro fere continuo noua cogitat, artem exercendo, tum ſpeculatione cum, & actu idest ingenio mentis, & labore manuum: quibus ſæpe naturæ dotes non modo adæquantur verum etiam quandoque ſuperari videntur vt ita dicam; ecce quam mira hominum induſtria depræhenditur, quam nobis arrogari non licet, ſed Dei gloriæ referre etenim Diuina Maieſtas homines, hominum gratia, creauit ac lege vt alter alteri proſit: iccirco prodidit Galenus libro de vſu theriacæ ad Pamphil. ruſtici hominis illiberaliſque eſſe duco rem celare quæ ad ſalutem hominū maxime conferat: & ſi Pythagorici alijque id genus philoſophi doctrinam ſuam numeris velarint, quemadmodum, & Raimundus Lullus primarijs literis Alphabeti: & alij enigmatica, ſiue allegorica verborum obſcuritate inuoluerunt vetuſta abſtruſioris phyſicæ ſcripta quæ omnia docendo videntur nihil docere, nam Oedipo ſphingis interprete opus eſſet vt intelligerentur: nihilominus veterum animus non fuit quicquam celare poſteritati, aut illi arcana inuidere: ea vero quæ doctis dicata ſunt non promulgare

Google

gate plebi,ne ab indignis proculcarentur: Verum ſummopere me cogit amor proximi pij,& probi, de quo vt bene merear magis aperte in lucem proferam arcanum pulchrum,& admirandum pro ſpeculo conſtruendo in pila ſphærica vitrea; quod hucuſque ſub ſigillo ſilentij inuidorum pectore tanquam in arce abditum fuit malitia,& auaritia detentum. Vnum enim agnoſco hominē vulgarem Inſigni hac Venetiarum Vrbe incolam, qui magno queſtu huiuſce modi ſpecula diuendit diuerſis gentibus quæ ad externas prouincias aduehūt ea: hæc autem vt facile ac tuto conſtrui poſſint modum exponam, non enim æquo animo ferre poſſum,vt diutius abſconditum permaneat,aut vni tantum vtile ſit, quod multis prodeſſe poterit,præterea breui momento vertuntur res mortalium,ita vt ſi morte præreptus hic cum arcano decederet quod detectus eſſet: iccirco cunctis bonis viris profuſe largior eum.

Capiatur marcheſitę Iouis artificioſæ vncia,cui aſſocietur Saturni dragmas duas,mox igni fundantur adinuicem omnia,fuſaque ac optime clarificata deponantur, & antequam concreſcant, neque admodum feruida ſint,commiſceantur cum vncijs duabus mercurij planetæ terreſtris, vt Chymicorum verbis vtar,ſic de alijs prænominatis intelligendum moneo, ex quibus fiat amalgama,vt moris eſt,quod apparebit totum eſſe hydrargyron, at craſſum,lentū, & ſordidum: ita vt fruſtra exiſtimarint quidam eſſe multiplicatum ex aliis corporibus miſtis cum eo,tentaruntque ipſi per retortam bis vrgere totum, vt pulchrius tranſiret magiſque fluxile, quod ita fieri nequit quinimò animaduerterunt reſidere corpora ſaturni, & marcheſitæ ea enim grauia, & craſſa, ſunt, ſed diſtillatur tantummodo portio mercurii exiſtens in compoſitione amalgamæ: ſed tranſeant iſta obiter dicta: & redeamus ad amalgama iam factum,vt ſupra quod proijciatur in ſcutulam lymphæ limpidæ plenam, & leuiter agitetur, vt ab omni ſorde abſtergatur lucidiuſque fiat demum coletur tranſeatque per pannum lineum: hoc ita paratum amalgama impellatur in phialam vitream forma ſphærica inſtar pilæ quæ ſuauiter agitetur,vt amalgama vndique fluat,adhærebit enim inſtar linimenti argentei lucidi, & vicem ſpeculi geret: reliquum vero amalgamæ in pila vitrea ſuperabundans poſt ipſius oblinitionem euacuetur per os pilæ inferius verſum mox cera, vel alio quouis glutinetur: hoc enim modo perficietur ſpeculum ſphæricum: Hinc quod ſupereſt amalgamæ ſi in alteram pilam vitream indatur quam vbique moueri opus eſt,vt obliniatur idem eueniet, vt priori, & ſic de alijs quantum ſupererit amalgama fieri poterit.

Non omittam alterum prodere modum,atque alterum, hos tamen non æquæ, vt primum ſuccedere expertus ſum: quorum alter eſt idem cum primo præterquam variat doſim nam huius compoſitio requirit æqualem portionē ☿ ♄ & ♃: hæc ſigna ſunt characteres ſue planetarum terreſtrium ex quibus conſtat amalgama: alioquin vero conſtat prima doſis,vt legenti patet: tametſi hic modus magis congruat ponere foliū ſpeculis vtentibus: Aliter ſequens: In primis Cape ☿ Vnciam cum dimidio quod ponas in crucibulo, aut alio vaſe figulino, quod igni reſiſtere valeat iccirco igni liqueſcere mittas mox in ipſum obruatur ♃ uncia hinc ad inuicem fuſa ſenſim commiſceantur ambo virgula lignea eiſque fuſis ſucceſſiue addatur marcheſitæ aureæ foſſilis vncia

vna

vna ac inde iniiciatur amalgama conſtructum ex vnica vncia achor ideſt ſucci aquarii, & vnciis ſex colophoniæ in tenuiſſimam ſcobem redactæ : quibus actis frigeſcere ſinas medicinam, & ſeruabis ipſam ad opus ſpeculi, quod vbi perficere velis in ampullam vitream, & mundam immittes medicinam iam ſupra paratam, quam igni exponas donec liqueſcat tunc fuſa circunquaque euoluatur, vt vbique adhæreat ampullæ demum effundatur, quod ſuper erit medicinæ, nam frigefacta ampulla eueniet perfectum ſpeculum.

Alter vero modus poſtremus ab omnibus diſtat, vt infra demonſtratur. Cape ♄ libram ☿ & ♁ ſingulorum vnciam, omnia ſimul in crucibulo poſita, quater liquefiat igni : mox pila vitrea madefiat frigida inde paulatim incaleſcat ſuper prunas donec rubeſcat tunc in eam immittatur materia fuſa, & circumquaque cito moueatur, vt vbique fluat, & adhærcat materia fuſa, & reſiduum euacuetur in alias pilas vitreas ad hoc opus paratas, nam & aliis æque commodum erit: veruntamen primum approbo modum verumque aſſero, & alios quoſcumque præexcellere.

Cum vero dictum ſatis ſit hucuſque de omnibus ad marcheſitam ſpectantibus hic conſiſtam coronidem imponens huic primæ deſcriptioni vt ad cætera quæ mei ſunt inſtituti properem.

Finis Deſcriptionis Primæ.

DE-

Digitized by Google

DESCRIPTIO SECVNDA DE ATRAMENTIS.

Atramenta in triplici genere conſtituta.
Cap. I.

HABITA ratione pyritis ceu mineræ atramentorũ, conſtituta ſunt eorum principia ceu fundamenta quibus notis, adempta eſt omnis ambiguitas originis eorum quam aliquis curioſus adducere poſſet: nunc ęque conſequitur differere de eis, & quot eorum genera ſint diſtinguere, necnon de ſubſtantia eorum fuſius exponere, ac quomodo in pyrite exiſtant, neceſſario repetam: hęc omnia quã breuiori, ac magis perſpicuo, diſtinctoque ſermone potero ſubinde agere, hoc mihi onus incumbit, vt quicunque cupidus noſcat naturam eorum, quæ omnia ſcitu equidem digniſſima ſunt haudq; inutilia, imò gratiſſima ſtudioſis fore ſpero: in quo negotio abſoluẽdo ſequar ſententiã clariſſimorum ſcriptorum, quos me hactenus legiſſe meminerim doctrina atque experiẽtia valuiſſe, a quibus hęc nõ admodũ prouulgata, vti neq; valde recõdita fuere: ne vero in media in luce aberretis vos transferre velim ad Auicennam libro ſecundo tractat. 2. cap. 47. vbi ſcriptis tradidit atramenta initio generationis ſuæ fuiſſe liquida quæ deinceps a natura fuerunt coagulata in lapides pyritis, idem aſſerit Diuus Albertus cognomine Magnus libro quinto de mineralibus capite de atramentis: hinc euenit quod Georgius Agricola Vir grauiſſimi nominis libro terno de natura foſſilium appellauit atramenta ſuccos cum enim liquida fuerint prius, inſtar ſucci, deinde concreta & coagulata quemadmodum antea explanatum fuit, & ſi inuenium ab Agricola nominandi ſuccos ad doctrinæ perſpicuitatem potius quam ad ueram differentiam refferri poteſt: nihilominus his aſſenſit Gabriel Fallopius tractatu de aquis thermalibus, quod iam innuerunt Dioſcorides, Galenus, Paulus Aegineta, & Oribaſius, ex quibus ſatis percipere poſſumus atramenta dubio procul fuiſſe liquida & inde opere naturæ coagulata in pyrite, quorum quædam expullulant ex ſe ab ipſo pyrite natura ipſa duce: alia uero a pyrite eliciuntur artis auxilio & induſtria; proinde calido & humido facile diſſolui ſcripſerunt concordes

Digitized by Google

cordes omnes qui de his tractarunt, præcipue Galenus libro nono de ſimpl. medicam.facult.loco de Miſy,chalcity,& Sory,dum inquit in decoctionibus funduntur: quinimo eorum ſubſtantia iuxta Ariſtotelis ſententiam in metheoris atque Alberti loco prææallegato ex terra & aqua cum immiſtione perſpicui aeris & igneæ qualitatis eſt omiomera mineralis, quæ ſulphuris odorem infert,ſaporemque acerbum cum acredine habet,quorum aluminis cum & ſalis qualitates indicat: quas Theopraſtus Paracelſus retulit ſub nomine ſulphuris,ſalis,& argenti uiui,non vulgaria, at per metonimiam intelligendo ut perſæpe Gebere hiſpanus ſummus philoſophus in ſua ſumma alludere ſolet: proinde patet ex ſuperioribus medium lapidis & metallorum eſſe atramenta nam in ſe habent compoſitionem lapidis & metallorum atque eorum
1 ſplendorem continent,quo illuſtrare poſſunt metalla: præterea in triplici genere conſtituta fuerunt atramenta,quorum primum eſt atramentum metal-
2 licum,a quo alterum genus deriuatur, quod in ordine naturæ & deſcriptionis proditæ ab auctoribus eſt ſecundum,hoc atramentum ſutorium,chalcanthumue, atque Vitriolum vulgo appellatum eſt: Tertium denique genus
3 prædictis congredi videtur,nam atramento ſutorio tenetur ex quo vna cum alijs rebus compoſitum fuit pro ſcribendi vſu cuius effectus gratia ſcriptorium & librarium denominatum fuit:

Hæc cuncta Veteres memoriæ reliquerunt,præ cæteris uero primus uidetur Pedacius Dioſcorides qui libro quinto de medica materia diſtinxit prædicta atramentorum genera, nec non eorum differentias expoſuit, vbi præter hæc prodidit etiam de Indico atramento,quod ſub tertio genere tanquam ipſius differentia locabitur: hoc legitur meminiſſe Galenum libro quarto de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capite quarto & ſeptimo, id enim proprium eſſe Dioſcoridis Indicum plerifque placuit quamuis uideatur Dioſcorides tractaſſe de Indico tantum nullo alio expreſſo verbo ſiue nulla inſcriptione nominis atramenti & ſi forte eam tribuiſſet inſcriptionem, cum poſſibile ſit exactiſſimus enim fuit horum inquiſitor,nil tamen miri eſſet temporis edacitate periſſe,quemadmodum pleraque alia amiſſa fuerunt, nam longo temporis decurſu diuerſa occurrūt accidentia quæ deuaſtare poſſunt omnia:at parum refert vel ſi alicuius accidentis vi deſierit talis inſcriptio, aut ſi aliquo vetere Dioſcoridis exemplari adhuc reperiatur ſcripta, cum eam tamen ſubintelligi velint ſcriptores fide digni a quibus aſſertum fuit Indicū Dioſcoridis appellari atramentum indicum hac ratione, nam inter pigmenta connumeratur atque inter ea vſum habet quemadmodum,& atramenta ſolēt præſertim ſcriptorium pictoriumue, & ideo Paulus Aegineta libro ſeptimo prodidit de indico ſequenti inſcriptione videlicet Melan atramentum indicum: non deſunt alii aſſerentes reperiri inſcriptionem grǽcam in quodam veteri Dioſcoridis codice quæ inſcriptio effingit de lapide indico nihilominus eam prout extraneam, & a natura atramenti indici prorſus diuerſam derogāt atque optima ratione reſiſtunt tum Gabriel Falloppius tractatu de metallis, ſeu foſſilibus capite trigeſimo quarto de indico: cum & Amatus Luſitanus in ſuis commentariis in Dioſcoridem enarratione ſexageſima ſeptima, vterque eorum aſſeruit impropriam fuiſſe inſcriptionem de lapide indico: hoc nimirū indicum

Digitized by Google

Indicum Dioſcoridis de quo incepimus ſermonem ſcriptum ab eo fuit ex arũdinibus Indię oriri,& inſtar ſpumę cõcreſcere,quod naturale appellauit,aliud factitium prodidit quod æque ex plantarum genere ortum ducit,quare nullã ſimilitudinem habet cum lapide, neque cũ foſſilibus in duritie,aut figura, neque effoditur vt lapis,quo fit vt diuerſæ naturæ ſit atque contrarii generis lapidũ, & quorumcumque foſſilium quam obrem,neque inter atramenta connumerati conueniret indicum,niſi quatenus pigmentum eſt meretur deſcribi ſub genere atramenti pictorij,& vt prædicta colliguntur in cumulum, conſtituta ſunt atramenta in triplici genere ab omnibus ſcriptoribus, tum priſcis vtriuſque ſectæ, cum & ab inferioribus præſertim noſtri ſæculi viris equidem clariſſimis, qui ſuperiorum ſententias coluerunt, etſi in aliquibus rebus viſi ſunt quidam euariare, concordes tamen quam poſſibile ſit eos reddere enitar, aut ſaltem zizaniam a tritico ſecernam omnemque caliginem tollam vt veritas inſtar meridianæ lucis clariſſima pateſiat, ſed latius de his vbi erit occaſio exponetur.

Primum genus atramenti appellatur Metallicum.
Cap. II.

Iam ordo expoſtulat, vt de atramento metallico diſſeramus,a quo originẽ ducit atramentum ſutorium veluti ſupra expoſitum fuit auctoritate Galeni,& Georgij Agricolę vbi ait ipſe atramentum metallicum eſt parens, & effector atramenti ſutorij, ex quibus conijcere poſſumus atramentum metallicum eſſe ceu florem atramenti ſutorij de quo vberius capite ſuo declarabitur:hoc vero atramentum metallicum natiuum eſt,in tres tamen differẽtias diſtinctum videlicet in Miſym,chalcitym, & Sorym, cũctas prædictas ſpecies appellauit Agricola libro tertio de natura foſſilium pyritem eroſum quemadmodum apertiſſime probatum fuit ſuperiori deſcriptione, idem vtique atramentum metallicum ſæpe Galenus appellauit vnico nomine metallum, non autem quia ſit omnimodum metallum,quod ſub malleo duci ſolet,ſed metaphorice locutus eſt de materia,quæ magnam partem in ſe continet metalli,illud enim per fornaces elicitur ab eadem materia ex qua ſponte fieri ſolet atramentum metallicum, quemadmodum Galenus ipſe expoſuit libro nono de ſimplicium medicamentorum facultatibus vbi aſſeruit conſpexiſſe in fodina æraria montium Solorum Cipri hoc metallum ſponte a natura concretum in tres zonas in longiſſimũ extentas alternatim diſtinctas,hoc ordine, erat enim infima zona Soreos dicta,& lapidoſa ſuper quã erat ſecunda zona inſtar efflo reſcẽtiæ,quæ appellatur chalciteos,tertiaq; erat ſuprema zona Miſyos nuncupata,quę ſuper chalcytim ad inſtar ęruginis quemadmodũ ſuper ęs fieri ſolet, intelligẽdo quo ad modũ,& effectũ ſubſtantiæ,& non in colore; hoc itaq; modo oriri prædicta atteſtatus eſt Galenus: & cũ eo aſſenſit Aetius idẽ enim memoriæ prodidit tetrabili prima ſermone ſecũdo capite ſexageſimo quarto conſpexiſſe in ſpecũ montiũ Solorum Cipri prædictum atramentũ in tres zonas

F ordine,

ordine, & modo ſupra indicato, quo in loco cenſuit has differẽtias inter ſe diſtinctas eſſe vnũ atramentũ in genere, ex vna radice, & cognatas a natura productas dixit eas: quod ampliſſime ſcripſit Galenus loco ſupracitato, ac libro quarto de cõpoſitione medicamentorũ per genera capite primo, vbi ait cũ paulatim chalcytis longo tẽporis decurſu vertatur in miſym, & in chalcytim mutari Sorim vidiſſe cẽſuit; nihilominus mutua hæc conuerſio inter eas differentias non retrocedit; nõ enim miſy vertitur in chalcytim neque in Sorim conuitatur chalcity, ſed è conuerſo euenire conſpicuũ eſt; nimirũ ſcripſit eſſe eiuſdẽ generis, & facultatis, & ab vna radice procedere prædicta atramenta, quorum facultates quales ſint operæpretiũ eſt explorari ab eorũ ſubſtantia odore, atq; ſapore, ſunt enim ſubſtãtia graui terreſtri, & ſubpingui, oleaginoſa: odore autẽ graueolentia abominoſaq; quandoquidẽ olfacta fulminis virus valde olẽt, ita vt ventriculum ſubuertant, quod eo magis agũt deglutita; euenit vero hoc ex ſulphureitate qua cõſtant atramẽta: ſapore equidẽ acida ſunt atque guſtu acerba, & aſpera, at multo magis acria viroſa percipiũtur: & ſi acidã qualitatẽ efficit frigidum ſubtile teſte Galeno libro quarto de ſimplic. medic. facult. capite duodecimo, ac pleriſq; aliis locis: prçterea aſſeruit quoq; acerbũ eſſe frigidum terrenum, & craſſum, etenim vero in atramentis ſuperat ſapor acris æque ſuperat atque caliditas in eis, vt capite decimo octauo eiuſdẽ libri pronũciauit Galenus auctoritate Platonis, Ariſtotelis ac Theophraſti Græci, nẽpe acria fortiter excaleſcere, ſunt enim aliis craſſiora, & calidiora adeo vt terminus, & finis ſaporis acris ſit vrere, idipſum repetit capite decimo nono aſſerens ſaporem acrem eſſe exacte calidum excedentem vrentem, cruſtam molientem, ac denique colliquantem, ibique affert exemplum atramenti chalcitis, miſy, & ſory; hæc enim atramenta connumerat inter medicamenta craſſarum partium quæ exuſtione, eroſioneque interimunt, cum in corpus diſtribui haud poſſint, at potius temporis ſpatio accenſa a calore corporis per eam quæ eſt in animante mutationem, tum exulcerant tum exurunt ventrem non aliter, quam lapis ferrumque ignitum, ſicuti huiuſcemodi verbis ſcriptis prodidit ipſe Galenus, quod repetit libro ſecundo de arte curatiua ad Glauconem capite ſecundo dicens vbi malignum vlcus, & cum putrilagine fuerit talia enim acriora expetunt medicamina, & quæ ignis vires habent, quale eſt chalcitis & miſy, & arſenicum, & calx, & ſandaraca, etenim non aliter, quam ignis adurunt medicamenta huiuſcemodi ſæpius vero vbi iſta ceſſerint ipſum ignẽ adhibemus: ex his itaque vnuſquiſque conijcere poteſt conſtare atramenta ex miſtis facultatibus nam ratione cuiuſdam leuis frigiditatis cum ſtipticitate non nihil aſtringunt, quod innoteſcit ex ſapore acido, & acerbo, ratione autem exuberantis acredinis calfaciunt, & ſiccant in quarto ordine, ſcripſit enim Galenus libro quinto de ſimplic. medicam. facult. cap. 27. quæ æſcharam moliuntur, & vrunt calida, & ſicca eſſe in quarto, verum hæc abſtergunt mordentque carnem vlceratam eam quoque vrunt adeo, quod vlceribus æſcharam inducunt, vt monuit nos Dioſcorides loco, vt ſupra quem in hac facultate quemadmodum oraculum obſeruare debemus, iccirco inferiores et omnes aſſenſerunt: Et ſi atramentum vſtum amittit acredinem, & mitius euadit adeo ne amplius eſcharam inducere poſſit: præterea cuncta

hęc

Digitized by Google

hæc atramenta igni liqueſcunt, atque eorum quædam ſoluuntur in aqua, vel quouis alio liquore decocta, vt pura miſy, & chalcity, tertium vero appellatum ſory non ſoluitur decoctione vlla, ſed igni tantummodo liquatur teſte Galeno libro nono, de ſimplic. medicam. facult. quod æque aſſenſerunt Auicennas, & Serapio. hæc autem omnia approbauit experientia a nobis pluries habita: quatenus vero ad facultates conferunt omnia atramenta ſcabiei humidæ, & ſahafat Arabum, fiſtularum calloſitatem extirpant, ſanguinis fluxum ſiſtunt præſertim natium, & hemoroidarum ſi eis inſufflentur, herpeſtiomenum curant, aurium vlceribus conducunt, abſtergunt enim ſaniem ſi fiat licinium ex eis, & melle intinctum, & ponatur in aurem vlceroſam, pleraque alia operantur deſcribenda locis ſuis.

Prima differentia atramenti metallici eſt ſuprema zona miſios dicta.

Cap. III.

NOn ab re fore mihi videtur ſermonem inſtituere de ſingulis notis quibus atramenta omnia conſtant, non modo in genere, verum etiã in ſpecie, veluti odore, colore, ſapore, craſſitie, tenuitate, denſitate, friabilitateque, lentitie, mollitie, & duritie, quæ omnia eſſe ſolent in miſtis heterogeneis: propterea pro exemplis authoritates ſcriptorum ſubijciam, exordium aſſumendo a Dioſcoride libro quinto de miſy, ipſe enim literis poſteritati tradidit miſim aurei coloris fulgere; idem aſſeruit Oribaſius libro decimo tertio, & decimo quinto dicens miſim aurei coloris æmulatæ ſtellæ modo ſplendere; eandem ſententiam aſſenſit Georgius Agricola libro primo de natura eorum, quæ effluunt ex terra vbi atteſtatur miſim habere colorem auri, quod non modo a naturali ſua origine producitur ſuper chalcitim ad inſtar æruginis, vt ſupra explicatum fuit, verum etiam per commutationem ex ipſo chalcity atque ex ſingulo atramento ſutorio tam factitio, quam foſſili effloreſcit auctore Galeno loco de chalcantho, inquit enim chalcanthum commutari in chalcitim, & inde chalcitim ſucceſſiue verti in miſim; quod repetit Agricola libro tertio de natura foſſiliũ, hoc etiam multiplici experientia oſtenſum fuit, ex quibus ſatis conſtat non poſſe calcanthum promoueri ad formam miſy niſi prius chalcitis euaſerit, eodem modo intelligere debemus promoueri inter ſe ſpecies atramenti metallici, quæ tamen non retrocedunt, quare neque Sory tranſit in miſim niſi prius fiat chalcitis: eadem aſſeruerunt Arabes, & cũ græcis ad vnguem conuenerunt, quamuis inſipientibus, ſecus res ſe habere videatur, inepte exiſtimarunt enim eſſe Arabes ratione oblitos, & a mente græcorum longe alienos euariaſſe, ex quibus præſtatur occaſio demirationis, cum fuerint Arabes in literis, & in experimentis verſati, quamobrem ſi altius introſpiciamus eorum opera, memorieque reuocemus ſummos fuiſſe philoſophos

ac medicinæ magiſtros, nec non etiam græcorum ſequaces fuiſſe, vt atteſtãtur
eorum ſcripta vbique demonſtrantia imitari græcos præſertimque Galenum,
facile deprehendemus deprauata fuiſſe Arabum opera ab eorum expoſitori-
bus ob linguæ arabicę difficultatem: Arabes enim vſi fuerunt nominibus iux-
ta eorum idiomata, ex quibus male perceptis, ac peius explicatis inoleuit opi-
nio, & perſuaſio pleriſque ſomniantibus deceptis a corruptis maleque tradu-
ctis exemplaribus mendaces fuiſſe Arabes eorumque ſcripta libroſue multis
erroribus ſcatere: proinde Arabes non modo inique criminati fuerunt errorũ
a fatuis qui de eis male ſenſerunt: Verum etiam Arabum auctoritate nixos
omnes tandem eorum ſequaces in eandem foueam fuiſſe diuulgarunt: profe-
cto tamen proniori lapſu extiterunt expoſitores qui neque verba, neque men-
tem Arabum recte perceperunt, hy nimirum abſurda dixerunt, quamobrem
non audiendi ſunt, ſed repudiandi, aut ſaltem corrigendi, hy vero ſe ipſos dã-
nare, nõ proſpiciunt, cum ſi diligenti examine adnotaſſent dicta arabum me-
hercule æquiores in cenſendis eorum ſcriptis fuiſſent, ſed nulla res equidem
incluſit eos in errore magis, quam nominum multitudo, & diuerſitas: quan-
quam harum difficultatum cardo non vertatur circa nomina, at circa ordinẽ
cum de nominibus ſit parum contendendum dum rei intẽtionem habeamus
teſte Galeno libro quarto de compoſitione medicamentorum per genera capi-
te primo, & libro de pulſibus capite ſecundo inquit nominum non eſſe haben
dam rationem, ſed rerum doctrinam, viam & rationem differentias, quæ in re
ſunt a rei natura contemptis nominibus; attendamus itaque non litterã tan-
tum ſuperficialiter, at ſermonis figuram qua vſi fuerunt Arabes, nam apertiſſi
me deprehendemus ipſos inter ſe concordes aſſenſiſſe græcis, nec non eorum
ſententiam manifeſtaſſe, quæ talis eſt quod in fodina æraria concretũ eſt ſpon
te a natura atramentum metallicum in tres zonas alternatim diſtinctas ſequẽ-
ti ordine, erat infima zona ſoreos dicta, quæ & ſory appellata fuit ab eiſdem
græcis: ſuper quam erat ſecunda zona quam nuncuparunt chalcitim, ſequeba-
tur tertia zona, quæ ſuper alias eſt ſuprema, & dicta fuit Miſis: audiamus mo-
do Arabes, qui in hac hiſtoria eodem ordine græcorum proceſſerunt, &
exordiamur a Serapione tractatu de ſimplicibus ex mineralibus cap. 386. vbi
dixit vidi in mineris tres venas extenſas vnam ſuper aliam, & vena inferior
erat zeg rubeum. ſecunda quæ erat ſuper eam erat colcotar, & tertia ſuperior
erat zeg viride quod intelligendum eſt flauum aureum: mox ſequenti pagina
eiuſdem capitis inquit, ſed ſurie eſt vt quidam dicũt zeg rubeum quod ipſum
ſit ſpecies maltinæ, ſed erraũere: quam bene cõgruunt hæc Serapionis ſcripta
cum Dioſcoride vbi & ipſe dixit Sory exiſtimarunt aliqui melanteriam eſſe
aberrantes: ſed reuertamur ad initium capitis Serapionis vbi proſequitur zeg
rubeum conuertitur, & fit colcotar, & colcotar fit zeg viride, quod ſub Tilius
eſt eorum, & groſſius eſt rubeum, & colcotar eſt medium inter ambo: idem
voluit Auerrois libro quinto colliger loco de medicinis quæ ex mineris ſunt,
vbi citat Galenum dicens quando iuit ad Inſulam Radiæ ideſt Romano-
rum intrauit quandam mineram, & inuenit tres venas, in Infima vena inue-
nit vitriolum rubeum, & poſt illam colcothar, & poſt illam erat viride: Verũ
hæc adeo clara, & manifeſta ſunt vtriuſque ſectæ ad vnum ſe conferre, mini-

meque

Digitized by Google

neque differre, vt qui negare auſerit ea merito cecutire, & in meridie palpare cenſendus erit: etenim vero eadem aſſenſit Auicennas libro ſecundo tractatu ſecundo cap.47. innuens eadem atramenta ipſomet ordine ſupra enarrato, nã poſtremo loco, & infimo conſtituit Sory grȩcorum quod ipſe appellauit alſurie, & alſury dictione proxima voci græcorum, prǽterea ait eſſe rubeum, & aliorum groſſius, nam eſt vehementis corporeitatis, & cõgelationis ob quam nulla ſoluitur decoctione facta in aqua: eaſdem notas deſcripſit Serapio exiſtere in Surie, quas legimus, iam attributas fuiſſe Sory a græcis, vt patet in Galenum, & alios græcos celebres auctores: medio autem loco, nempe zona media conſtituit Auicennas atramentum album appellãs eum alchalcadim, hoc autem græci nuncuparunt chalcitim, quod Serapio nominauit colcotar hoc eſt atramentum in media zona exiſtens idem quoque atramentum quandoq; appellauit Serapio calcadim quemadmodum, & Auicennas conſueuit nã calcadis idem eſt quod alcalcadis, & ſunt eædem voces quod veriuerbium conſtat: dum enim Serapio diſcurrit de Miſy inquit virtus eius eſt ſimilis virtuti colcotar & comburitur ſicut colcotar: & in alia tranſlatione Serapionis legitur virtus eius eſt ſimilis virtuti calcadis, & comburitur ſicut calcadis: hæc retulit Serapio exemplo Dioſcoridis, qui capite de Miſy ſcripſit, ægiptium præſtantius eſt, vim habet, & vſtionem cum chalcitide eandem: ex quibus conſpicuum eſt conformes fuiſſe Serapionem, Auicennam, & Græcos in intentione quamquam Serapio diſſentire videatur ab Auicenna in hoc nomine tantum colcotar nam Serapionis colcotar eſt atramentum in zona media, quȩ in ordine zonarum trium, prout ſcripſit Galenus eſt ſecunda, in qua exiſtit chalcitis græcorum, hoc eſt arabum calcadis videlicet tam Auicennæ, quam Serapionis: proinde Hugo Solerius medicus in ſcholijs ſuper duos libros priores Aetij aſſeruit veram veterum chalcitim eſſe colcotar Serapionis: alioquin verò ſenſit Auicennas de nomine colcotar attribuit enim eum atramento primæ zonæ conſtituens eum in ordine zonarum primum, & citrinum in colore quale deſcriptum fuit a græcis exiſtere miſy, idem deprehenditur a Serapione quatenus ad eſſentiam rei, & ordinem zonarum vbi ait, & tertia ſuperior vena ideſt zona erat zeg viride clarum, perſuadet Antonius Muſa Braſauolus hoc intelligi flauum aureum, quod eſt proprium miſy excuſat tamen interpretem Serapionis ignoraſſe linguam latinam: verumtamen patet vniformes fuiſſe Auicennam, & Serapionem de eſſentia rei, quamquam diſſenſerint de nomine, quod parum refert cum falſa poſſit eſſe nominis traductio: eaſdem enim notas ſuas vterque tribuit atramentis conuenientes exemplo grȩcorum, vtputa Serapio ait atramentum primæ venæ eſſe zeg viride quod flauum, & aureum eſſe probatum fuit: idem ſcripſit Auicennas atramentum primæ zonæ eſſe citrinum aureumque, licet in nouo exemplari legatur æreum ob malã in typis literarum impreſſionem quippe in veteri codice conſtat, & melius alcolcotar eſt illud quod velociter frangitur aureum mundum non antiquũ: præterea ambo aſſeruerunt hoc aliorum atramentorum tenuius eſſe approbaruntque ciprium, ac eo magis ægiptium licet in omni atramentorum minera cuiuſcunque regionis reperiatur, deſcripſerunt equidem notas, quas græci aſſignarunt miſy: quapropter perſuadet ratio hanc celebrandam eſſe opinio-

nem,ac me iudice,pro folio Sibillæ habendam:eiuſdem mentis plerique fuerunteque Clariſſimi Scriptores, veluti Ioannes Arculanus in Raſim ſuper nonum Almanſoris capite vigeſimo quarto de vngula oculi: & Frater Vincentius libro ſecundo ipſius ſpeculi: atque Albertus libro quinto de medijs mineralibus capite tertio de natura,& ſubſtantia atramentorum: innuerunt omnes atramentum primæ zonæ eſſe citrinum aurei coloris, quod græci appellarunt miſy,Auicennas vero colcotar, & Serapio zeg flauum,Albertus AlKofol: ne vero ſileam de nominibus arabicis lapſum Petri Andreæ Mathioli in luculentiſſimis commentarijs in Dioſcoridem capite de atramentis dixit enim Arabes appellaſſe miſym ſuo proprio nomine conuenienti huic ſpeciei tantũ zeg & zagi quod nequaquam ab vllo Arabum ſcriptore proditum fuit,imò oppoſitum conſpicitur in ſynonymis Serapionis vbi legitur azegi atramentũ exinde comprehenditur eſſe nomen commune, ac generale cunctis attamentis,clarius autem hoc expoſuit in tractatu de ſimplicibus ex mineralibus cap.386. dicens zeg idest vitriolum vidi in mineris tres venas extenſas,vnam ſuper aliã per longum ſpatium,& vena inferior erat zeg rubeum, & ſecunda erat colcotar,& tertia erat ſuperior zeg viride, ex his ſatis patet attribuiſſe Serapionem hoc nomen zeg non vni,ſed omnibus atramentis,quapropter ſcripta ſunt hæc inter ſynonyma Serapionis, quæ interpretantur nomina communia: Sic ergo conſequitur cenſendum eſſe zeg nomen commune vnicuique atramento minerali,quod mihi ſufficit explicaſſe pro declaratione nominis zeg: at ne verbis nimium abundare videar,rem perſtringam reuertendo ad miſim,quod approbatum fuit natione Ciprium, eo quoque magis ęgiptium, vt legitur in Dioſcoridem,vires vt cætera atramenta habere iam expoſitum fuit,quæ ſunt non nihil aſtringendi,abſtergendi,magiſque corrodendi carnem vlceratam,atque vrit eam adeo, quod eſcaram inducit, quamuis corporibus duris applicatum minus aliorum atramentorum ſui generis mordicet,minuſque aſtringat,cum tamen non ſit aliorum minus calidum, quod equidem ob ſuam tenuitatẽ euenit,omnium enim tenuiſſimum eſt miſy,ex eo non ſit medicamentum pſoricum,quemadmodum ex chalcitide,eo enim multo inferius eſt ad ocularia medicamenta auctore ipſo Dioſcoride: Vriturque miſy more chalcitis, bullaſq; facit in igne,atque liqueſcit, ponitur in emplaſtris vbi opus ſit in fine coctura iuxta ſententiam Aetij Terrabili quatta ſermone ſecundo capite vigeſimo quinto, quippe decoctione ſoluitur in quemlibet liquorem ſicuti eſt legere Galenum cæteroſque græcos ſcriptores,qui magis in hac hiſtoria de metallicis valuerunt: memini legiſſe in Hippocratem libro de natura mulicbri ſi exhibeatur in potu miſios ad fabę magnitudinem cum aqua diſſolutum mulieri impeditur conceptio per annum:præterea Galenus libro ſeptimo de compoſitione pharmacorum ſecund.loc.capite vltimo ſcriptis tradidit pharmacũ, in cuius compoſitione ingreditur miſios,de quo pharmaco exhibebat coclearium vnum cum ciatis duobus aquæ orthopnoicis tuſſientibus, peripneumonicis,tabeſcentibus ægre ſpirantibus,& hepaticis: & ſuperiori libro ſcripſit ex mente Archigenis ad aphtas conferre miſim cum vino miſtum,& cum mulſo ſi ſordidę fuerint:& alijs conducit: Verum in præſentia de his ſatis iam cadut ad calcem perduxi, nam parare me cupio ad declarationem chalciteos in

quo

Digitized by Google

quo verſatur maior difficultas; proinde tot committuntur errores præſertim in compoſitione theriacę, quos auxilio Dei Omnipotentis auferre ſpero ac omne dubium explanare.

Secunda differentia, ſpecieſue atramenti metallici eſt zona media appellata Chalcity. Cap. IV.

IN preſenti capite comprehendam ſecundam metallici atramenti differentiam, quam deſcripſit Galenus eſſe zonam mediam, ex tribus quas conſpexiſſe ait in fodina æraria montium ſolorum Cipri, aſſerens eam productam eſſe a natura inſtar efflorefcētiæ ſuper tertiam zonam, eamque prodidit appellatam eſſe a græcis chalcitim, quam arabes vocarunt alxabruſy, alcalcadim, & chalcadim, hæc equidem voces proximæ adeo ſunt dictioni chalcity, vt nemini ambigendum ſit indicare eam, proinde in hoc nomine chalcadis, & ipſius eſſentia conuenerunt inter ſe Auicennas, & Serapio: præter autem prædicta nomina ſecundæ zonæ aſcripta aliud addidit Serapio nominans eandem zonam ſecundam, venamue dicas colcotar quod nomen attribuit iam Auicennas primæ zonæ miſy quare in hoc diſſentire videntur, ſi vera credi poſſit huius nominis traductio, cum veriſſimile non ſit, nam excepto hoc nomine colcotar, maximus comprehenditur inter eos conſenſus de eſſentia, & natura rei & de alijs nominibus in quibus conſenſerunt cum græcis: & ſi fatui quidam non intelligentes verba, nominaque, arabum minuſque ſenſum eorum percipientes auſi ſunt veritati repugnantiam producere, ac mentem eorum peruertere, nil miri ſi confuſa appareant arabum ſcripta, ex quibus inde mendaces ac ipſiſmet aduerſantes memorentur, ob prauam interpretum expoſitionem quæ multos deludit: ſi vero exacte percurramus arabum ſcripta animaduertamuſque modum eorum dicendi, atque ordinem deſcribendi notas differentiarum atramenti metallici paruifaciendo nomina quibus auctores vtuntur ſępius ad libitum; facile enucleabimus veritatem, & reperiemus eos gręcorum aſſeclas fuiſſe ac vetæ doctrinæ cultores, medicæque facultatis amplificatores: attendamus itaque ordinem arabum demonſtrandi differentias zonarum trium more græcorum, icciro ſi exordium aſſumpſerimus ab Auicenna lib. 2 tractatū 2. capite quadrageſimo ſeptimo reperiemus ipſum deſcripſiſſe primā zonam cum omnibus ſingulisque notis ſpectantibus miſy, vbi nil diſſentit a græcis neque a Serapione qui eaſdem notas aſſignauit primæ venæ, quæ proculdubio conueniunt miſy conſtituti a græcis in prima zona: & ſi legitur nominari ab Auicenna primam zonam colcotar quod nomen Serapio aſcripſit ſecundæ zonæ parum refert hoc nomen diuerſum videri cum tamen concordes demonſtrauerint notas, quæ eandem rem ſignificant veluti in præcedenti capite diffuſe expoſitum fuit, & ideo tranſeat ſermo de prima zona, ne tempus conteramus eadem ſæpius repetendo, ſed proſequamur ſecundam venam quam in medio aliarum produci aſſeruerunt græci, arabes, atque latini, & facile comprehendemus eiuſdem fuiſſe ſententiæ Auicennam & Serapio-

nem atque concordes aſſenſiſſe græcis: Auicennas enim appellauit hanc zonam mediam alcalcadim & chalcadim quam græci nominarunt chalcitim, præterea inquit albam eſſe: idem legitur in ſectionem octauam atque, in decimam tertiam luminaris maioris auctoritate Auicennæ quippe chalcadim eſſe albam: eandem vero zonam mediam appellauit Serapio chalcadim quam & colcotar placuit ei nominare, longe autem ab his diſtant quidam recentiores ſcriptores tranſmontani quorum ſunt galli, & ex eis Celtæ, Belgæ, & Aquitani, Alij germani, Batavi, & Angli, & præ cæteris Theophraſtus Paracelſus helueticus, Bernardus Penotus aquitanus, Rogerus Bacon anglus, Nicolaus Barnaudus, Ioſeph Quercetanus, Conradus Geſnerus, Robertus Tauladanus, Andreas libauius, & alii innumeri, quorum nomina recenſere longum eſſet, qui Hermeticę diſciplinæ inhęrent: hi perſuaſum habent conuenire hoc nomen colcotar vitriolo igni calcinato ad rubedinem, ſed qua ratione vitriolum rubificatum nominetur ab eis colcotar non conſtat: niſi exiſtimaſſent colcotar factitium eſſe, & rubei coloris, quod falſum eſt, & ab omni veritate alienum: proinde omittamus nominum diuerſitatem, verborum multiplicitatem, quę multos duxerunt ambiguos eſſe, & animaduertamus nos rei eſſentiam, nam conſpicuum nobis erit non modo Arabes alludere chalcitim eſſe albam dum aſſeruerunt chalcanthum antiquatum commutari in chalcitim, vt docuit Galenus, ſed apertiſſime ſignificarunt hoc atramentum album, ſub nomine chalcadis, quod in medio poſuerunt, vt Auicennas loco pręallegato, inde capite 167. eiuſdem libri ait auctoritate Galeni chalcadis conuertitur, & fit colcotar quod Galenus dixit Chalcitim commutari in miſim; idem habemus a Serapione loco, vt ſupra vbi recenſuit atramenti metallici differentias in venas tres ordine diſtinctas more Galeni, qui zonas appellauit eas: & in medio conſtituit chalcadim inter ſorim, & miſim inſinuans gręcorum chalcitim, & huius opinionis extiterunt Antonius Muſa Braſauolus in ſuo examine terrarum: quemadmodum, & Albertus Magnus libro quinto de mediis mineralibus: & Amatus Luſitanus in Commentariis ſuis in Dioſcoridem; ipſi igitur aſſenſerunt chalcitim mediam eſſe inter Sorim, & miſim ac pronuntiauerunt dealbeſcere iuxta ſententiam Galeni atteſtantis temporis lapſu chalcanthum in chalcitim degenerare proinde nos quoque experientia quotidiana deprehendimus chalcanthum dealbeſcere dum ex ętate in chalcitim tranſit, & ſępe vidimus exteriorem partem chalcanthi per commutationem verti in chalcitim a natura tamen ex aeris ambientis alteratione. qui partem externam chalcāthi dealbat, & ad naturam chalcitis vertit. manēte adhuc interius forma chalcanthi, vt demonſtrauit Galenus, & ſi tempore penitus commutatur exterius & interius in chalcitim: hanc autem commutationem aſſenſerunt Paulus Aegineta, & Aetius, quare ſi experientia conſpiciatur chalcanthus tempore dealbeſcere nulloque alio colore mutari niſi prius colorem album chalcitys contraxerit, ex quo inde longo temporis decurſu procedit color citrinus qui eſt proprius color miſy, nam mutatur chalcanthus in chalcitim prius demum in miſim a ſuperficiei ſtatim incipiente mutatione, conſequenter itaque fateri oportet chalcitim albeſcere, quod ſubindicauit Galenus alludendo cum ſupra ſcripta commutatione: etenim cum imitantes latini ac diuturna obſeruatione

ani-

Digitized by Google

animaduertentes idipſum pronunciarunt, quemadmodum ex recentioribus Bartholameus Maggius libro de vulnerum ſclopetorum curatione, & in deſcriptione medicamentorum ſcripſit lanuginem albam, quæ ſuper chalcanthũ efflorescit, aſſimilari magis chalcity, his tamen verbis vſus fuit Maggius ipſe reſpectu natiuæ chalcitis, quamobrem proſequitur inferius ſi non reperiatur vera chalcitis pro componendo Diachalcity Galeni aſſumatur pars ſuperficialis albicans quæ reperitur ſuper chalcantum: ex his depromitur duplicem eſſe chalcitim, vna eſt ab origine conſtituta a natura zona media inter ſorim, & miſim: Altera vero per commutationem factam a natura, prout quando infima zona, quæ eſt ſory attenuatur, & tranſit in chalcitim, aut vbi chalcanthus tempore vertitur a natura in chalcitim, quod fieri poteſt etiam auxilio artis, non tamen eodem modo rudi, & violento, quo vtuntur vulgares: vt ignis ope vel ſolis, ſed requiritur cum virtute, ac more naturæ: quare Marcus Oddus in collegio Patauino in tractatu de Theriaca inquit atramentum ſutorium tempore commutatum in chalcitim appellari factitiam, preterea aſſenſit poſſe adminiſtrari chalcanthum vſtum loco chalcitis, vbi deficiat illa in componenda Theriaca, ſed aberrauit licet affinitatem maximam eſſe atteſtetur inter vtrunque Galenus: prædictæ autem ſententiæ Oddi ſubſcripſit Petrus Andreas Matthiolus libro quinto epiſtolarum pagina 337. vbi concedit chalcanthum igne torrefactum ſupponi in compoſitione Theriacæ, ſi ad manus non ſit chalcitis, hæc enim ex eadem materia gignuntur, verum longe melius eſt vti chalcity, vel natiua, vel ex chalcantho commutata, hæc etiam præfertur chalcãtho torrefacto, nam tenuioris eſt ſubſtantiæ, virtutis, & penetrationis, proinde Galenus appellauit eam chalcitim per commutationem, & approbauit eam, vt natiuam; vtramque neſciuit Valerius Cordus caligans exiſtimauit chalcitim eſſe ſpeciem vitrioli natiui, iccirco ſtatuens ipſe nullum diſcrimen inter chalcitidem, & calcanthum, ſcripſit vitriolum gerere vicem chalcitis in compoſitione Theriacæ, cum tamen res ſecus ſe habeat, chalcitis enim eſt ſpecies ſecunda atramenti metallici, quod in primo genere atramentorum conſtitutum eſt: vitriolum vero eſt in ſecundo genere quod ſutorium dicitur, quare diſtant inter ſe: alia omitto inania, quæ leguntur in libro ſpurio Galeni de ſimplicibus medicaminibus pagina 90. Videlicet chalcity coloris ſubaurei cum venis intus diffuſis, prout alumen ſciſſum, & in modum ſtellarum fulgentibus; non æque vero hæc attribuitur ſententia Galeno: quinimò cum liber dicatur ſpurius nothus, & falſus iure eadem ſentẽtia habetur falſa, chalcitis quoque notæ in eodem libro deſcriptę, vt iam dixi falſæ ſunt, ipſę enim conueniunt miſy eique propriæ ſunt, etſi in miſim vertitur chalcitis temporis decurſu veluti ſuperius explicatum fuit auctoritate Galeni, a quo diſſenſit Plinius libro trigeſimo quarto capite duodecimo: vbi erronee repugnans veritati dixit chalcitim inueteratam fieri ſorim, quod falſum eſt, cum ſatis conſtet oppoſitum; Chalcitis enim vertitur in miſim, nec non Sory mutatur in chalcitim non tamen chalcitis vertitur in Sorim, non enim retrocedit eorum commutatio, ob id itaque chalcitis habet vires miſy ſimiles vel parum ab eo diſtantes, verum quia locum habet inter duas zonas videlicet miſios, & ſoreos, ita quod chalcitis exiſtit zona media, naturam quoque mediam ſiue facultatem dicamus

inter

Digitized by Google

inter vtranque poſſidet chalcitis; idipſum legitur Antidotario Io. Iacobi Vecherij nempe chalcity inter miſim,& ſorim eſt mediæ facultatis medijque ſitus calida, & ſicca veluti miſy eſt, graue olens, acida aſtringens magiſquam miſy contrahit: magiſque acris,& mordicans,adeo vt corporibus atque duris appoſitum vlceribus magis adurat carnem eſcaramque facit minus enim tenue eſt quam miſy abſtergit,conducitque aduerſus ignem ſacrum,& ad vlcera depaſcentia,quæ ſerpunt efficax,eſt fiſtulas tollit ſi modo collirij applicetur, aut ſi cum melle miſta intingatur licinium, & immiſſum corrodit callum, & curat vlcera aurium,& confert aduerſus ſcabiem humidam, præterea ſi chalcitis ſcobs ſuper venam eruptam aſpergatur, etſi adminiſtrari poteſt cum aqua communi,aut cum aqua coriandri,aut ſucco porri,vt docuit Dioſcorides,ſanguinis fluxionem prohibet,& a quacunque parte ſanguinem fluentem cohibet,ſi linamentum imbutum applicetur modo ſit a naribus ſanguinis fluxio, vel a matrice, iuxta Auicennæ ſententiam,atque Ioannis Serapionis capite de eruptione ſanguinis a matrice:ſed audiamus Galenum libro tertio de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capite quarto,qui ex Heraclide Tarentino ad Antiochidem inſinuauit elichnium aqua frigida, aut aqua poligonij imbutum deinde in chalcitide contrito obuolutum, & naribus inditum ſanguinis eruptionem vincere; vbi quoque ex Andromaco ſcripſit pharmaca hæmorragias narium ſiſtentia, quę conſtant chalcitide,miſy,& atramento ſutorio:præter hæc autem purgat, & abſtergit oculos præſertim vſta chalcitis, & cum melle trita oculorum medicamentis longe vtilior fit, nam vſta fit magis tenuis,magiſque diſcutit,& aperit,ac magis ſiccat,minus autem mordicat,neque inducit eſcarã, atque minus aſtringit ſi accidat imponi aliquo emplaſtro vel vnguento conficiendo commiſcetur medio coctura, & perfecte incoquitur,vt emplaſtrum magis fuluum,& pheniceum fiat teste Paulo Aegineta libro ſeptimo & Actio Tetrabili quarta ſermone ſecundo pagina 855.coquitur chalcitis, vt rubicundius puniceique coloris faciat emplaſtrum: ſoluiturque chalcitis in quemuis liquorem decoctione, vt ex præcitatis ſatis perſpicuum eſt, igni quoque facile liqueſcit,ac bullas facit, & vritur vti in ſequenti declarabitur: ex chalcity conficitur Diachalciteos emplaſtrum deſcriptum a Galeno libro primo de compoſitione medicamentorum per genera capite quarto quod & phenicium appellauit: pleraque alia medicamenta ex chalcitide componuntur,quorum quædam ibi recenſere accingor præſertim pſorica, hæc diuerſimode fieri prodidit Galenus libro quarto de compoſitione pharmacorũ ſecundum locos,vbi declarauit appellari medicamenta pſorica,quæ ſcabras in palpebris affectiones perſanant, fiunt autem in formam coliriorum,& quandoque arida,& fortiſſima parantur vt pterigia curent videlicet oculorum vngues & callos antiquos deleant, horum exempla plura leguntur in Galenum loco præallegato tum ex Aſclepiade, cum ex Heraclide,atque ex aliis a Galeno recenſitis: præterea Antonius Muſa Braſauolus in examine terrarum, & Amatus Luſitanus in ſuis commentariis in Dioſcoridem aſſeruerunt medicamentum pſoricum deſcriptum eſt a Dioſcoride præter facultates ſuperius enarratas, mirum in modum ſanare ſcabiem atque cutis aſperitates tollere; fit autem duplici modo medicamentum pſoricum quemadmodum explica-

uit

uit Dioſcorides libro quinto de medica materia capite de pſorico, videlicet primo modo ex ſua intentione componitur ex duabus chalcitis partibus cum vna parte cadmiæ tritis, & cum aceto leuigatis, & fictili vaſe conie-ctis ac fimo obrutis, ibique per quadraginta dies ardentes caniculæ dimiſſis, ſic euadit medicamentum aerius. Alio vero modo fieri retulit medicamentum pſoricum vbi quidam capiunt chalcitis, & cadmiæ portiones pares, quas vino molunt in reliquis vt ſupra agunt: eadem ad vnguem ſcripſit Oribaſius libro decimo tertio: his fere ſimilem, deſcriptionem vnam tradidit Galenus loco vt ſupra nempe ex cadmiæ parte vna, & chalcitidis partibus duabus leuigatis vino tamen vice aceti, & reliquis ſeruatis vt ſupra: attamen aliud pſoricum medicamentum ſcripſit ipſe Galenus in libro nono de ſimpl. medicam. facult. dixit enim fieri pſoricum medicamentum, hoc tamen a ſupraſcriptis euariatum reperio, nam ex dupla chalcitide admiſta litargyro eſt vtriſque aceto acerrimo ſolutis, quod medicamentum ſcripſit eſſe magis deſiccatorium, & minus mordax chalcite, & cõſtare partibus tenuioribus quam ſi eſſet veluti ſuperiora: præterea ne quid omittamus quod ad hiſtoriam chalcitis faciat, reminiſci duxi Theriacam medicamentum tam celebre quod recte compoſitum ſi debite approximetur ſæpe a faucibus mortis infirmos tuetur, hoc tamen medicamentum non immune eſt a chalcitide, at ſi chalcitis ad vtilitatem publicam ipſamque medendi facultatem tantopere confert, cur officinę in quibus cuiuſcunque generis medicamenta confici ſolent, eam non habent, neque medici norunt: pudeat nos eas voces toties legere toties in ore habere, & res quas ſignificant non noſcere: mos itaque gerendus eſt perpendere chalcitim cuius formę, naturę viriumque exiſtat, quę omnia hac deſcriptione demonſtrantur.

Aduerſus Georgium Agricolam, ac eius ſectam.
Cap. V.

PRiuſquam de tertia differentia metallici atramenti conſcribere me conferam, quorundam Iumorum ineptias recenſere velim, qui in chalcitis hiſtoria latrantes fluctuant, nouamque opinionem conſtruunt ex ſuo cerebro, & ipſi ſinet tantum abſque alia demonſtratione volunt vt credamus, exiſtimantes celebre nomen ſibi comparaturos dum multa congerunt, vt eorum opera concieſcant, quibus tamen non datur talis venia: hęc enim geographis tantum fabularum, hiſtoriarumq; ſcriptoribus ceditur, at philoſophi ſcientiam rerum naturalium profitentes debent veram rei eſſentiam demonſtrare, vires atque rationes explicare: grauiſſime itaque falluntur qui hoc munere obliti ſolo autem nomine philoſophi induti garrulant, & enim ceu talpę oculis ac mente capti reclamant aduerſus priſcorum ſententias citra rationem ac citra experientiam, quę quotidie nos docet, & prę cęteris Georgius Agricola libro primo de natura eorum quę effluũt ex terra ſcripſit ex ſuo ſinu chalcitim habere æris colorem, idipſum aſſeruit libro primo de natura foſſiliũ dicens

Digitized by Google

dicens chalcitim imitari ęs in colore, & libro tertio de nat.foſſil.repetit chalcitis rubra eſt,& ęris colore: nullam tamen probabilem cauſam aut rationē, cum nulla adſit, auſus fuit aſſignare: demiror mehercle tantum virum in literis late verſatum protuliſſe hãc fatuitatem, ſed deluſum exiſtimo ipſum fortaſſe verbis a Dioſcoride proditis initio capitis de chalcity,quæ non bene percepit Agricola,vbi eſt legere in Dioſcoridem, chalcitis præfertur ſimilis æri, friabilis,nec lapidoſa,nec inueterata intercurſantibus oblongis venis ſplendentibuſque, his tamen non cenſuit Dioſcorides chalcitim habere ęris colorem rubeum, neque indicare voluit eam æri aſſimilari colore rubeo, quem ſomniauit Agricola,ac illum colorem addidit ex ſua chimera: ipſe enim non animaduertit ſimilitudinem aſſumi non modo ab effigie, & forma, verum, & a qualitate,& a natura rerum,vt Cicero lib.1.off.nihil autem amabilius,nil copulatius quam morum ſimilitudo bonorum:quamobrem qui hanc Dioſcoridis ſimilitudinem agnoſcere voluerit, non ſat erit legiſſe initium capitis cętera vero perlegantur, quæ in eodem capite ſequuntur vbi Dioſcorides docuit vrere chalcitim ea equidem longe ſecus conſtare rem indicant, nam dixit,vritur chalcitis fictili nouo carbonibus viuis ſuperpoſito dum bullas excitare deſierit luteoque colore palleſcat, & perfecte maturerit: hic eſt primus modus proditus ab eo torrendi potius, vt ipſius verbis vtar, proinde progreditur eodem loco demonſtrare alium modum vrendi chalcitim penitus igni validiori,vbi ait candentibus prunis donec conflagret,& mutetur in floridum colorē ſanguineum,aut miniatum colorem contraxerit hæc ſunt propria verba Dioſcoridis: eandem ſententiam legimus in Oribaſium loco de chalcity, videlicet vritur chalcitis donec palleſcat, & bullas excitare deſierit in cæteris vero dum mutata in magis floridum colorem, & in profundo colorem rubricæ cōtraxerit auferenda eſt ab igne: legitur etiam in Commentariis Iani Cornarij in Hippocratem libro de vlceribus pagina 764.H. & chalcitis toſta donec flāmæ ſpeciem induat: idipſum ſatis indicauit Galenus libro primo de antidotis capite decimo quinto ſcripſit neſcire quomodo in more poſitum ſit vt medicamentum Theriacæ nigrum euadat, & quicunque hoc colore medicamentū non facit ludibrio haberi, cum eius vis nihil a colore immutetur, ſolet autem non fieri nigra Theriaca.quia chalcitis vſta,aut flaua,aut ruffa euadit: his aſſenſit Aetius Tetrabili quarta ſermone primo capite 92.de compoſitione Theriacæ,vbi poſtquam prodidit modum vrendi chalcitim,iubet abijci quod ruſſum ex vſtione apparet, & aſſumi quod viridius eſt, præterea fatetur inferius more Galeni neſcire quomodo in conſuetudinem venerit vt medicamentum Theriacæ nigrum fiat cum a colore nil virtutis acquirat afferens ob chalcitidem non fieri nigrum medicamentum immo addit ſi chalcitis parum ſuperuratur rubicundiorem antidoti colorem reddit,proinde ſermone ſecūdo eiuſdem Tetrabilis capite vigeſimo quinto inquit menſura coctura cholcitis eſt vt rubicundius ac punicei coloris emplaſtrum faciat,ſed redeamus ad Galenū qui loco,vt ſupra oſtēdidit modū vrēdi chalcitim dicēs admirabile enim eſt quomodo,ita faciendo,ideſt vrendo chalcitim ruffus,flauuſque color excellat in ea deinde conſulit ipſe Galenus aſſumi paucum illud,quod porraceum,aut cinereum eſt,omiſſo flauo, ruſſo, & pallido,afferens ex quadraginta dragmis chalcitis,

chalcitis, quæ combuſta fuerit vix quatuor reperiuntur dragmæ ipſius cineri coloris, cum reliquum fuerit flauum, & ruffum poſt vſtionem, poſtremo libro ſecundo de compoſitione pharmacorum per genera capite quarto ſcripſit di-co autem flaua, & ruffa qualia ſunt melitites, chalcitis combuſta, &c. prædicta apertiſſime reſiſtunt Agricolæ opinioni, cum enim iudicent chalcitim crudam non exiſtere coloris rubei ſed acquirere rubedinem, igni ne eam contrahere, & in eam per ignem commutari, & verti, hinc facile veritatem præſentire poſſumus, ſi enim chalcitis fuiſſet rubea facta a natura erronee ſuperflueque ſcripſiſſent veteres chalcitim contrahere igni colorem rubeum, & in eum mutari per ignem violentum, mutatio vero fit de vna forma ac vna effigie ad aliam, quod fieri nequit niſi priuatione prioris formæ, cui ſuccedit altera: & ideo quilibet recte rem examinans non patietur ſe diuelli ab hoc ſolido fundamento in quo tota veritas decumbit, quamobrem facile adducor vt credam ignoraſſe Agricolam quæ ſit chalcitis, ſedulo enim non legit Dioſcoridem, neque alios prænatos auctores, aut eos non intellexit, at ſi pertraxiſſet opinionem ſuam a Plinio libro trigeſimo ſeptimo capite vndecimo, qui longe aliter diſſenſit a Dioſcoride, & a Galeno, deceptus quoque fuiſſet, nam inquit Plinius chalcitim eſſe rubeam nempe coloris æris, cui facile eſt reſpondere ſibimet contradixiſſe libro trigeſimo quarto capite ſecundo, & 12. vbi ſcriptis tradidit chalcitis eſt lapis a quo vi ignis elicitur æs, & eſt friabilis ac inſtar lanuginis luteæ coloris mellis, & dum inueteraſcit chalcitis vertitur in Sory, quod repugnat ſententiæ Galeni atteſtantis oppoſitum videlicet Sorim tempore verti in chalcitim, atque inde chalcitim commutari in miſim, quod etiam experientia habetur, quare nulla eſt Plinio adhibenda fides niſi quantum adhæret bonis fideque auctoribus; fuit enim Plinius ipſe hiſtoriarum ſcriptor, plurima collexit atque vix audita ſcripſit, quæ in ſe ipſum militant; non deſunt alij ſequaces Agricolæ qui a captioſa eius ſeductione preſſi ſeruiliter ipſius opinionem celebrant memini namque ridiculum lapſum Bartholomæi Marantæ primo eius de theriaca capite vigeſimo quinto ſcripſit ipſe reperiri ſuper chalcāthum inueteratum multam efloreſcētiam miſios, & chalciticos coloris æris, & quod adminiſtrari poteſt pars illa mutata in chalcitim; ex his patet ignoraſſe Marantam chalcitim natiuam nullum enim ipſius verbum quidem fecit, aſſenſit tamen mutationem chalcanthi in chalcitim, & miſim, ſed vllo diſcrimine coloris confundit eas, fomnians efloreſcentiam coloris æris, quam nequis ſanæ mentis conſpexiſſe auſus ſuit exprimere, cum oppoſitum oſtendat experientia, ſcripſit autem Maranta de re non intellecta nec viſa iuxta vulgarem ſententiam, quod cecus non iudicat de colore, nec ſutor vltra crepidam: at neque ſatis mirari queo audaciam Calciolarij Aromatarij Veronenſis qui alieno pallio ornatus duplici errore caligauit in eius muſæum, aiens chalcitim non diſſimilem eſſe æri in colore, & in contritione: Hoc vero doctis examinare relinquo cum vnuſquiſque vel non admodum in hac facultate inſtructus poterit iudicare non conteri æs manente ipſius forma, quamuis hoc metallum extendatur ſub malleo; ſi vero intellexiſſet de ære exiſtente adhuc in pyrite diſperſo hoc fatuum eſſet cogitare, cum neque pyritis continens æs ſit rubeus, quemadmodum ſuperius expoſitum ſatis fuit: hæc itaque ſimilitudo nō æque a Cal-

ciolario

Digitized by Google

ciolario tradita erit, ſicut prouerbiali ſententia dicitur; quid refert luna cum cancris: aliud delirium legitur Ioannis Iacobi Vecherij in ſuo antidotario, cũ ſcripſerit reperiri chalcitis genus in Germania lapidoſum ponderoſum rubrũcum ſcintillis aureis, quod neminem alium tradidiſſe cõſtat, ſed omnibus profecto repugnat; ab his vero diſſentit Marcus Oddus in Collegio Patauino Tractatu de Theriaca, ipſe enim explicauit ſententiam ſuam conformem veterum dictis, nempe chalcitim eſſe albam, veluti ſupra iam enarratum fuit quãuis inferius poſtea ſcripſerit diuerſas opiniones tum Plinii cum, & Agricolæ ac eius ſequacium, qui inſulſe repugnant Dioſcoridi, atque Galeno, rationi atque experientiæ, verum illorum dicta conſtant fundamento adeo lubrico vt facile depromi poſſit non vidiſſe prædictos vix corticem operum Dioſcoridis, & Galeni: attamen ipſe Oddus profitetur nititurque leui inconſtanti, & ſophiſtico ſermone prædictos reddere cõcordes, at parum refert quemadmodũ vnuſquiſque legere ac intueri poteſt, me enim pudet referre tot fatuitates, velim vero vt deſiſterent cuncti deuiare a clariſſima Galeni ſententia, quæ fuit chalcitim eſſe albam, dedit namque indicium atque exactam diſciplinam exprimendi colorem experientia, quæ deprehenditur tempore quo chalcanthum comminuatur in chalcitim, quam ad inſtar lilius ſeu lanuginis albæ perſæpe in promptuariis ipſe vidi ac eius copiam quoque apud me teneo, necnon chalcitis natiuæ quæ aduecta fuit ex Anglia nuper a mercatoribus, hæc dum cruda ex minera defertur, palam omnibus conſpicitur alba, in circumferentia vero ob aeris alterationem incipit tempore citrinare: hæc inde vſta fit partim rubea, partimque flaua, ac partim porracea, & cinerea euadit iuxta ſententiam Galeni libro primo de antidotis, vt ſupra dictum fuit de ipſius chalcitis ſignis, quæ in neutro alio atramento conſpiciuntur: iccirco non obſtat ſi nomine expreſſo vbique Galenus non ſcripſerit chalcitim albam eſſe, admonuit enim nos libro quarto de compoſitione medicamentorum per genera capite primo quippe ſufficere ei facultatum vniuerſalium veluti exempla expoſuiſſe: ni tamen ab Agricola, neque ab eius ſecta ſumatur inde anſa defenſionis, quia indefinitum eis videatur quid intelligi indicarique voluerit Dioſcorides vbi dixit chalcitis præſertur ſimilis æri, nunc itaque ad explicationem huius ſimilitudinis vt tollatur quæcunque difficultas ac vt de magis veritas eluceſcat, non deſinam explanare aliud ſimilitudinis exemplum, quo vſus fuit Dioſcorides capite de pyrite lapide quale fuit illud chalcitidis ſupra expoſitum: inquit enim pyrites eſt lapidis genus a quo æs extrahitur, eligi debet æris ſimilitudine facile ſcintillas edens: hæc Dioſcoridis verba non ſunt ad literam ſuperficialiter intelligenda, verum qui eorum ſenſum perſcrutari voluerit, vt mentem autoris percipiat, in mentem reuocet quę prænarrata ſunt ſuperiori deſcriptione, ex quibus deprehendet non reperiri pyritem coloris æris ſed miſti coloris fulgentis inclinantis potius ad album, & cinereum lucidum, & aliquando luteum, tum & ferrugineum, plumbeumque, & violaceum, vt ſuperius explicatum fuit; idem aque repetam chalcitim eſſe albam veluti iam aſſertum fuit teſtimoniis non abiiciẽdis, atque ratione veriſimilibus, experimẽtis communita: quare ſi vtramque deffinitionem adinuicem conferamus, reperiemus Dioſcoridem non aſſeruiſſe chalcitim aſſimilari æri in colore, nec eius

effigiem

effigiem habere; idcirco coniecturam facere licuit imo pro comperto habere non innuiſſe prædicta metallica æri aſſimilari in colore, ſed voluit hæc eſſe conſimilis naturæ & facultatis æris cum ſint ipſius minera; propterea quam maiorem copiam ſubſtantiæ æris cōtinent in ſe tanto magis aſſimilari æri, & approbari prodidit: eodem quoque modo intelligendam eſſe hanc Dioſcoridis ſimilitudinem confeſſus eſt ipſe Georgius Agricola in Bermannum diſcurrens de pyrite, vnde ait videtur etiam mihi hunc, cum χαλκοειδῆ dixit Dioſcorides ſignificare ſpeciem æris potius, quam colorem, ibi tamen repugnat Agricola; & reſiſtit eis, quæ iam dixerat locis ſupra citatis, inſuper vero hoc ſatis indicauit Galenus libro nono de ſimplic. medicam. facult. referens hiſtoriam aquæ viridis, & tepidæ, quæ guttatim ex colle diſtillabat in ſpecum, inquit odorem aeris loci ſcilicet ſpecus eſſe ſuffocatiuum atque redolere chalcitim, æruginemque, & aqua etiam guſtu præferebat huiuſcemodi qualitatem nempe æris cui ſententiæ aſſenſit Aetius exponens: quam illam tepidam in ſpecu repræſentare chalcitim, æruginemque, ſolet enim fieri aqua ſaporis, odoris, coloris, & qualitatis, terræ ſuper quam defluit, auctore Ariſtotile libro ſecundo metheor. capite primo de ſenſu, & ſenſato; idipſum aſſentit Theophraſtus græcus libro ſexto plantarum capite tertio, nam aqua per ſe inſipida eſt verum talis fit qualis terra per quam fluit, ſed reuertens vnde digreſſus ſum cenſeo indicaſſe Galenum, & Aetium pro ærugine æs proprium quod græce χαλκὸς appellatur, & pro chalcity eius mineram, metaphorice partem pro toto, & inde meminerunt pluuiam collis terram colluere, ex qua ſponte fiebat Sory, miſy, & chalcity, & per fornaces æs, quæ omnia confeſſus eſt ipſe Agricola libro tertio de natura foſſilium, licet in quibuſdā interdum ceſpitet, cum parum animaduertat Veterum intentionem, proinde Galenus nominauit chalcitim ſæpe metallum, non quia facta ſit metallū, nec habeat effigiem, vel colorem metalli, neque ſub maleo duci poteſt more metalli, cum ſit terra mineralis ex materia metalli potius facta, quæ in ſe continet metallum quod extractum a minerali terra, vi ignis, & induſtria artis tunc poſtea eſt rubei coloris habetque effigiē, veram formam ſubſtantialem metalli relicta altera accidentali ipſius terræ mineræ, & in hac forma actuali ducitur ſub maleo quod fieri nequit dum occultatur in chalcity: quare ex prædictis conſpicuum eſt vanam fuiſſe opinionem illorum, qui erroneo, & ſophiſtico ſermone protulerunt chalcitim rubeam eſſe quia in ſe contineat æs quod rubeum eſt, ſed aberrant a toto cælo conſequeretur enim rubeam eſſe aquam ſpecus ſuperius deſcriptam quæ quamuis redoleret chalcitim, & æruginem erat tamen viridis: præterea quodcunque continet æs aut quod ex ære fit rubeum eſſet, veruntamen oppoſitum diuerſis auctoritatibus oſtenſum atque experientia comprobatum fuit, ſed vt apertior reddatur res aliis exemplis preter prædicta agam, & incipiam a chalcantho, cum hic ex ære procedat, & in ſe continet æs quemadmodum, & ipſe Agricola aſſenſit loco vt ſupra dicens appellari chalcanthon, quod ex ære efflorescat, attamen nō exiſtit rubei coloris, quinimò viridem, vt plurimum conſpicimus, cum aut cæruleū veluti fuſius explanabitur loco ſuo: alterum exemplum erit ærugo raſilis vulgo dicitur viride æris, eſt enim viridis coloris & ex ære fit ob id ſequeretur iuxta illorum vanam opinionem eſſe rubei coloris, nihilominus

oppoſitum

oppoſitum nos docet experientia quæ eſt rerum magiſtra, neque eam tenuere audebit, niſi fatuus, quare decepti ſunt Agricola, & ſequaces, cum ea quæ ſenſu pateat non animaduerterint proinde tanquam ſuſpecti amentiæ prorſus exſibillari debent: ſi autem non ſufficiant hucuſque recenſita ad amouendam caliginem illorum, qui ratione inopes cōtendunt opinione, quę in omni facultate deteſtatur, reprehenditurque in medicina, præſertim ab Hippocrate libro de decenti ornatu, & in lege ipſius Hippocratis, qui expreſſe dixit, duo enim ſunt ſcientia, & opinio, quarum altera quidem ſcire facit, altera vero ignorare, præterea vt denique præſens concludam caput, atque definiam in Tironū gratiam exemplumue adducam vetus teſtimonium Democritis, cuius ſenteriam prodidit Galenus libro primo, de antidotis. cap. 17. hoc epigramate exametro verſu deſcriptio Theriaces: hinc carmine 19. cuius initium Phu poliumque comans, Calcitis candida fructus: quod & prouectos medicos meminiſſe velim cum hæc ſola auctoritas ſufficeret omnem dirimere litem: ſed de his ſatis mihi ſummatim ex omnibus collectis apertiſſime oſtendiſſe propoſitum meū ex Dioſcoridis, & Galeni intentione fuiſſe ſufficientiſſimum.

De tertia differentia atramenti metallici, quæ vltima zona alijs ſubſidet, & Sory appellatur.
Cap. VI.

OPportunum iam eſſe videtur alterum caput, quod eſt de Sory demonſtrare, hoc Galenus ſcriptis tradidit eſſe infimam zonam ex tribus, quas conſpexit in fodina æraria montium Solorum Cipri, magis vero approbatum fuit a veteribus, quod deferebatur ex Aegipto, auctore Dioſcoride libro quinto de medica materia capite ſeptuageſimo, cui aſſenſit Auicennas appellans, idem atramentum voce arabica Alſurie: etſi Serapio tractatu de ſimplicibus ex mineralibus nominauit eum Surie, & Alſury, vtroque modo tamen voces iſtæ ſatis ſimiles ſunt, ac dictioni gręcæ proximæ: verum in ſynonymis ipſius Serapionis legitur etiam cacathar, & coltreos: præterea concordes omnes ſcripſerunt hoc atramentum exiſtere in ordine, & zona inferiori: iccirco Oribaſius libro decimo tertio, non modo aſſeruit Sory eſſe tertiam inferioremque zonam, verum etiam Aegiptium cæteris excellere, cum tamen aſſenſerint omnes reperiri eum in Hiſpania, Libia, Cipro, ac pleriſque aliis regionibus, quibus hac noſtra ætate Sory cæteraque atramenta conſpiciuntur, præſertim plurimis Italiæ, Vngariæ, & Tranſiluaniæ, Angliæque locis, quali autem colore an vno vel pluribus præditum ſit Sory inquiremus a Dioſcoride loco præcitato, vbi prodidit præfertur ęgiptium, & quod frianti nigrius apparet, his aperte docuit Sory exiſtere nigrum in parte interiori, quod pateſit dum friatur, in fractione enim ipſius Sory interior pars detegitur nigra, & ideo ſcripſit Dioſcorides quodque frianti nigrius apparet præfertur: alterumque colorem ab interno diuerſum tradidit externæ parti Sory, ita vt deprehendamus pluribus inter ſe differentibus coloribus conſtare Sory, eorū enim

vnus

vnus eſt in parte interiori alterque ab eo in exteriori diſtat: quapropter Dioſcorides ipſe ait aberrare illos, qui exiſtimarunt Sory eſſe melanteriam ſiquidem ſui generis eſt Sory ei non ab ſimile, at Sory virus ineſt graue, & nauſeã mouens; patet igitur ex prædictis non diſſimile præterquam graueolentia, eſſe Sorym a melanteria, quam capite ſuo inquit ſulphuris colorem trahere: attamen cum ſulphuris color multiplex ſit conſultius eum explorare exiſtimo, neque me præterit memoriæ prodidiſſe Dioſcoridem capite de ſulphure magis approbari ſulphur viuum ſplendidum, & præſertim quod viret: Hæc Dioſcoridis verba argumento ſunt indicaſſe pleroſque alios colores, quos autem omnibus notos fore exiſtimans ipſe nõ curauit adeo declarare, neque eos diſtinguere cum plures, & noti eſſent, quapropter ad alios ſcriptores nos conferre coacti conſulemus Pettum Andream Mathiolum in Dioſcoridem aſſerentem ſulphur eſſe plurium colorum, ait enim reperiri ſulphur viride, aliud ue luteum, aliud cinereum, & aliud miſti coloris: præterea in Piroteclinia Vannutij libro ſecundo capite vndecimo legitur reperiri ſulphur album, luteum, citrinum, rubeum, & miſti coloris nigri, & cinerei: at Ioannes Franciſcus Picus Mirandolæ, & Concordiæ Dominus libro ſecundo de auro capite decimo, inquit ſulphur colore ſubſulgido, & album cinereum, & flauum, & viride, & nigrum, & rufum, ſic vt flammeo colore videatur cum rubrica contendere: Sed Albertus Magnus libro quarto de metallis in ſpeciali capite ſecundo ait inueniri forte aliquod ſulphur ad rubedinem; & forte ad nigredinem declinans propter calorem adurentem, & vincentem in ipſo; modo autem quo magis horum colore conſtet Sory facile eſt comprehẽdere ab eius ſubſtantia, quam Galenus expoſuit dicens Sory eſt lapidoſius, ac vehementius compactum, nam a congenito calore elaboratius eſt: conſequitur, itaque ex verbis Galeni eſſe Sory coloris rubei, & nigri præ nimio calore vincente in ipſo: rubeus enim color ſubſtantiam ignis indicat in Sory: quod tamen in omnibus non permittitur, cum neceſſarium non ſit quicquid rubrum eſſe calidum, nam roſa rubea eſt, & frigida: neque quicquid album eſt frigidum, ſicut nix: eſt enim calx alba, ſed calidiſſima hæc omnia habemus a Galeno libro primo de ſimplic. medicam: facult. capite ſecundo: verumtamen euenit vt in Sory, quod calor ex candidis rubentes efficiat ſuccos minerales dum eos condenſat, ex rubentibuſque flauos, ex flauis virides, aut nigros, non ſecus ac ex pituita dulci fit ſanguis mediante coctione, ex ſanguine flaua bilis propter nimium calorem, ex flaua bile viridis, vel atra propter aduſtionem: ita quoque Sory fit ex nimio calore rubeum, huic autem colori rubeo proximi ſunt niger, & cinereus, hy equidem colores fiunt tum ex minori, vel ex maiori aduſtione, vt exemplo agnouimus, ſi vitriolum aduratur igni non adeo vehementi fit cinerei coloris, at ſi validiori igni peruratur rubeum, atque nigrum fit, quod euenit ex ſubſtantia ſulphurea prędominante in atramentis quemadmodum ſuperius expoſitum fuit: ob id Auicennas peritiſſimus prodidit ambos colores videlicet rubeum, & nigrum habere Sory dicens atramentum rubeum eſſe alſury, ibi autem deſignauit partem exteriorem ipſius Sory eſſe rubei coloris: hinc enim proſequitur dicẽs, & melius eſt quod defertur ex Aegipto, & frangitur a nigredine: his vero deprehẽditur innuiſſe partem intimam ipſius Sory

G exiſtere

Digitized by Google

exiſtere nigrā;quæ in fractione patefit : tunc enim aperitur interius ac detegitur,quod erat occultum : quod clarius explicauit Serapio aſſerēs zeg rubeum eſſe Surie,& melius Babiloniū,quod quando frāgitur eſt nigrum interius,hoc tamen animaduertendū velim non diſſentire Serapionē a Dioſcoride vbi dixit melius eſſe Babilonium,cum pro eo intelligendum ſit Aegiptium : nā Babilonia eſt in Aegipto : præterea Ioannes Arculanus in Raſim ſuper nonū Almanſor's capite vigeſimo quarto de vngula oculi atteſtatus eſt aſſurie eſſe rubeū:idipſum aſſenſerunt Frater Vincētius in ſpeculo alchimiç,& Albertus Magnus libro quinto de mineralibus, cuncti hy cōcordes innuerunt Sory cōſpici rubeum exterius:ex præhabitis itaque tum Dioſcoridis,& Galeni, cum & Arabum conſpicuum eſt conſtare Sory exteriori parte rubeum in intima vero parte nigrum, attamen aliæ opiniones diuerſæ a prædicta ſententia nobis proponuntur : quidam enim tradiderunt Sory eſſe cinerei coloris: alij vero aſſeruerunt eum exiſtere penitus nigrū intus,& extra, & ideo illas opiniones abſoluere conabor, vt palā omnibus veritas eluceſcat:exordiar itaque in primis deſcribere Agricolç opinionē qui licet aſſenſerit duplici colore exiſtere Sory partim tamē a ſuperioribus diſſenſit diuerſos enim ab aliis prodidit colores, nā libro tertio de natura foſſilium dixit Sory,& melanteria ſunt cinerei coloris, & nigri,mox proſequitur dicere Sory probatur,quod dū frangitur nigrius apparet aſſeruit quoque eodē loco melanteriā eſſe coloris ſulphuris , & contactu aquæ nigreſcere: diuerſe tamē locutus eſt Agricola ſuperiori libro primo de natura eorum quæ effluunt è terra vbi dixit Sory fere nigrum eſt ſimiliter diſcurrens de melanteria inquit eſſe nigram exſiccatamque plerunque cineream fieri: vnde videtur Agricola ſibi repugnare,nam in multis euariat,& huiuſcemodi errores perſæpe committi ſolent ab his qui nimium feſtinant ſcribere ac edere libros,vt ſcriptores habeantur obliti reuidere, & corrigere opera ſua, alioquin remanent mendis plena: omiſſa autem omni ambiguitate eſt excernenda veritas quemadmodum roſa a ſpinis:quo circa non omnino operam me luſiſſe puto ſi ex duabus Agricolç opinionibus inter ſeſe contrariantibus commonſtrauero vnam earum congruere Dioſcoridis ſententiç, alteramque ei aduerſari : idcirco inquit libro primo de natura eorum quæ effluunt ex terra Sory fere nigrum eſt ſimiliter melanteria,quæ tamen exſiccata plerunque cinerea fit: hæc autem opinio Agricolæ non modo reſiſtit Dioſcoridi verum etiam ipſimet repugnat:nam poſtea tertio libro de natura foſſilium ait Sory probatur quod dū frangitur nigrius apparet ibique ait melanteriam eſſe coloris ſulphuris,& contactu aquæ nigreſcere:hæc proculdubio conueniunt Dioſcoridi, & Oribaſio, ex quibus depræhenditur non eſſe melanteriam nigram ante cōtactum aquæ ſed madefactam mox nigreſcere quæ antea erat cinerea qualis eſt ſulphur , & quamuis melanteria ſit nomen græcum indicans terram nigram expoſuere tamen ſuperiores nigreſcere eam tantummodo madefactam, alioquin non eſſe nigram at nigrore inficiendi facultatem haberet: quapropter Paulus Aegineta libro ſeptimo melanteriam appellauit cretam ſutoriam,ea enim vtebantur ſutores illius ſeculi veluti ipſe ſcripſit , quod prodidit etiā Galenus libro quarto de cōpoſitione pharmacorū ſecundū locos:ex quibus expoſitis apertiſſime cōprehendere poſſumus melanteriā non eſſe nigrā: conſequitur itaque iuxta ſen-

tentiam

Digitized by Google

tentiā Dioſcoridis neque Sory eſſe nigrū exterius cum enim colore non differat a melanteria:etſi non puduit Amatū Luſitanum alioquin virum literis bemeritum vulgus ſequi potius maluiſſe quā agnouiſſe veritatem, quam colligere potuiſſet a veteribus a quibus diſſenſit, & a recta veritatis ſemita aberrauit: ſcripſit enim abſolute melanteriam nigerrimam eſſe cuius oppoſitum ſatis oſtenſum fuit ſuperius, iccirco eum non repetàm hic, ne prolixitate legentibus tedio ſim. verum altero quoque errore obtenebratus ipſe Luſitanus opinatus eſt melanteriam eſſe atramentum metallicum aduerſus ſententiam Dioſcoridis, aſſeruitque appellari voce mauritanica, ſeu arabica dicatur azige tametſi vox aziche, vel azegi, & zagi ſingulæ hæ voces vnum, & idem ſignificant, atramenti enim genus omne ſub ſe comprehendunt, quemadmodum capite de miſy explicatum fuit auctoritate Serapionis qui exemplo Dioſcoridis diſtinxit melanteriam in duas differentias, quarum primam appellauit arabice bitiriam, alteramque nominauit maltinam, præterea dixit aberrare eos qui exiſtimarunt eam eſſe zeg rubeum, quod eſt ſurie atramenti metallici differentia tertia, & infima: eadem fere verba leguntur in Dioſcoridem: qui prodidit melanteriam eſſe geminæ originis, harum alteram inſtar ſalis concreſcere inquit faucibus ipſius ſpecus fodinæue; alteramque terrenam in oſtio, vel facie ipſius fodinæ coire dixit: Hys aſſenſit Petrus Andreas Mathiolus in Dioſcoridem, ipſe enim atteſtatus eſt oculis ſe intuitum eſſe pluries melanteriam in duplici differentia, quippe vnam in ore fodinæ, alteramque in eius fornice ſingulis nothis a Dioſcoride, & a Serapione aſſignatis: nemo tamen eorum cenſuit melanteriam oriri in fodina cum atramentis, quamuis aſſignauerint melanteriæ vires ſimiles miſy, non dixerūt melanteriam eſſe miſy, neque chalcitim, minuſque Sory, imò capite ipſius Sory redarguerunt illos, qui aberrantes exiſtimarunt Sory eſſe melanteriam: ex quibus apertiſſime conſtat non eſſe eam atramentum metallicum licet poſſideat vires ſatis conſimiles tumorem vrendi cum, & aſtringendi: attamen differt quoque ab ipſo atramento, & præter alias differentias hæc præcipua eſt quod non fit commutatio inter melanteriam, & atramentum, quemadmodum inter ipſas atramentorū ſpecies intueri ſolet: iccirco diſcriminatim de eis tractauit Dioſcorides quem ſecutus eſt Galenus, quamobrem & ipſe prodidit de atramento metallico diſtincto in miſim, chalcitim, & Sorim quo in loco nullum verbum egit de melanteria, ſed alibi tradidit de ea abſque vllius atramenti metallici commemoratione: quapropter iure optimo dicendum eſt Luſitanum ſomniaſſe talem fucum: at neque eo minus delirauit Antonius muſa Braſauolus in ſuo libro examinis terrarum: eandem enim Amati Luſitani ſententiam tueri voluit: etſi prędicti non fuerunt in hac opinione ſoli, cum in eodem lapſu fuerint Gabriel Fallopius, & Georgius Agricola libro tertio de ortu, & cauſis ſubterraneorum vbi ſcripſit terra quoque atramenti ſutorii ſucco liquido infecta, quam græci melanteriam, latini quidem atramentum metallicum nominant, &c. Hæc profecto omnia falſa ſunt, ea enim citra rationem, at ſuo marte impudenter pronunciarunt ipſi tanquam amentes, ac deriſu digniores deſcribere tentarūt, quæ ne per ſomnium quidem nouerunt: præterea in alterum errorem declinarunt Braſauolus, nempe atque Luſitanus, quamobrem ſcriptum reliquit

nobis Luſitanus Sory eſſe vitriolum Romanum; Braſauolus vero inquit miſy eſſe idem vitriolum Romanum, horum autem vterque maxima caligine cecutiens non animaduertit miſim, chalcitim, & Sorim eſſe in genere proprium atramentum metallicum in prædictas tres differentias conſtitutum: ſed vitriolum Romanum nil aliud ſane eſt quam atramentum ſutorium, quod eſt ſecundum genus atramenti, hoc diſtat ab atramento metallico, quamuis ab eo deriuetur, quemadmodum dictum fuit, & eo quoque melius loco ſuo de atramento ſutorio explicabitur, iccirco Mathiolus libro ſecundo Epiſtolarum pag. 134. acriter improbat eos falſo exiſtimantes vitriolum Romanum eſſe Sory vel miſy, Braſauolus vero putans fortaſſe a prædictis erroribus excuſari adduxit hanc rationem dicens hoc vſu venit in omnibus fere rebus vt nomina corrumpant poſtea errores multi ſequantur ex nominum inſcitia, auctorumque inertia; ſi verum prædicti exacte legiſſent Dioſcoridem, & Galenum quorum clariſſima eſt doctrina, eos melius intellexiſſent, adeo vt ab eorum mente alieni tam longe non fuiſſent; neque falſa veris miſcuiſſent: Verum vnuſquiſque contumelioſa reprehenſione dignus eſt ſi quicquid humanus intellectus aſſequi poteſt negligentia ignoret, vel loquacitate ac contrario ſermonis ſtudio velum obducere, ac eam deprimere ſtudet: iccirco prodidit Hippocrates in libro præceptionum, fallax enim eſt, & ad errorem proclinis affirmatio, quæ fit cum garrulitate, præſtet igitur, & vincat veritas proprijs viribus nixa, ita vt deprehendi poſſit Sory eſſe non vitriolum Romanum, neque melanteriam, ſed atramentum metallicum, quod exterius rubeum exiſtit iuxta Arabum ſententiam, quam & latini apertiſſime aſſeruerunt: ab hys tamen diſſenſiſſe, partim quoque cum eis aſſenſiſſe viſus eſt Agricola: dixit enim Sory eſſe cinereum, & nigrum his exiſtimo indicaſſe Agricolam eſſe colorem cinereum in extima parte ipſius Sory, quamuis ad vnguem hoc non diſtinxerit: colorem vero nigrum intimæ parti attribuiſſe cenſeo quemadmodum cæteri cuiuſcunque ſectę ſcriptores prodiderunt, alioqnin reijcienda penitus eſſet Agricolæ opinio: Reliquum eſt Sory ab alijs magis diuerſum, quod prorſus nigrum interius atque exterius proditum fuit ab aliquibus pręſertim a Mattheo Siluatico in opere Pandetarum cap. 697. vbi dixit auctoritate Serapionis, & Galeni ex tribus venis in minera per longum ſpatium extenſis vna ſuper aliam, erat vena inferior zeg nigrum at vocatur marcheſita: Hanc autem opinionem Serapioni, & Galeno temere ac falſo adſcripſiſſe Siluaticum cenſeo, quo nihil ineptius turpiuſue excogitari poteſt cum in operibus Galeni, & Serapionis, quæ ætate noſtra edita, & in vulgus prolata ſunt nunquam legerim zonam, ſeu venam inferiorem eſſe nigram, & appellari marcheſitam quare aberrans Siluaticus confundit marcheſitam cum atramento, quod licet ab ea expullulet eſt tamē ab ea diſtinctum: hinc quoque demonſtratur inconſtans nam cap. 646. appellauit ſurie virriolum rubeum: ex quibus inconſiderate proditis apparentibus inter ſe contrariari viſus eſt Mattheus Siluaticus tanquam immemor diuerſa ac relata potius quam cognita ſcripſiſſe: ne vero aliquis ambigat de hac opinionum diuerſitate, omnibus veritatem commoſtrabo, & primo exponam rectiſſime dixiſſe Arabes eorumque ſequaces, veluti ſuperius probatum fuit

ratione

ratione deſumpta a Galeno Sory rubeum eſſe, quapropter eadem repetere non opus eſt: iure quoque Agricola ſcripſit cinerei coloris, & nigri eſſe Sory: cæterum vt reliquam propoſiti mei partem exequar, palam promulgabo reperiri quoque Sory penitus nigrum tam interius quam exterius: neque ab re facile inductus fui cuiliber prædictarum opinioni adhærere, ac veram eſſe ſingulam earum habui, mihi enim oſtenſa fuit experientia a Canopis minerarum de foſſoribus, qui dum velint æs fuſione elicere a terra minerali, ac illud ab omni terreſtreitate ſeparare, & mundare admiſceri pyriti, ideſt venę metallicæ, vt illorum proprijs verbis vtar hunc lapidem Sory, quem defoſſores ipſi corrupto vocabulo appellant ſiuer tripliceinque eum reperiri aſſerunt: Vnum videlicet rubeum exterius apud Arabes in vſum habitum: Alterum vero deſcripſit Agricola cinereum exterius: vtrumque tamen interius nigrum eſt: Poſtremum ſiue tertium dicatur Sory a recentioribus, & vulgaribus nigrum prorſus habetur tam exterius quam interius: Cuncta pollent eadem vi, & facultate at rubeum deterius eſt cinereum vero melius magiſque in vſum eſſe hac noſtra ætate atque excellere perſuaſi ſunt fodinarij: Tertium quod prorſus nigrum eſt inter prædicta medium exiſtimatur, & in pauca quantitate reperitur: omnibus itaque præferunt cinereum experientia docti: propterea adhæſit forte Agricola vſui magis vulgari, in quo habitum eſt cinereum Sory: cinereique coloris exiſtit melanteria: quemadmodum, & ſulphur viuum conſimilis coloris eſt, & ſi contactu aquæ confeſtim nigreſcit melanteria: neque alterius coloris quam prædicti hactenus reperta fuit: idcirco indubium vocari poteſt an Sory ſit triplex in colore differens vt nuper dictum fuit; quod equidem repugnat Dioſcoridi, ipſe enim prodidit non eſſe Sory abſimile melanteriæ, quam geminæ originis conſtituit ſed vnius coloris videlicet ſulphuris, quare ſequeretur Sory vnius coloris eſſe exterius quemadmodum, & melanteria: ſecus tamen cenſendum eſt cum pro comperto habeamus experientia triplex eſſe Sory, nam triplicis coloris reperitur ſicuti rationibus, & auctoritatibus probatum fuit præſertim defoſſorum ipſius mineræ, hy enim iudicant quæ magis ſenſibilia ſunt, & proculdubio ſenſus magis dignus eſt omni ratione, inquit enim Ariſtoteles vanū eſſe omittere ſenſum propter rationes: experientia enim eſt teſte Galeno rerum magiſtra, quæ tamen ſuis etiam rationibus tanquam altero pede nititur, idcirco multa procedentibus ſæculis aperiuntur arte, quæ Veteres non nouerunt, verum a poſteris inuenta nobis tradita ſunt: non eſt itaque mirum ſi prædictas omnes Sory differentias non nouerit Dioſcorides cum poſſibile ſit quoque vt nouerit illas ac ſcriptis prodiderit in operibus ſuis quorum multa temporis edacitate perierunt, & quæ reperta fuerunt interpretes male intelligentes nobis diminuta, & deprauata ediderunt ea nihilominus Dioſcoridi multum tenemur ipſe enim poſteris aperuit iter cognitionis herbarum animalium, & mineralium & ſummatim omnium medicamentorum ſimplicium quorum aliqua omiſiſſe potuit, cum forte exiſtimauerit ea eſſe nota quemadmodum ſuperius dictum eſt de ſulphuris coloribus idipſum quoque cenſeo accidiſſe de Sory vt tractauerit de eo quod tunc magis in vſum receptum erat quippe vnum colorem indicauit dicens non abſimile eſſe melanteriæ, verum explica-

tum fuit eſſe melanteriam cinerei coloris veluti,& ſolphur viuum huiuſcemo di coloris igitur eſt Sory Dioſcoridis, & Agricolæ: ſicuti Mathæi Siluatici Sory eſt nigrum: Arabum vero Sory exiſtit rubeum: cuncta hæc oculis hauſi, & contrectaui manibus, quæ adhuc apud me ſeruo: præterea vt quicquid ſtu dioſis præſtare pollicitus ſum obſeruem; omnibus patefacio,eu nifſe, quod iam docuit Galenus libro nono de ſimpl.medicam.facult.videlicet Sory temporis tractu verti in chalcitim experientiam quoque obſeruaui commoſtrare hoc,dum enim aliquo dierum ſpatio caſu geſtauerim ſinu meo fruſtrum glebæ Sory rubei animo oſtendendi cuidam amico meo,hoc pſeudo chalcity aromatariorum huius ſæculi aduectum ex montibus agri veronenſis quod inde ex fomite caloris corporis mei conſpexi eum dealbeſcere,& in chalcitim commutari: hoc etiam ab alijs meo conſilio perſuaſis obſeruatum pluries fuit veriſſimum.

Abuſus Sory pro Chalcity. *Cap. VII.*

EX inertia ſcriptorum inoleuit opinio quædam praua,& falſa apud aromatarios præſertim Venetos qui theriacam componere profitentur, vt non modo,quorundam vulgarium auctoritate vana fidentes,ſed preſſi & ſeducti eorum perſuaſionibus,qui huius Sory mercatores ſunt,icc[i]rco plus ſatis lucro quam virtuti, & veritati inhiarunt,nulla alia recta experientia, neque ratione firma nitentes,ac nullo medicorum conſilio ſed temere hactenus abuſi fuerunt hoc rubeo atramento pro chalcity natiua,& vera: & adhuc in caute aſſeuerant adminiſtrare in compoſitione theriacæ, ac vbi opus ſit prædictum attramentum, quod profecto nil aliud eſt præterquam verum Sory Arabum; eiuſdem ſententiæ fuit Braſauolus libro de examine terrarum, ait enim vt hinc colligas zeg rubrum Serapionis,eſſe antiquorum Sory,quod patet exiſtere exterius rubeum, & interius nigrum ferrugineum, & lapidoſum, cum aliis notis ei ſpectantibus,& infra declarandis, verum vt innoteſcant tria prius ſunt in apertum producenda, ac in diſcuſſionem ex veritate reuocanda: Quorum Primum meminiſſe expedit eſſe proprium chalcitis commutari in miſim quemadmodum, & Sory proprium eſt verti in chalcitim vna cum omnibus ſuis ſignis,& accidentibus, quæ neceſſario ſequuntur propriam formã: cum autem miſy fulgeat citrini aureiue coloris,omnium conſenſu, conſequitur etiam eiuſdem coloris aurei fieri chalcitim conuerſum in miſym iuxta ſcriptorum ſententiam, ſed hoc attramentum rubrum dum tempore, vel quouis modo alteratur, vt ſupra explanatum fuit, tunc dealbeſcit, & acquirit colorem album: non enim poteſt contrahere colorem aureum miſios neque ad eius formam promoueri,niſi prius chalcitis euaſerit, etenim non patet exceſſus ab extremo ad extremum, niſi per intercecta media; chalcity autem eſt medium inter miſy & Sory,cuius rei teſtis fideliſſimus eſt mihi Galenus loco, vt ſupra: ex prædictis ergo patet hoc attamentum rubrum non eſſe chalcitim quemadmodum falſo exiſtimarunt noſtri aromatarij, ſed coacti erunt fateri hoc

hoc eſſe Sory, quod tempore dealbeſcit, & in chalcitim commutatur, ceu ad hoc aptum.

Alterum vero animaduertendum eſt quod nemo ſcripſit chalcitim eſſe interius nigram eſt enim omnimode alba, quamuis Agricola aberrans dixerit eſſe coloris æris, vetumtamen, nec ipſe tradidit interius eſſe nigram, prout dixit de Sory, quod prodidit coloris cinerei, & nigri: quare ſi diligenti examine perpendatur quale ſit attramentum quo noſtri aromatarij Veneti abutuntur pro chalcity, reperietur porro eſſe Arabum Sory nuper expoſitum, hoc eſt exterius rubeum interiuſque coloris prorſus nigri ferruginei, & totum lapidoſum eſt: conſequitur ergo abeſſe longe a chalcity.

Tertium denique videndum ſupereſt num verum, an abſurdum ſit quod proferre audent iſti nempe hoc rubrum attramentum interiuſque nigrum eſſe chalcitim fatue exiſtimantes intimam illam nigredinem eſſe venam interſecantem eum fortaſſe ducti verbis Dioſcoridis, qui ſcripſit chalcitim habere venas intercurſantes oblongas, & ſplendentes, verum acriter redarguēdi ſunt cum non intellexerint Dioſcoridem, qui in plurali locutus eſt de venis, quæ diſcurrunt, & ſecant corpus more venarum, quę ſunt tanquam lineæ diſcurrentes per corpus: qua ratione igitur attribuetur nomen venæ huic intimæ parti Sory, quæ habet faciem totam vnius coloris nigri, & opaci tam in latitudine, quam in longitudine, ita quod in ea facie nullæ deprehendantur venæ interſecantes latitudinem neque exterius apparent: non latuit Dioſcoridem interna Sory ingredo quam antea nobis ſcripſit, verumtamen eam non appellauit venam, nam aliam effigiem habent venæ, more linearum diſcurrunt per chalcitim oblongæ, & ſplendentes eiuſdem coloris albi, aut parum differentis: concluditur itaque attramentum rubrum exterius, & nigrum interius, quo vice chalcitis abutuntur eſſe dubio procul Arabum Sory ac penitus repugnare formæ chalcitis, ea enim inſtar effloreſcentiæ albæ conſpicitur, prout ſuperius ſatis demonſtratum fuit: hinc ſequitur eos diſſentire non modo a veteribus, & recentioribus cuiuſcunque ſectæ detorqueri, ſed Agricolę quoque aduerſantur, quod ſpectari datur; quocirca pharmacopolas hortari velim ne inconſulto hoc amplius agant alioquin eis aſſimilantur, qui nocte abſque lumine incedunt, quo fit vt votis noſtris non reſpondeant medicamenta, effectuque exſpectato fruſtrentur, imò perſæpe eorum culpa ſubeunt ægrotantes pericula multa, & manifeſta patiuntur incommoda: vtinam ergo meum obſeruent conſilium cum tamen verear difficile ſit a falſis opinionibus ſemel imbutos homines imperitos diuellere qui inſtar fatui nihil rectum putāt, niſi quod ipſi faciunt, ac ſatius duxerim magiſque profuturum ſi negotium conſulerent medicis, ita vt aliena pelle, qua arroganter induti ſunt, ſe exuerent: & enim mirari profecto ſubeo medicorum partim ignauiam, partimque incuriam, quibus hæc habita ſunt neglectui adeo, vt ſeplaſiarijs inſigniter indoctis hāc prouinciam delegauerint: ſed vt ad inceptum meum redeam, & admonitionis illorum gratia qui impudenter ferunt ſententiam, quam non nouere explicabo Sory omnium atramentorum magis terreum, imò lapidoſius quibuſdam foraminibus interius aliquādo dehiſcit, & ideo craſſiſſimum indicauit Galenus loco vt ſupra acidum eſt & aliorum atramentorum ſui generis magis aſtrin-

G 4 gens,

gens,& acerrimum maioris vero mordicationis eſt propter groſſitiem ſuæ ſubſtantiç,idem aſſeruit ipſe Agricola libro tertio de natura foſſilium, præterea ſubpingue,& magis viroſum hoc eſt graue olens fulminis enim odorem expirat,ita quod olfactum,& eo magis deglutitum ſtomacum ſubuertit, & vomitum ciet: hoc atramentum Sory,nullo liquore ſoluitur quamuis tritum in ipſo mergatur, & decoquatur teſte Auicenna loco allegato de atramentis, vbi ait hæc omnia ſoluuntur in aqua,præcipue ſi decoquatur,præter alſurie ipſum enim eſt vehemẽtis corporeitatis,quod antea Galenus expreſſe tradidit,quippe Sory non liqueſcere in decoctionibus ratione ſupradicta, verum enim vero ipſe expertus ſum pluries decoquere diu in aqua Sory tritum, præſertim hoc rubeum, quo Venetiis pro chalcity abutuntur verum in prædicta aqua nihil ſubſtantiç ipſius Sory remanſit ſolutum, quod ſapore, aut colore,vel odore percipi poſſet; quinimò permanebit aqua ſincera omniq́ue qualitate atramenti expers, vt antea erat, ac Sory quoque ſuo pondere abſque vlla diminutione ſui corporis extiterat: verumtamen validiori igne prunarum liqueſcit Sory; ſed aliorum atramentorum tardius atque difficilius: huius vero oppoſitum accidit chalcitidi veræ, ipſa enim prorſus diſſoluitur aqua, vel quouis alio liquore faciliuſque liqueſcit igni,præterea ſcripſit Dioſcorides commiſceri Sory medicamentis quæ capillos denigrant: idem aſſenſit Serapio tractatu de ſimplicibus ex mineralibus, at operæpretium eſt,vt injiciatur medicamentis medio cocturæ auctore Aetio Tetrabili quarta ſermone ſecundo capite vigeſimo quinto vbi aſſeruit etiam facere colorem atrum iuxta Dioſcoridis ſententiam: Vritur Sory quemadmodum, & chalcity, etſi in vſtione quodcumque Sory fit rubeum,ſed quod ante vſtionem erat naturaliter rubeum in eodẽ quoque colore rubeo permanet poſt vſtionem aliquantiſper tamen diminuto rubore adeo vt videatur paulũlum palleſcere inſtar lateris, rubeſcitque intima pars quæ ante vſtionem erat nigra: hinc inſuper prædicta ſcire licet ad maiorem veritatis dilucidationem, quod in Sory non conſpiciuntur plures illi colores diſtincti poſt eius vſtionem prout porraceus color cinereus, & rubeus flauuſque,qui tamen omnes in chalcity apparent poſt vſtionem veluti prodidit Galenus libro primo de antidotis capite decimo quinto: nihilominus cum Sory ſit eiuſdem generis poſſidet vires caliditatis fere ſimiles chalcity, & miſi; ſed ſuperat ea in ſiccitate,& in corrodendo, & cruſtas inducendo aliorũ enim hoc acerrimum eſt aliorum quoque ſui generis magis aſtringit, vt patet ex prænarratis,& præter alias dotes omnibus atramentis eiuſdem generis aſſignatas Sory approbauit Dioſcorides ſummopere ſedare dolorem dentium ſi eorum cauernis indatur,labenteſque dentes confirmat,eorum corroſionem prohibet: ſi vero diſtemperetur Sory cum vino, & cliſterizetur ſciaticæ confert, & aqua leuigatum mox illitum varos extinguit: ſed de his cenſeo ſatis eſſe dictum quantum ad meum inſtitutum.

DE-

DESCRIPTIO TERTIA DE ATRAMENTO Sutorio.

Atramenti Genus ſecundum appellatur Sutorium necnon vitriolum atque Chalcanthum. Cap. I.

VT incæpta proſequar, atramenti genus ſecundum exequar, quod ſutorium nominatur, & ſuccus eſt metallicus concretus, in quo ſunt hydrargyrus metallicus, ac ſulphur metallicum, icc irco Geber ſenſit ſulphur metallicum eſſe atramentoſum, & aluminoſum cũ viſcoſa pinguedine, quippe ſuccus iſte ab atramento metallico quemadmodũ a ſua radice originem habere facile percipitur, quæ tamen radix prima in pyrite exiſtit, & ab eo expullulat tanquam omnium atramentorum ſtirpe: fit autem modo deſcripto a Galeno libro nono de ſimplic. medicam. facult. vbi explanauit aquam plouiam lauare lambendo, abradendoque colluere terram Collis mineralem, ex qua ſponte concreſcebat metallum miſy, chalcity, & ſory, & per fornaces æs, cæteraque ſuperius ſcripta deſcriptione de pyrite: aqua enim percolat indeque diſtillando deſcendit in cuniculos, & antra ipſius perruſi collis: ex inde cõcreſcit decocta calore naturali in atramentum ſutorium, unde reperio eiuſdem ſententiæ fuiſſe Aetiũ Capadocem Tetrabili prima ſermone ſecundo capite ſeptuageſimo ſeptimo, inquit enim atramentum ſutorium fit quando pluuialis aqua lauat collem miſy, chalcitis, & Sory, & terram circumluendo coaceruatur paulatim, vt fiat atramentum ſutorium, iccirco Paulus Aegineta ſcripſit libro ſeptimo Chalcanthõ eſt aqua in Cipri metallis coaleſcens, hoc intelligitur in atramentum Sutoriũ, hys aſſenſerunt Oribaſius libro decimo tertio, & Plinius libro trigeſimo quarto capite duodecimo, necnon Serapio, atque Auicennas, & inter recentiores Gabriel Fraſcatus libro primo de aquis Thermalibus Returbii, a quibus deprehenditur concreſci atramentum Sutorium ex humore ſiue dicamus ſucco minerali ipſius atramenti metallici ſoluti, & permiſti aqua pluuia, cuius adminiculo percolauit ſtillatim in cuniculos ipſius collis: ob id Agricola libro tertio de natura foſſilium expoſuit omne atramentum concreſci ex ſucco mine-

rali,

Digitized by Google

rali, quare addit atramentum metallicum eſt parens, & effector atramenti ſutorij: ex prædictis itaque patet conſtare atramentum ſutorium ex ſucco minerali percolato ab atramento metallico deraſo, & ſoluto pluuia, magiſque depurato per colaturam, & ſtillationem naturalem a fæculenta terreſtreitate, quã ſit metallicum atramentum: hac igitur de cauſa calcanthum hoc eſt atramentum ſutorium fit corpore lucidum tranſparet enim inſtar chryſtalli & vitri ob maiorem depurationem ſucci ipſius mineralis cum plurima aqua, quæ inter elementa apta eſt recipere lucem, teſte Auerroe in Ariſtotilem libro de ſenſu, & ſenſato: quare metallicum atramentum non lucet, ſed opacum eſt cũ ſit magis terreſtre, Sutorium vero atramentum pellucidum eſt ratione depurationis ſupra expoſitę: hic itaque ſuccus concreſcit in abditis locis terræ metallicæ in forma taxillorum, angulorum, teſſerarumque, & lapidum more, ita vero vt quandoque inſtar ſtiriarum pendeat, quod proprium eſt cuiuſcunq; ſucci mineralis in plures facies concreſci quemadmodum aſſeruit Gabriel Falloppius tractatu de foſſilibus capite ſeptimo dicens lapilli pręrioſi concreſcunt eodem modo, quo & alij ſucci concreti, vt eſt atramentum ſutorium, & ſacharum candidum, idem obſeruari poteſt in ſale gemmeo; interdum vero ſuccus iſte mineralis non totus concreſcit, ſed pars eius pluuia miſta ſtillando a pyrite terra ærosa, nec non ab atramento metallico concreſcit in lapillos ſtiriarum inſtar, altera vero pars non adhuc concocta a natura deſcendendo colligitur in lacum aquæ viridis tepidæ imbutæ ſubſtantia atramentoſa veluti prodiderunt Dioſcorides, & Galenus: reliquum atramentoſæ ſubſtantiæ exiſtit in pyrite ab eo enim cuncta procedunt atramenta, & a pyrite præter enarrata elicitur arte vitriolum quod eſt atramẽtum ſutorium, ex his itaque deprehenditur vitriolum genere eſſe vnum in tres tamen differentias aſſignatum a Dioſcoride vna tamen eis eſt natura, licet diſcrimen fiat ſecundum naturam, & artem, & in viribus maioribus aut minoribus, cui aſſenſit Georgius Agricola libro tertio de nat. foſſil. vbi primam differentiam appellauit atramentum natiuum, & foſſile, reliquas vero duas differentias explicauit nomine atramenti factitij, quod duplex prodidit ita quod inſinuauit in tres differentias conſtitutunt eſſe hoc ſecundum atramenti genus: quod latini denominauerunt atramentum ſutorium tum ab effectu, vt puta, ab atro colore, quem facit quando aqua vel quouis liquore reſolutum ſit hoc atramentum, inde applicatum quodcunque madefacit nigrore inficit ob acerbitatem, qua præditum eſt, vt ſenſit Georgius Agricola libro ſecundo de natura eorum quæ effluunt ex terra pag. 116 vbi ait atramentum ſutorium vt aliæ res acerbæ nigrore tingit boues, & oues, & hominum capillos, idcirco habitum eſt pro tinctura, quæ tingit lanas capillos, & ſericea; cum, & a ſutoribus coriarijs ad denigrandas pelles vſurpatum ſit, quare merito ſutorium cauſa dicitur atramentum ſutorium; præterea placuit ſuperiori ætati eum appellare vitriolum a vitri ſimilitudine, & perſpicuitate qua nitet in conſiſtentiam vitream ſiue glaciem vitream: Hoc eſt Leo viridis Riplei: græce vero ſicut legitur in Galenum ac propealios præcitatos Scriptores locis vt ſupra appellatum fuit a materia χαλκανθον, eo quod ſit a ſubſtantia æris, quod græce dicitur χαλκος, quæ omnia in pyrite ceu terra ærosa continentur: idem de chalcantho ſenſit

Georgius

Georgius Agricola loco præcitato dicens appellari chalcanthon quod ex ære
quodam modo efflореſcat: Verumtamen ex æris materia fieri potius cenſeo
quam ex ære, hinc euenit quemadmodum ſcriptis retulit Agricola, atque ex-
perientia oſtendidit aquas atramentoſas præbere æris colorem, ferro cæteriſ-
que metallis candidis, æs vero & aurum magis illuſtrare; eodem quoque co-
lore æris inficitur ferrum ſi atramento ſutorio, & aceto illitum ſit teſte ipſo-
met Agricola libro nono de natura foſſil: cuius exemplo ducti chimiæ profeſ-
ſores obſeruant confricare ferrum ſputo, & vitriolo tunc illud potius eligunt
vitriolum quod maiori rubedine inficit ferrum, nam maioris tincturæ exiſtit
ac negotio ſuo magis efficax, & tanquam validius approbant ipſum: ſed cum
aliquando appelletur chalcanthum, & chalcanthon, & quandoque chalcan-
thus dicitur, ne tamen aliquis miretur, hoc ſcire licet, nil referre ſiue id maſcu-
lino genere ſiue neutro appellaſſe quis malit auctore Galeno libro quarto de
compoſitione medicamentorum per genera capite primo aſſerente de nomini
bus non eſſe contendendum dum rei intentionem habeamus: idcirco Auicen
nas appellauit atramentum huius generis alcalcanthum: Verum pleraque
alia nomina aſſumpſit hoc atramentum ſutorium vt multiplex videatur ob
cuniculorum diuerſitatem, & prouinciarum in quibus fit. quod inde ab inco-
lis aduehitur ad nos, vel ad alias externas partes. & diuenditur: quemadmodũ
vitriolum Romanum, Vngarum, Ciprium, ex Agorr agri Bellunenſis, & In-
dum: hæc ſunt nobis magis communia, quamuis fiant atque vitriola in Hiſpa
nia, Saxonia Boemia, Dacia, Anglia, Cilicia, Aegipto, Africa, ac pleriſque Ita-
liæ locis; cuncta vero hæc vitriola inter ſe differunt colore vigore, & conſiſten
tia, conſtant enim vitriola multiplici colore, cum alterum ſit cæruleum, & al-
terum viride, atque aliud ſubuiride ſubcitrinum, & luteum, ſubruffumue, pal-
lidum, aut lucidum, & alterum album, & aliud ſubnigrum ferrugineum,
quamuis vt plurimum viride, vel cæruleum reperiatur, vtrunque vero magis
perſpicuum atque validius exiſtit; quam alterius coloris, & præfertur ex his
cæruleum: horum autem colorum aliquando vnus, quandoque plures inter
ſe miſti & varij, & partim diſtincti apparent colores, modo ſaturi, modo dilu-
ti, qui ab omnibus ſatis in dies intueri poſſunt in vitriolis reperiri: at ſi exẽplis
ad particularia Prouinciarum vitriola recenſenda acceſſerim Romanum re-
ferre exordiar, quod Muſæa multis appellatur, & a quibuſdam falſo exiſtima
tum fuit nominari Ramanum, quia ramum magis aliorum contineat: Verũ-
tamen cum ratio atque experientia aliud perſuadeant in re tam aperta omit-
tam eorum chimeras ne legentibus faſtidio ſim. at vitriolum Ramanum ſimi
litudinem refert terræ friabilis liuidi coloris ſubcitrini, quamquã in eo repe-
riantur interdum parua quædam lapillorum vireſcentium fragmenta, quare
Chriſtoforus Parienſis nominauit atramentum hoc gummi leonis viridis.
Hoc viribus exiſtit aliorum imbecillius minus enim acre, tum natura cum &
arte, etſi plerique rationem neſcientes ſecus exiſtimant, nam eſt natura magis
terreſtre, cum plurimum ſulphuris, & ferri contineat, non eſt tamen expers
Cupri cuius ſubſtantia participant vitriola omnia inter ſe tamen differẽtia ſe-
cundum magis & minus: pręterea vitriolum Romanum fit etiam arte imbe-
cillius, dum enim artifices vitrioli percoquunt ipſius aquam alteram ferri por-

tionem

Digitized by Google

tionem immergunt in eam, vt diſſoluatur, atque mitius ob ferri miſcelam euadat vitriolum, quare ad inficienda ſericea libentius hoc vtuntur infectores, ſericea enim corroderentur a vitriolis ſubſtantiæ acrioris magiſque æruginoſæ: præterea vitriolum Hungarum eſt cærulei coloris pulchri perſpicui ad viriditatem declinans ſubſtantia concretum in plurimos taxillos inſtar lapidum, facile teritur non tamen friatur quemadmodum Romanum, eo autẽ validius eſt Hungarum, huius color cæruleus argenti ſubſtantiam, & qualitatem indicat veluti, quoque in viridi colore qualitas Cupri deprehenditur: Ciprium vero vitriolum æmulatur partim Romanum in colore, præſertim externo licet paulo magis ad luteum vergat, & aliquantiſper eſt in ſubſtantia magis compactum, at vbi frangitur hoc vitriolum ciprium aureas ſcintillas emittit, nã minus terreſtre exiſtit cum ſulphure aliquid auri habet, quare Romanum atque Vngarum præſtantia excellit. 161. tamen ſcire licet exiſtere Cipro Inſula plures minetas quibus reperitur vitriolum viride continens æs, & alterum luteſcit continens aurum, aliud atque ferro participat, & lineſcit, & huiuſcemodi alia; verum quod magis vulgare aduehitur ad nos eſt quale dixi. hæc tamen cũcta ſuperat Indum vitriolum, nam pulcherrimi cærulei coloris cum lineis, & punctis aureis præditum eſt ſubſtantia ſatis compactum, vt lapis, licet facilius lapide teratur, prout vitriolum eſt: ſcripſerunt veteres pulchrum ac validum eſſe vitriolum Babilonicum ſiue Aegiptium dicatur: ſequitur quod ex Agort Bellunenſis agri aduehitur vitriolum coloris ſubuiridis cum cæruleo miſti in taxillos laminoſum producitur, quandoque ad luteum vergit in maſſam ſubactum: vtrunque validum eſt ex huius minera eliciunt foſſores aliquid auri, argentique, cum multo Cupro, hoc enim in vitriolis omnibus magis abundat: hanc vero conſenſionem in exemplum propoſitam ſuperius iam indicaui habere vitriola cum metallis cum ſint media inter metalla, & lapidem. quod aſſeruit Auicennas libro ſecundo Canonis 2. in medicina Tractatu ſecundo capite quadrageſimo ſeptimo, inquit enim omne quidem attramentum in natura eſt ſimile vni eorum colori cui aſſimilatur: vbi apertiſſime innuit de metallis exiſtentibus in attramentis, fiunt enim attramenta ex ſuccis metallicæ naturæ ſulphureæ, ſcilicet aluminoſæ, & æreæ aliorumque metallorum conſiſtentia vitrea, & habent in ſe ſubtiliſſimum ſpiritum mercurialem, eſt enim vitriolum ſedes omnium ſpirituum metallicorum, & vnum ex angulis artis, vbi Geber ait quod attramentum eſt origo originum operis in hac arte ſolis tincturam valde exaltat per ſe ipſum tingens, & lumen eſt luminum, & in Roſario philoſophorum legitur vitriolum habet naturam lapidis metallorum calidum, & ſiccum, huic ſententiæ aſſenſit Petrus Bonus Ferrarienſis medicus philoſophus, & coetaneus Raimundi Lulli Maioricani in tractatu ſuo de rationibus artis principalibus, dixit enim attramentum croceum, & ruffum vim ferream continere, & in viridi attramento vim ęreã eſſe, & in cæruleo argenteam, quemadmodum, & in luteo cum aureis ſcintillis auream vim eſſe æque exiſtimauit, quocirca facile prædicta percipi poſſunt experientia: cum quodcunque metallum ſolutum in aqua corroſiua faciat colorem prorſus cõformem ſupraſcriptis coloribus iuxta naturam ſuam: præterea quodcunque metallum reuertitur arte in vitriolum, ab eo enim originem duxit: quibus

cognitis experientia, omnium rerum magiſtra ac vera iudicatrice, nemo alienam a mente Auicennæ interpretationem hic me attuliſſe ſuſpicari poterit, & eo minus cum in vtriuſque confirmationem adduxerim auctoritatem Petri Boni præſtantis doctrinæ ſummæque eruditionis viri: ſed de coloribus hactenus dicta ſufficiant, iam enim tempus eſt vt explicem abominoſum ac fætens odore exiſtere atramentum ſutorium cuiuſcunque differentiæ, cum vna ſit eis natura, verum quod natiuum eſt fortius ac magis abominoſum, coctile autem imbecillius eſt minuſque viroſum, hinc nauſeam, & vomitum, ob acorem excitat deglutitum, minus tamen metallico inducit hanc læſionem ventriculo, nam eo quoque magis depuratum eſt a ſulphureitate impura cum eueniat eis odor abominoſus a ſulphureitate aluminoſa pinguiſſima, qua generata ſunt cuncta atramenta, & viroſa fiunt, ſulphur enim eſt in chalcantho quemadmodum, & in ſulphure chalcanthum: Verumtamen in chalcantho diminuta imo aboleta eſt exterior ſulphuris pinguedo cremabilis, & remanſit interna, quæ non ita abominatur, & magis perſeuerat igni: hæc autem omnia probantur experientia, dum enim vritur pytites lapis a quo procedunt atramenta emittit flammam cum magno ſulphuris fætore; ſi vero vrantur atramenta non emittunt flammam, nec admodum redolent ſulphure, vt pyrites, & omnium minus vitriolum, minimeque factitium; imo vitriolum igni reſiſtit, nam eius concretio fuit ex ſubſtantia atramenti metallici exuta pinguedine cremabili ſulphuris, & adeo diluta aqua pluuia, & depurata per colamentum naturæ vel artis, quod in eo oppreſſæ extinctæque ſunt vires ignis ſulphuris ipſius, verum partes fixæ ſulphuris perſtiterunt tantum in vitriolo, & ſi adeſt aliqua humiditas cum eo mercurialis non fixa euaporat igni abſque accenſione, & relinquit vitriolum aridum, in quo tamē viget humiditas pinguis & viſcoſa ſalis fixa, & permanens igni, quæ facultatem habet fixandi ſulphur, & quodcunque aliud corpus, præter quod retinet omnes ſpiritus & coagulat ☿ vſque ad duritiem, dum in vaſe ferreo obruatur vna pars ☿ in quattuor portionibus ſalis metallici liquefacti: de his vero ſatis intelligenti: Præterea vt fixetur ſulphur operari expedit vt infra.

Igni fundatur vitriolū in quo fuſo, & liquefacto obruatur ſulphur donec idipſum liqueſcat, mox omnia ad inuicē liquefacta deponantur ab igne, vt frigefacta concreſcant, quæ tunc molire requirit opus, inde trita ſubmergere aqua calida in ipſa enim diſſoluetur Vitriolum penitus ſegregatum a Sulphure, quod imo uaſis ſubſidere cōſpicitur, rurſus vero ſulphur exiccatū immergatur in altero nouo vitriolo igni liquefacto, quoad omnia ſoluta conſpiciantur vna, quæ frigefacta iterum feiunguntur aqua calida vt ſupra, eodemque ordine ſæpius repetito fixū remanebit ſulphur virtute vitrioli, nam Sulphur ita præparatum reſiſtit igni ad inſtar Salamandræ, idcirco hoc equidem efficacius nullum reperitur aduerſus ignem.

Alios noui fixare Vzifur cum chalcantho modo vt infra, quippe chalcanthi vncias ſoluunt binas in aceti albi acerrimi libram vel quantum ſufficiat, extillatum vero acetum efficacius negotio conducit, quod leni igne abſoluitur, mox in ipſum immittunt fruſta vzifur ad pondus vnius vnciæ, & aſſiduo gerunt vt paſſim ferueat menſtruum hoc viginti quatuor horarum ſpatio, quo

tempore

Digitized by Google

tempore ſi deficeret menſtruum, rurſus aceti quantitas ſuppeditetur alia, ne per illud tempus deſit humiditas, elapſo autem interuallo temporis conſtituto reſidet vzifur fixum, igni enim reſiſtit nihilominus rer renouetur operatio, & ita optimum eueniet vzifur fixum, quod ab igne non euolat, tametſi fuſile, cum facile fundatur, & fluat ſuper laminam ♂ candentem hinc proiectum ſuper æs fuſum magis rubificat eum quam corallum. præter quod ⁘ ad perfectionem reducit.

Verum enim vero his experientijs ductus, cum, & alijs quamplurimis certus compoſui picem naualem cum vitriolo, & terra nigra pictorum ea portione, quam mihi reſeruaui, hac inde cōpoſitione vidi nauigia illita tueri ab igne, a Sole, & ab omni corruptione, & Teredine ita vt illęſa diutiſſime perdurauerint.

Aliud conſtat exemplum de Sulphure in libro cuius titulus ſuperſcriptus eſt faſciculus Teophraſti Paracelſi pagin. 13. vbi ſoluit Sulphur in aquam ſtygiam, mox quater abſtrahit eam cohobando poſtremo tamen ad ſiccitatem vrget, ita vt fundo cucurbitæ reſideat ſulphur atrum, quod marmori extenſum in Cellario vertitur in oleum, quo nauigia illita, nauium vela, cordę, & huiuſcemodi alia, quę ex ſua propria natura diu in aqua perdurare nequeunt, nihilo minus prędicto pręſidio munita diutiſſime pręſeruantur ab omni putredine & corruptione: Sed redeamus ad cęteras vitrioli qualitates, eſt enim vitriolum aqua congelata in corpus durum, & ſiccum, nam participat de natura terrę mineralis calidum, & ſiccum pondere graue, ſubſtantia denſum, & pingue, ac corpore lucidum, ſapore acidum ponticum, & acerbum ſeu aſperum magis quam metallicum atramentum, & ideo guſtu ſtipticum valde adſtringens modiceque acre percipitur cum aliquali dulcedine, nam aliquātulum pungit linguam cuius experientia docet eſſe atramentum Sutorium ſatis minus acre, quam ſit atramentum metallicum: quapropter Dioſcorides ſcripſit atramentum Sutorium eſſe molle; idipſum aſſeruit Georgius Agricola libro tertio de natura foſſilium vbi inquit omnium acerrimum eſt Sory, at molle, & tenue eſt atramentum Sutorium: ex quibus deprehenditur non admodum vrere vitriolum, hoc eſt atramentum ſutorium, neque vllam inducere cruſtam incute & ſic facit eam in vlceribus non vehementem ſed mollem inſtar leuis ſuperficialiſque putredinis, quam ſolet facere alumen: verum magis omnium aſtringit, quare miſtis facultatibus prędıtum eſſe plurimis placuit, pręſertim Aetio Tetrabili quarta Sermone ſecundo capite vigeſimo quinto, & Tetrab. 1. ſerm. 2. cap. 77. ſcriptis miſit chalcanthum valde aſtringit neque ingeneroſe calefacit pre omnibus itaque humidas carnes ſiccare, & omnem humiditatem conſumere cogere ac aſtringere poteſt: & ante eum Galenus libro ſexto de compoſitione pharmacorum ſecund. loc. capite tertio ſcripſit atramentum ſutoriū vehementem habet vim aſtringendi ſed expers non eſt calefaciendi, & libro nono de ſimpl. medicam. facult. prodidit de atramento ſutorio mirari ſubit de hoc medicamento quo pacto vehementiſſimæ aſtrictioni admiſta eſt caliditas non inſtrenua; conſtat ergo quod omnium maxime condire ſeruareque carnes humidas poteſt nimirum caliditate humiditatem abſumens, atque aſtrictione ſubſtantiam contrahens, & conſtipans, hoc enim opere nonnihil etiam

humi-

humiditatis ipſius exprimit conſtringit vero deſiccat atque cōtrahit in ſeſe totius ſubſtantiam carnis: eadem fere verba leguntur in Oribaſium libro decimo quinto de facultatibus medicam. ex Galeno: his aſſenſit Paulus Aegineta libro ſeptimo de temperamentis, quæ guſtu deprehenduntur ſic dicens de chalcantho quod eſt vehementiſſimę aſtrictioniseum calore nō ignauo quod omnium efficaciſſime humidas carnes abſumit deſiccatque, ex his colligitur ſapere chalcanthum naturam ſalis, & eius facultatum participem eſſe: iccirco Rogerus Baccon de arte chimica in Auicennam connumerat vitriolum inter ſeptem ſales: quare ſi vitriolum obruatur aqua vel quocunque liquore ſoluitur penitus instar ſalis vel maior eius pars citius atque facilius atramento metallico eo enim minus craſſum exiſtit ſed eo magis abundat aqueitate viſcoſa pinguiſſima, ex qua ſoluta ſunt atramenta, & condenſata in pyrite quapropter ſi humi collocetur vitriolum, quemadmodum conſueuere mercatores ſeruare cum perſæpe in cellarijs promptuarijſque humidis ſponte, & citra aliam externam aquam ſoluitur pars ipſius aliqua, & fluit ceu aqueus humor qui abſorbitur a terra adeo quod amittuntur partes tres in circa ex centum ipſius vitrioli, huius autem facilis ſolutionis cauſa eſt aqueitas naturalis exiſtens in vitriolo quæ hærere poteſt, quod non contingeret terreo teſte Auerroe in Ariſtotilē libro quarto metheororum, vt exemplo patet euenire ſali tempore humido ſic & omnibus euenit, quæ ex ſuccis concreta ſunt: hæc enim facile liqueſcunt humido, & calido, vt atramēta quare inter ea tantum eſt conſortium vt facile vnum tranſeat in alterum, nimirum igitur ſi ex recentioribus Gabriel Fraſcatus libro ſecundo de aquis Thermalibus Riuulbij in agro Ticinenſi ſcripſerit chalcanthum, hoc eſt atramentum ſutorium temporis decurſu in chalcitim commutari, quod iam probatum fuit capite de chalcity plurimis auctoritatibus, & præſertim Galeni loco ſupracitato vbi aſſeruit conſpexiſſe chalcanthū in extima parte penitus effectum fuiſſe chalcitim poſt annos plus minus viginti, intima eius parte chalcanthi ſpeciem adhuc ſeruans: quocirca Antonius Muſa Braſauolus in ſuo examine terrarū improbat Galenū non animaduertiſſe chalcanthum commutatum in chalcitim tempore, ſi ſoluatur in aquam, & iterum congeletur tunc profecto reuerti in chalcanthum quale prius fuerat: ſed maior equidem fuit eccetſus ipſius Braſauoli qui opinionem Galeni diſtraxit non enim intellexit eum deſignaſſe vitriolum concretum fuiſſe ex tenuiori ſubſtantia metalli videlicet atramenti metallici Miſy, Chalcity, & Sory atque vna cum metalli ſubſtantia cuiuſcunque generis exiſtentis in minera, ſed præſertim æris hoc enim alijs ſuper abundat, quorum ſubſtantia ærosa fuit ab aqua pluuia, quæ guttatim diſtillando manabat in lacum ſecum deferēdo eandem ſubſtantiam eroſam verum aqua tepida eueniebat, & craſſa a calore interno ſubterraneo elaborata, hunc autem calorem appellauit Plato ignē & procedit a ſulphure, prærerea aqua prędicta erat viridis, quæ pręferebat qualitatem chalcitis æruginiſque huiuſcemodi redolebat odor ſpecus ambiens lacum: hæc omnia apertiſſime explicata fuerunt a Galeno qui animaduertit quoque cuncta hæc eſſe eiuſdem naturæ, & facultatis, nam ab vna radice proueniunt: hanc quippe Galeni ſententiam tuetur Petrus Andreas Mathiolus in commentarijs in Dioſcoridem redarguendo Antonium Braſauolum lapſu

prædicto,

prædicto, cui aduerſatur etiam Gabriel Falloppius ex recentioribus celeberrimus Scriptor tractatu de aquis Thermalibus, & de metallis capite octauo vbi prodidit chalcăthum ac omnium attramentorum ſpecies nempe Sorim Miſim & Chalcitim habere eundem ſaporem ferme, eandemque naturam. & ſolũmodo differre ſecundum magis, & minus, imo tantum conſortium eſſe inter has ſpecies vt facile ex vna ſpecie corrupta generetur altera: his itaque ſtantibus, quis Galeni decretum damnabit, nemo dubio procul, qui frugi ſit vir; præterea liqueſcit vitriolum igni eadem cauſa ſupranotata, & in bullas quoque tumet dum igni liqueſcit ac eo magis quod magis ſubpingue eſt: vritur velut chalcitis iuxta deſcriptionem traditam a Dioſcoride quod etiam quotidiana experientia docet: at per diuerſos caloris gradus diuerſe alteratur diuerſique colores ſortiuntur: ſi enim ſoli tantummodo exponatur vitriolum eius calore citra ignem albeſcit, ſed ſiccum aridumue fere relinquitur, & aſperum etiam tactu percipitur inſtar terræ albæ vel arenæ exſiccatæ, ſi vero vmbratili loco non humido longiori tamen tempore ſeruetur alteratur a ſuo naurali calore ad perfectam albedinem cum mollitie inſtar lanuginis: tunc vero dicitur commutatum in chalcitim: ſi autem Vitriolum exſiccetur leni igne liueſcit tantum, ſi vero ſoluatur vt liqueſcat mox reductum albeſcit, & aliquantum maiori igne parumper luteſcit, & fit ceu terra ſubcitrina ex ſucco aluminoſo, & pinguedine ſulphurea: at ſi vigoretur ignis, & augeatur donec perfecte inuratur tunc rubeſcit, nam quodlibet vitriolum interius occultam habet rubedinem: mox ſic arte rubefactum vitriolum appellant huius ſæculi ſcriptores transmontani lacertam rubeam, & colcotar quod ſatis diſtat a natiuo naturalique colcotari: præterea vitriolum igne rubefactum facilius teritur quam natiuum colcotar: antiquitus ſolebant quidam cum attramento ſutorio rubefacto adulterare æruginem raſilem quemadmodum animaduertit Dioſcorides capite de ærugine raſili: tandem extremo ac diutiori igne nigreſcit vitriolum prout eſt videre ipſius fœces nigras relictas fundo bocciæ vbi per diſtillationẽ extractum ſit oleum, reſident enim fœces nigræ inſtar cadaueris prorſus deſtitutæ ab oleoſa ſua pinguedine, tanquam, a ſuo ſpiritu, & anima minerali: quod euenit cuicunque minerali præcipue huiuſcemodi ſuccis concretis vt ęque animaduertit Gabriel Falloppius Tractatu de foſſilibus dicens quod ſucci concreti ſint a prædominio terrei experientia palam facit: nam ſi accipiatis aliquam portionem ſucci alicuius concreti, & ponatis in fornacem ardentem reuerberatoriamue vt dicunt inibique relinquatis per ſpatium octo dierum reperietis eum combuſtum: ego autem breuiori quoque tempore fieri hoc vidi, nam ſpatio horarum decem conſpexi vitriolum combuſtum quod & alijs omnibus attramentis accidit veluti, & alumini hoc enim eis cognatum eſt, hinc Sapientes alumen rubeum vocarunt colcotar, & dragantum metalepſi figura valde neceſſarium in Solis tinctura: ex quibus expoſitis conijcere poſſumus ineſſe in attramentis aquam oleum, & ſalem ceu vitrum quemadmodum in omnibus corporibus ex parte terrea inſalſulata exiſtunt teſte Alberto libro de mineralibus, quod ratione quoque probabile eſt nam prius liquida fuerunt attramẽta ex aqueo humore mercuriali cum admiſtione pinguis oleoſæque ſubſtantiæ ſulphureæ, quare facile ſoluitur in aquam attramentorum ſubſtantia

prædicta,

prædicta & eo magis ratione ſalſitudinis ipſius ſubſtantiæ, qua conſtant atramenta, etſi tandem ex omni corpore aduſto elicitur ſal; hæc autem omnia ſatis ſuperque auctoritatibus, & rationibus adductis ex poſita ſunt præter, quod experientia comprobantur.

De ſingulis proprietatibus Atramenti Sutorij ac de modo, & tempore vtendi eo. Cap. II.

REquiritur enim modus in rebus, vt atteſtatur Iuuenalis dicẽs imponitq; modũ ſapiens, & rebus agendis: idipſum aſſerit Cicero de Oratore vbi ait, etſi ſuus cuiq; modus eſt: modus igitur eſt ratio quæ illuminat mentẽ excitatq; memoriã, & oſtẽdit menſuram, & formam regulamue dictas agẽdi: iccirco nil refert equidẽ ſuperficiales ſcire facultates medicamẽti, ſed operæpretiũ eſt nõ ignorare, quæ magis peculiares ſint ſingulæ eius qualitates, & operæpretiũ eſt ſcire rationẽ preparãdi eũ, & quibus aptum ac magis cõueniat, & quomodo ſiue qua ratione, & quo loco, & tẽpore hæc omnia fiãt; eodẽ ordine includitur quantitas, quã ratio, & experientia docent, ne quid nimis, verũ omnia cũ moderatione fiant, & oportune ſuggerãtur, vt exẽplo erit atramentũ ſutoriũ cuius hiſtoriã explicare propoſui; etenim vero ipſius vſus multiplex, & diuerſus exigit, vt ſedulo animaduertamus diuerſas eius operationes; imprimis itaq; vbi exigit opus ponitur vitriolũ in emplaſtris medio coctura, & atrũ colorẽ facit teſte Aetio Tetrabili quarta ſermone ſecũdo capite vigeſimo quinto: Idẽq; aſſeruit Paulus Aegineta lib. 7. dicens chalcanthon in media coctione emplaſtro inditur, coctũ vero vehementiorẽ eius colorẽ efficit; atſi alia ei nõ reſiſtant nigrũ: inſuper atramentũ ſutoriũ rubefactum igne habet vſum in coloribus pictorũ præter, quod ſolutũ aqua roſata ſanat cariem cæteraq; vlcera gallica virgæ, & cuiuſcũq; partis corporis, ſi eadẽ perfundantur, & abſtergãtur, ac inde applicetur eis ſtuela, uel ſubtilis placentula ex filis lintei linei eadẽ aqua madida, & ſic dimittatur, donec per ſe cadat, & remanebũt vlcera cicatrizata: ſi vero atramentũ ſutoriũ aqua ſolutũ inſtilletur vellere in naribus purgat caput quemadmodũ docuit Dioſcorides, hoc.n. ſternuta mouet ob ſuã acrimoniã, cũ qua etiã excreſcentia minuit, alopeciã ſiue tineã ophiaſimq; ſanat, & ad furfurationẽ adeo efficax eſſe inquit Galenus ex Archigene lib. 1. de cõpoſitione pharmacorũ ſecundũ locos, vt neque ſinat in poſterũ fieri ſi cũ oleo, & vitriolo illinatur caput: præterea vlcera putrida abſtergit omnia in quacũque parte at præſertim naſi, & auriũ earumq; partiũ doloribus frigidis cõfert, nec nõ fiſtulis, oculorũ caligini, dolori, ſcabritiei, palpebrarũ duritiei cõducit, iccirco Riuerius medicus olim Gallarũ Regis pro maximo arcano vtebatur collirio ſequẽti aduerſus oculorũ rubedinem nempe ℞ vitrioli albi puriſſimi vnciã vnam aquæ pluuialis vncias decẽ ſoluuntur inde linguis filtreis, aut charta pluries percoletur, & adde ſalis gẽmei ſcrupulum vnũ: ſcabiei & lepræ cõfert chalcanthũ ædema incidit, & ſoluit, fractaq; oſſa extrahit quemadmodũ explicauit Auicennas lib. 2. tractatu 2, capite centeſimo ſexageno ſexto cuius auctoritas, vt fulciatur, afferam Galeni teſtimoniũ

Digitized by Google

qui libro ſexto de compoſitione pharmacorum ſecundum locos ex Apollonio laudauit atramentum ſutorium mistum cũ melle ad omnia oris vlcera maligna, quæ appellauit aphtas, præterea ſuperiori lib. 5. de comp. pharm. ſec. loc. ex Critone ſcripſit atramentum ſutoriũ ad omnes dentiũ affectiones,& gingiuarum,& ad fætorem oris cõferre,ac nigros in ſuperficie dentes abſtergere cu ius cõpoſitio eſt atramentũ ſutoriũ,alumen,putamina mali punici dulcis æqualibus partibus trita,ac leuigata gingiuis, vel dẽtibus vbi opus ſit affrica in ieiunio,deinde vino adſtringẽte colluε:aliud ibidẽ ſcripſit ab ſtabiliendos dentes motos,videlicet atramentũ ſutoriũ cũ oleo terito, mox cũ lana dentiũ radicibus admoueto; Idẽ atq; cõmendauit libro de remedijs paratu facilibus;inſuper lib. 3. de cõpoſ. phar. ſec. loc. cap. 4. ex Aſclepiade prodit atramentũ ſutoriũ tritũ & narib. arũdine excauata inſuflatũ ſanguinis profluuiũ ſiſtere, vice aũt huius inſuflationis poteſt fieri elichniũ contortũ quod aqua frigida, vel poſſa, vel poligonii aqua,vel ſucco, vel huiuſcemodi alio imbuatur, inde in ſcobem atram.ẽti ſutorii obuoluatur, & ſic naribus indatur, nã ſanguinẽ ab eis fluentẽ cohibet, hinc Agricola lib. 3. de natura foſſil. diſcurrens de atramento ſutorio inquit ſiſtit ſanguinẽ profluentẽ è venis quibuſcũq; inſpergi poteſt: Alterum vero modũ præparãdi atramentũ ſutoriũ eadẽ exigente cauſa ſcripſit Gabriel Falloppius Tractatu de foſſilibus capite 6. vbi docuit eliquare chalcanthũ, & in fiſtuloſa inſtrumẽta infundere, vt ex eo formẽtur virgulæ,quarũ vna expetente vſu,& occaſione immittatur in vulnus ſinuoſum abdiũ,& remotum vt tãgat venã eruptã,quæ manu tangi nõ poſſit, aut ſuper eam medicus nequeat medicamentũ aliud recte apponere, vt ſanguinis fluxio vincatur: hoc enim vehemẽter aſtringit acerbitate, qua prædiũ eſt & acrimonia leuẽ quandã eſcarã inducit adeo, vt & ſanguinẽ ſupprimat: Hoc quoq; atramentũ ſutoriũ, ſ. interius aſſumi p os habitũ fuit in vſum ſatis proficuũ ab antiquis aduerſus multos corporis affectus: quamobrẽ Dioſcorides lib. 5. de medica materia capite de atramẽto ſutorio laudauit eũ deuoratũ, vel linctũ cũ melle drachmæ põdere ad enecãdos,& expellẽdos aſcarides, quos ipſe appellauit latas vẽtris tineas, hæc Dioſcoridis ſentẽtia celebrata fuit ab Auicẽna loco ſupracitato: idipſum aſſertũ fuit a Serapione tractatu de ſimplicib. ex mineralib. cap. 386 hy cũcti, & vni cordes aſſenſerũt aſſumi potu vitriolũ cũ melle, aut cũ hidromelle, qd pcipue placuit Serapioni, eodẽ põdere nõ modo aduerſus aſcarides, cũ etiam cõtra lũbricos,& quoſcũq; vermes, nã diuerſi ſunt vermes, atq; diuerſo nomine appellãtur diuerſam. n. habẽt figurã diuerſis quoq; particulis patiẽtis oriuntur, cũcti tñ eandẽ habent cauſam humoris crudi phlegmatici, & diuerſimode putrefacti, qd vt apertius reddatur exẽplis agã: Vermes lõgi & rotũdi a ſimilitudine quadã lũbricorũ terreſtriũ nominantur æque lũbrici,& in ſuperioribus inteſtinis generãtur qñ in eis putreſcit phlegma: In medijs autẽ inteſtinis generantur ex phlegmatis putredine vermes curti, & lati qui aſcarides, & cucurbitini nominãtur: at ſi in lõganone putreſiat phlegma generãtur vermes parui quemadmodum in caſeo: ex quibus ſatis conſpicuum,& ratũ habemus generari vermes in corpore humano omnes ex cruditate, & putrefactione phlegmatis,& non ex alio humore velũti recte atque ordine expoſuit Auicennas lib. 3. Fen decima ſexta tractatu quinto capite primo de vermibus aſſerens

non

non generari vermes ex ſanguine; nam eo indiget corpus ex eoque nutritur: Verum neque ex cholera generatur vermis cuius teſtimonium eſt Galenus libro 4. de ſimplici medicina vbi aſſeruit nõ generari animal ex cholera, neque ex ea nutriri, eo itaq; minus vermis, eſt enim humidus cuius complexioni contrariatur cholera cũ ipſa ſit calida, & ſicca; prætere a neque ex melancolia vermis generari poteſt, cũ enim ſit remora a principijs vitæ: ex quibus cõſequitur profecto generari vermes ex putredine phlegmatis: ſed iſta obiter dicta ſint, & in tranſcurſu, cũ enim vulgaia ſint, & parum pertineant ad præſens inſtitutum, licet omnino a ſcopo nõ aberrent, veruntamen ne tẽpus conteram in eis vberius exponendis, reuertar ad vitriolum à quo digreſſus erã hoc aduerſatur putredini ſua caliditate, & ſiccitate cũ ponticitate quibus præditũ eſt; propterea iure optimo cenſendũ eſt vitriolum prorſus repugnare putredini incidere phlegma ac eum abſtergere, & conſumere, ac eadem ratione cõſtat interficere vermes cũ melle aſſumptum: ſi vero cũ aqua aſſumatur in potu expellit vomitu maleficũ fungorum venenũ hauſtum: iccirco Georgius Agricola lib. 1. de nat. foſſ. inquit quædã ciere vomitũ ex proprietate, prout Chryſocolla, Armenius lapis, & Atramẽtum Sutorium: hoc multis auxiliatur iuxta veterũ dicta, locis præallegatis, & per varios vſus exẽpla quotidie cõſpicimus, purgat ſtomacum obſtructiones viſcerum tollit, obeſos extenuat, vrinæ vias liberat ab omni viſcoſitate, cõminuit lapidem, & mingere facit eum, & arenulas: ex recentioribus Agricola lib. 2. de nat. foſſ. prodidit vitriolum cum melle, aut aqua mulſa, aut in vino potum drachmæ pondere ſoluere aluum: his ductus Thomas Bouius empiricus Veronenſis exhibebat per os vitriolum Romanũ ad põdus vnius drachmæ diſſolutum in vncijs tribus aquæ communis calidæ cũ totidẽ mellis per quatuor horas ante prandiũ aduerſus pleuritim, peſtem, & periculas euacuat enim per vomitum, & per ſeceſſum; præterea vitriolum rubificatũ ſi quantitate auellanæ aſſumatur potu cum decoctione libanotidis, & chelidonij confert maniacis; ſi vero aſſumatur cum decoctione radicum peoniæ, & foliorum betonicæ ſanat epilepſiam: pleraque alia præſtat, quæ in ſequentibus differentijs ipſius atramenti Sutorij explicanda reſeruaui, reliquum eſt igitur exponere tres vitrioli differentias.

De prima differentia vitrioli, quod ſtillatitium, & ſtalacticum appellatum fuit a veteribus, & Coparoſa a recentioribus. Cap. III.

SVperius expoſitum fuit quatenus pluuiam deferre eſſentiã metalli chalcitis, miſy, & ſory, in cuniculos terræ, vbi guttatim ſtillat ſponte, ibique a natura coadunatur, & vi eius caloris natiui concreſcit in atramentum ſutorium, teſſerarum more, ac ſtiriarum inſtar pendet, a quo effectu ducti veteres ſtillatitium appellarũt hoc atramentum ſutoriũ quod Græci σταλακτίκον nuncuparunt; idem vero indicat teſte, Dioſcoride libro quinto de metallicis: nominauit hoc Oribaſius libro decimo tertio lonchoton, inde Ioannes Sera-

pio tractatu de ſimplicib. ex mineralibus ſcripſit ſciaton appellari, hęc eſt prima vitrioli differentia, plurimiq; ex recentioribus ſcriptores celeberrimi, qui tradiderint de hac materia, appellarunt vitriolum hoc coparoſam, ſiue cuperoſam, veluti roſam varij coloris fulgentioris purioris atque pulchrioris, quemadmodum ſcripſit Petrus Andreas Mathiolus in Dioſcoridem rerum naturaliū arti medicæ attinentium acerrimus inquiſitor idem aſſeruit Vannutius biringucius libro Pirotechniæ: quibus etiam aſſenſit Amatus luſitanus in Dioſcoridem enarratione ſeptuageſima quarta, vir iſte eruditiſſimus dixit naturale vitriolum tam ab Hiſpanis, quā Italis, & Gallis appellatur cuparoſa, vel caparoſa: hoc autem vitriolū nominauit Geber gummam Cupri lib. 2. partis ſecundę ſummæ perfectionis capite vigeſimo tertio de medicinis lunam citrinantibus dicens quemadmodum eſt vitriolum; & cuperoſa quod, & gumma cupri, aut eiuſdem ſtillicidium nuncupatur; ex quibus deprehenditur intelligi cuperoſam, ideſt cupri eroſam ſubſtantiam, reperitur igitur foſſile hoc ſemper natiuum, & vnum eſt vt pluſimum colore viridi, aut cæruleo, etſi quandoq; candidum prorſus conſpicitur, dictum a Gręcis λευκοῖον a ſimilitudine violę albę, & ſplendet inſtar ſalis atque eius ſimilitudine, aſperū eſt tactu quibus conſtat diſtare a chalcity, non ſplendet.n. chalcitis nec aſpera, ſed mollis eſt inſtar lanuginis albæ, præterea cernitur etiam hoc leucoion coloris albi ab extra, ſed intus cyaneis ſubuireſcentis ſplendidi, prout melius in attritu eius cōſpicitur, etſi aliis coloribus præditū reperitur vitriolū, vt ſupra ēnarratum fuit quippe cenſeri oportet natiuum hoc vitriolum cuiuſcūq; coloris coparoſam appellari, & in pulchritudine perſpicuitate, & viribus cętera excellere prępterim factitiū: Verū præ nimia hominū auaritia, qui cōtinuo mineras hauriūt, feſtinantq; naturæ fructus, licet acerbos, colligere maioris lucri cupiditate perſæpe effodiunt terrā vitrioli antequā natura in actū produxerit eū, inde ex eadē terra eliciunt vitriolū coctile arte, & modo inferius explicando: hinc accidit non reperiri vitrioli ſtillatitij hoc eſt coparoſæ quantū ſufficiat, ac inde ſequitur, vt ferre nullum medicinæ vſum a recentioribus præſertim Italis habitum ſit, etſi quandoq; è fodinis excauatur ſtillaritium vitriolum quod in pauca quantitate reperitur, hoc perſæpe pro oſtentatione ſeruatur ab eis qui facultati ſimpliciū medicamentorū operā nauant, verū in maiori quātitate, & maiori vſu eſſet vbi naturę operatio nō interpellaretur foſſorū auaritia, qui plus lucro inhiāt. nihilominus deſiderio iuuādi omnibus incitatus, vt apertius legētibus conſtabit in conſpectu omniū proferā, quod a quibuſdā Germanis, & Hūgaris artis medicæ verſatis pro archano collexi: hy.n. diuturna obſeruatione animaduerterunt cuperoſam præparatā, & aſſumptā per os mire aduerſari peſti, & cū perſępe in ſuis regionib. ſoleat graſſari epidimia qua coacti ſunt multa experiri pro ſalute ſua: ꝑ cæteris vero medicamētis cuperoſā ꝑparatā, & deglutitā ieiuno ſtomaco certiſſima experiētia cōprobarunt maximo auxilio, proſpereq; ſucceſſu ſanare nō modo eos q peſte correpti ſunt verū ēt ab ea arcere, ac ꝑſeruare oēs, quamobrem hoc tuto præſidio muniuntur tranſmōtani populi eum quotidie deuorādo qui peſtis futurā inuaſionē verentur: idipſum cēſuit Petrus Andreas Mathiolus in commentariis in Dioſcoridem loco de chalcantho: præterea maxima quoque laude commendatur ab eiſdem prædicta coparoſa præpara-

ta ad euomenda quæcunque læthalia venena hauſta, quam ipſi experti fuerũt, vt credendum eſt exemplo Dioſcoridis, qui celebrauit hoc medicamentũ aduerſus malefica fungorum venena, quare vtile ac ſumme neceſſariũ fore duxi ſi modum præparandi prædictam coparoſam ſcripſerim, qui talis eſt: ſoluunt enim eam in aqua roſata poſtea, ſolutionem percolant linguis filtri, demũ colaturam reponunt vaſe vitreo quale eſt matula, ac leni igni mittunt vt euaporetur aqua ac iterum concreſcat coparoſa, & condenſetur, quod aſſequi poſſet etiam in diplomate, & melius ac magis blandum euaderet medicamentum, quamuis tedioſus videretur labor, nam quatuor vicibus opus hoc iterant, ſingula vice diluendo coparoſam in aqua roſata, & ſolutam percolando, & ad ſiccationem condenſando, igni enim exhalat penitus aqua, & imò vaſis reſidet vitrioli eſſentia depurata, quam inde ſeruant in vaſe vitreo: exigenteque vſu huius coparoſæ drachmam exhibent brodio, aut vino, ſi vero adeſſet febris cum aqua ſtillatitia graminis, aut acetoſæ, aut galegæ, aut meliſſæ, aut alterius aquæ conſimilis facultatis, aut decocto earum, quod ſtillatitiæ aquę vicem gerit, quandoque huic medicamento addunt diptamni albi, & tormentillæ tertiam partem iuxta portionem coparoſæ, his maioris efficaciæ euadit medicamentum aduerſus peſtem, atque vomitu enim exonerat ventriculum, verum ſi enim coparoſa præparata aſſumatur potu cum aqua abſintij tantum tollit appetitum caninum; præterea omne natiuum vitriolum abſque alia pręparatione applicatum ſiſtit ſanguinem fluentem, ſed candidum quod leucoiõ appellari diximus in collitijs oculorum præferri ſolet alijs, quod Hermetici, ita præparare conſueuerunt: ſoluunt vitriolum albũ natiuum in aqua pluuiali, aut ſtillatitia feruenti, & ſolutum percolant charta emporetica coloq; tranſfactum mittunt vaſe vitreo ac languido igni, vt ſenſim euaporet aqua, quoad fere appareat cruſta, ſiue exhalando contrahat cuticulam, mox ab igne vas deponatur, quod inde quatriduo locetur cellaria, nempe loco frigido vbi cõcreſcent lapilli cryſtallini pulcherrimi, quos ſedulo colligunt; rurſus curant reliquum aquæ euaporare modo, vt ſupra quod tertio repetitur ſoluendo, & coagulando: Tandem reiteratur idem opus cum aqua roſatum: demum igni molli exiccantur cryſtalli, vt penitus in pollinem candidum reuertantur, de quo ſi ſcrupulus vino hauriatur vomitum lenem è veſtigio inducet cerebrum expurgando, quo etiam ventriculus omni onere abſoluitur roburque acquirit: præſtat itaque ventriculo auxilium omnis generis infirmitatibus ipſius, defluxionibus ſalſis, febribus, doloribus dorſi confert, expedit etiam aduerſus lumbricos, exhibitur vino, aut iure, aut aqua mellis, aut decocto congruo, aut conſerua roſarum, doſis eſt pueris quatuor, vel quinque granorum, adultis autem a ſcrupuli medietate vſque ad dimidium drachmæ: Alii induſtria maiori eliciunt ſalem a vitriolo combuſto, & vitrioli eſſentiam magis depuratam cuius granũ ad duo propinant: quomodo autem fiat ſal vitrioli explicabitur in ſexta deſcriptione: Veruntamen ſummatim natiuum vitriolum cuiuſcunque ſit coloris pollet viribus, vt alia vitriola, atque excellit: ſoluitur in quocunque liquore ac per ſe liqueſcit igni ac bullas facit vritur inde, vt chalcitis ac tandẽ rubeſcit igni, ſed hactenus dicta ſufficiant de prima vitrioli differentia.

De ſecunda differentia vitrioli, ideſt atramenti ſutorij, quod veteres nuncuparunt Concreticum. Cap. IV.

MEa intereſt in præſenti capite explicare ſecundam vitrioli differentiam iuxta ordinem inceptum, ne deuiem a Dioſcoride tanquã primo, in hac facultate, magiſtro, & pro ut lumine tam celebrato a Galeno quamplurimis in locis: fuit Dioſcorides Anazarbeus natione ex Cilicia in Aſia minori, & medicus Marci Antonij Patritij Romani, & Cleopatræ familiaris, quæ fuit Aegipti Regina: Dioſcorides autem in facultate ſimplicium medicaminum fœlicitate ſtudioque vna cum experimentis fuit perfecte eruditus: ab eo igitur depromere nunc nobis æque licet ſecundam vitrioli differentiam, quam ipſe ad vnguem ſcriptam prodidit libro quinto de medica materia capite de atramento ſutorio, ideſt de vitriolo vbi ait in ſpecie differentias tres habet, vnum namque humoribus ſtillatim in cuniculos colatis concreſcit, hæc eſt prima vitrioli differentia in præcedenti capite ſatis a me expoſita; atinde proſequitur Dioſcorides declarare ſecundam differentiam, quam indicant ſequentiã verba dũ ait ipſe, Alterum ſimplici ratione fit in ſpeluncis, poſtea transfuſum in excauatos ſcrobes concrementum capeſcit, quod græce πηκτὸν, ideſt concreticum proprie nominatur, idem eſt dicere condenſatum, quod Ioannes Serapio loco ſupracitato appellauit Sichon: hoc autem quomodo fiat ſatis perſpicue explicauit Galenus libro nono de ſimplicium medicamentorum facultatibus, vbi dum in Cipro ageret de mineris exiſtentibus in monte Soleo ſiue Solis appellato, alioquin nunc dicitur mons ſanctæ Crucis, nam ætate noſtra conſtructum eſt in ſummitate illius ſacri montis templũ, & ſanctæ Cruci conſecratum, retulit itaque Galenus de lacu effoſo in ſpecu aquæ viridis pleno calore tepenti, quæ guttatim ex pertuſo colle diſtillabat, eamque vincti quidam in piſcinas fictiles quadratas extra ſpecum efferebant, in quibus paucis diebus concreſcebat in chalcanthum: hoc autem in loco eſt animaduertendum dixiſſe Dioſcoridem atque Galenum aquam quæ ex colle diſtillebat, & faciebat lacum: nam concreſcere intra ſpecum in vitriolum ſiue chalcanthum dicamus inſtar lapidis opere naturæ tantum: quemadmodum ſuperiori capite expoſitum fuit euenire de prima vitrioli differentia, quæ ſtillando eadem vice concreſcit intra ſpecũ in chalcanthum, & pendet ſtiriarũ more abſque vllo artificio, diſcriminatim vero a prima aſſeruerunt priſci hanc ſecundam differentiam condenſari in chalcanthum extra ſpecum, quod non euenit præterquam artis opere, & auxilio, nam vincti transferebant aquam chalcanthoſam extra ſpecum in excauatos ſcrobes more Dioſcoridis, aut in piſcinas fictiles, prout ait Galenus, veruntamen parum refert vaſis differentia cum idem ſit modus, nam quocunque vaſe modo figulinum ſit, ſiue foſſitium in terra factum transfundatur aqua chalcanthi ſubſtantiæ imbuta hoc eſt ſcire quod dio dum frigeſcit, in chalcanthum condenſatur: hoc quippe euenit ex

maiori

maiori vel minori decoctione naturæ. In prima enim differentia fuit materia ipſius chalcanthi magis decocta a natura. In ſecunda vero diminuta fuit decoctio: præterea ſilentio prætetire, vel ambagibus obuoluere nequeo, cur Galenus non meminerit primam, quemadmodum neque tertiam chalcanthi differentiam, vnde videtur ipſe ſecundam chalcanthi differentiam tantummodo agnouiſſe, quod ſpectari datur: verumtamen exiſtimo ego non ignoraſſe Galenum alias chalcanthi differentias, quamuis de eis nullum verbum egerit, cum ipſe enim non profiteretur geographus, neque hiſtoriarum ſcriptor appellari, ſed Philoſophus rerū naturæ peritus ac profundiſſimus ſcrutator, qui explicate ſcripſit medicamentorum facultates, quæ tunc temporis in medicina vſum habebant, iccirco cum ſpecies primaue differentia vitrioli, quod ſtillatitium appellatum fuit a Dioſcoride reperiatur in minori quātitate, quam opus ſit non curauit Galenus deſcribere eam: quemadmodum, nec tertiam ſcriptis tradidit, quę in Hiſpania tantummodo conſtruebatur tempeſtate ſua, prout nobis fidem facit Dioſcorides: haud igitur in Cipro fiebat de quo egit ipſe Galenus: præterea tunc nullum in medicina vſum habebat tertia vitrioli ſpecies, vt infra demonſtrabitur: etſi tractauit Galenus de atramento ſcriptorio in cuius compoſitione ingreditur atramentum ſutorium tertiæ differentiæ, quod argumento eſt agnouiſſe eum: è diuerſo autem hac noſtra tempeſtate accidit, nam penitus caremus nos vitriolo condenſato, nempe ſecunda differentia de qua magis tractauit ipſe Galenus tanquam de re aliarum vſitatiſſima, etenim hodierni artifices omiſſo ſuperiorum ritu conſtruendi vitriolum condenſatū, maiori lucro ducti, feſtinanter vitriolo coctili conſtruendo incumbunt, quod eſt tertiæ differentiæ chalcanthum, ſiue vitriolum dicatur, fuſius exponendum ſequenti: ſed reuertens ad vitriolum condenſatum, & cōcreticum appellatum habet vires conſimiles vitriolo ſtillatitio, ſed inferiores, & ideo Dioſcorides poſt enarrationem vitrioli ſtillatitij, inquit proximum eſt concreticum: cuncta enim atramenta ex vna, & eadem materia conſtant, & procedunt ab eadē radice, diſtant tamen inter ſe, nam eorum quædam magis depurata magiſque decocta ſunt a natura, quædam vero minus pura ac minus digeſta ſunt, etſi artis auxilio conſtruantur vbi deficiat natura, aut aliud obſtet ei vt impediatur, munuſque ſuum intercipiatur, hæc tamen eueniunt inualidiora perfectioneque, & viribus diminuta, licet proxima ſint: quamobrem Dioſcorides ait contreticum vitriolum eſſe proximum ſtillatitio, eaſdem enim facultates habet, ſed inferiores: iccirco ſoluitur hoc, vt ſuperius in aqua, aut alio quouis liquore, & igni liqueſcit per ſe, & bullas facit atque vritur veluti patet ex prænarratis capite primo de atramento ſutorio, & vſtum rubeſcit: ſed in medicamentis inducit colorem atrum quod agere proprium eſt ſingulæ differentiæ atramenti ſutorij, prout melius ſuperius explicatum fuit.

De Tertia vitrioli differentia, quod appellatur coctile, & vulgare vitriolum.
Cap. V.

RElįquum eſt igitur deſcribere tertiam vitrioli differētiam, quam pollicitus ſum, hoc autem tertium vitriolum non concreſcit in Specu ex ſtillicidio aquæ atramentoſæ, neque condenſatur ex illa aqua coacervata in lacum, mox extra ſpecum aſportata: quemadmodum ſuperius expoſitum fuit euenire primæ, & ſecundæ differentiæ vitrioli: ſed factitium eſt hoc atramentū ſutoriū Coctile ab alijs diuerſum in cōſtructione, ars enim diutiori tēpore impatiēs, quā breuiori nititur agere quod longiori tempore natura generat: & ſi eandem cauſam, & materiam habet hoc, prout alia vitriola, diuerſimode tamen præparat ars elaboratque materiam illam, licet conetur imitari naturam eiuſque veſtigia proſequi: etenim ratione materiæ conſequitur eſſe hoc vitriolum eiuſdem naturæ aliorum, verumtamen cum ars ſit diminuta natura, æque diminutum euenit, quod efficitur ab arte: propterea coctile hoc vitriolum quod eſt vulgare arte factum euadit aliorum atramentorum imbecillius, imo inualidiſſimum, & inutile ad vſum medicinæ exiſtimarunt veteres: verum ad infectiones, & denigrationes aptius cæteris eſſe prodidit Dioſcorides loco præcitato, ait enim ipſe Tertium ſcilicet atramētum ſutorium dicitur coctile, &c. ne omnia ipſius auctoris verba repetam, ſed breuitatis gratia relinquam, vt quilibet ea legere poſſit in eundem Dioſcoridem aſſerentem rationem etiam eſſe parandi prædictum vitriolum, quando aqua madefactum decoquunt quare nuncuparunt coctile ab effectu ipſius coctura, mox in piſcinas transfundunt, & reſidere ſinunt hoc certis diebus coaleſcit in complures ſormulas digeſtum, vel teſſerarum ſpeciem reddentes, quæ racematim inter ſe cohæreſcunt: Dioſcoridis ſententiæ aſſenſit Oribaſius libro decimo tertio vbi tractauit de tertia ſpecie chalcanthi, inquit, quæ ſequuntur, Tertium vero appellatur decoctum, & fit in Hiſpania ſed inutile, & viribus infirmis: hoc autem modo parant id aqua diluentes coquunt tum in ciſternas transfundunt ac reſidere ſinunt, quod certis diebus concreſcit, & progreditur referre omnia quæ dicta ex mente Dioſcoridis, ita quod videntur eadem fere eſſe ipſius verba: ſed aliquis fortaſſe ambiget quid indicet dictum Dioſcoridis videlicet aqua madefactum decoquunt, cum hoc careat proprio nomine quod diſquirendum eſt, vt res magis pateat, aut ratione, aut ab eodem auctore, ſi alicubi hoc pronunciauerit ipſe: Ratio profecto perſuadet nos cenſere terram ſiue lapidem dicamus eſſe mineræ æris, in quo lapide ſunt atramenta, & ideo ab illo lapide eliciunt cum aqua ſubſtantiam atramenti ſutorij, mox eandem aquam ſic imbutam atramentoſamque factam decoquunt, & hoc eſt dilutum, & madefactum a Dioſcoride, & Oribaſio, quod inde lacunis reponunt aliquot dierum ſpatio, quo tempore concreſcit tandem, & congelatur in vitriolum: Idem

quoque reperiemus aſſertum fuiſſe a Dioſcoride, ſi memoriæ reuocemus ſcripſiſſe ipſum capite de cadmia, nempe eam extrahi ex lapide pyrite in quo erãt venæ atramenti tum metallici, cum, & Sutorij, quapropter Georgius Agricola libro tertio de ortu, & cauſis ſubterraneis ſcripſit fieri atramentum ſutorium ex aqua imbuta pyrite, quod magis etiam experientia quotidiana comprobatur nam hujus ſæculi artifices operãtur pyrite, & ab eo eliciũt vitriolum quemadmodum in ſequenti capite vberius explicabitur: hoc itaque vitriolum cum enim fiat decoctione appellatum æque fuit ab effectu decoctum vel coctile quod idem eſt; Serapio autem tractatu de ſimplicibus ex mineralibus vbi tractat de hoc vitriolo nominauit eum Afron in lingua arabica aſſerens præterea quod tertium chalcanthum eſt artificiale bonum ad faciendum encauſtrum ſcriptorium magis quam ad vſum medicinæ: Idem nominauit Auicennas Sahire quod in conficiendo encauſtro ſuggeritur præterea demonſtrauit, quod magis durum eſt cum aureo ſplendore: hoc autem Guglielmus Placentinus in exemplificatione medicinarum ſimplicium appellauit calcaturã corrupta voce à chalcantho: hoc profecto a veteribus paruifactum fuiſſe conſpicuum eſt, iccirco apud eos in vſum habitum non erat fieri præterquã in Hiſpania veluti ſcriptis tradiderunt prænominati auctores, verumtamen hodierno tempore habetur ſatis ſuper, & vbique Vitriolum hoc tertiæ differentiæ in frequentiſſimo vſu, & magnifactum eſt non modo ab infectoribus verum etiam a profeſſoribus medicinæ, necnon ab alchimicis: at ne diſcedam à cultu medicinæ iuxta meum primum inſtitutum cenſeo cõſimiles alijs ſui generis facultates exiſtere in ipſo tertio vitriolo, quamuis inferiores ſep. dictę que ſint: hoc etiam aliorum facilius ſoluitur in quouis liquore cum, & per ſe humeſcere ſoleat locis, & temporibus humidis inſtar ſalis, eſt enim naturæ ſalis metallici, ſi autem ſoli exiccetur alteratur, & facit colorem cineream, & album præterea igni liqueſcit, & fluit ac bullas facit, inde vritur diu permanens igni quemadmodum, & ſuperiora atramenta: mutatque colorẽ reſpectu ignis mitioris aut vehementioris ſicuti, & minoris aut maioris interualli temporis prout in album cineream, & aliquantiſper flaueſcẽtem, at tandem fit rubeum & poſtremo nigrum. Vtrunque pictoribus commodum. verum ex hoc coctili vitriolo, quod eſt tertiæ differẽtiæ atramentum ſutorium variæ fiunt operationes quemadmodum ex ligno variæ fabricantur Imagines, eo enim vtuntur ſutores, & infectores vbi denigrare velint lanas, pelles pennas, capillos, ſericea, linea, & oſſa, & alia multa: Hoc quoq; Chimiſtæ vſurpant additis alijs mineralibus ad cõſtruendas aquas ardentes corroſiuaſue, quibus diſſociantur diuiduntũrque aurum, & argentum: Alij ignis vi ſublimare cogunt hidrargirum a vitriolo coctili ſale, & nitro ad inuicem mixtis in aludel, vaſe ſublimatorio, hoc enim modo parant Sublimatum vulgare, quod eſt mercurius coagulatus vitriolo in ſublimatione, quare atteſtatus eſt Ioannes de Rupeſiſſa ineſſe in hoc ſublimato Philoſophorum ſulphur quod eſt inuiſibilis tinctura relicta a vitriolo in Sublimato vulgari; præterea ex vitriolo ad rubedinem vſto, & æquali portione ſulphuris eliciuntur ſublimationes ſulphuris, flores vitriolati, efficaces aduerſus thoracis paſſiones: Vitriolo etiã, & nitro fit aqua, quæ præcipitat mercurium, ita quod eius beneficio nõ amplius fluidus erit ſed in pul-

uerem redigi poterit, eadem aqua ſoluit argẽtum, atque æs, eademque ſeparat argentum ab auro: præterea vitriolo vulgari additis ſale communi, & latere aut tegula fit cæmentum, vulgo appellatum regale ad examinandum, & purificandum aurum: præterea in medicina quamplurima parantur præſidia cum vitriolo aduerſus multos affectus corporis humani præ cæteris enim ingrediтur vitriolum præſertim Hungarum ceu validius in compoſitione cauſticorũ, quæ ἐσχαρωτικὰ dicta ſunt a Græcis, prout ſcripſit Gabriel Falloppius tractatu de cauterijs capite quinto, & ſexto: etſi nullum atramentum facultatem poſſidet inducendi eſcaram in cute, quam in vlceribus, tantum inducere ſolet præſertim metallicum atramentum teſte Dioſcoride capite de Chalcity, verũ eo minus agit atramentum ſutorium, nam mollius eſt atque omnium mitius euadit hoc atramentum coctile quod in vlceribus leuem, ac mollem quandã eſcaram inſtar ſordis, more aluminis agit, vt ſæpe experientia habui: Huius tẽporis aromatarij abutuntur hoc vitriolo coctili & ad albedinem torrefacto, vice chalcitis, pro compoſitione Theriacæ: perinde indiſcriminatim Seplaſiarij, Vnguentarijque idem adminiſtrant pro chalcity in compoſitione diachalciteos Galeni, quod vulgo diapalmæ, & Arabum diaphænicum eſt quod improprie tamen dicitur diachalciteos cum verius diachalcanthum nuncupãdum eſſet: Alij admiſcent hoc vitriolum vnguentis, & hidrargiro, qua compoſitione illinuntur lue venerea correpti: & Bernardus Penotus a portu ſanctæ Mariæ Aquitanus tractatu de ſpecificis receptis ſumme approbauit aduerſus podagræ cruciatus vitriolum Romanum ſolutum in aqua marina, & decoctum inde applicitum cum linteis: componitur atque oleum, quod inſtar balſami præſtat ad omnes tumores, & vulnera quæuis, & ad bombardarum ictus: cuius deſcriptio ſequitur: Cape olei oliuarum, olei lini ſingulorum vncias quatuor viridis æris drachmam vitrioli Romani drachmæ dimidium omnia adinuicem commiſceantur ſuper cineres calidos donec ſoluantur tunc deponantur ab igne, & addatur libra therebintinæ claræ mox clauſo vaſe permittatur fermentari loco calido per octo dies: fit etiam aqua efficax deſiccare vlcera tam vetera quam noua abſtergit ea & fluxiones tollit partem affectam corroborando: dentes ſtabilit, gingiuaſque a putredine arcet, oculorum lacrymas cohibet, ignem ſacrum tollit ſcabiem manuum ſanat: ſerpigini confert vt infra.

Cape vitrioli albi libram boli armeni vncias quinque camphoræ vnciam vnam cum dimidio ex omnibus fiat puluis de quo cape vnciam vnam cum dimidio, & proijce in aquam fere bullientem, & ſine aliquantum feruefcere, inde amoue ab igne, & a fæcibus percola ac vſui ſerua: pluries atque conſpexi vlcera quæcunque ſerpiginoſa ſanari mirabili ſucceſſu ſi fuerint aſperſa puluere ſequenti, qui conſtat æquali portione vitrioli roſæ, & ceruſæ: Conficitur etiam vnguentum ex vitriolo quod abſumit carnis excreſcentias, & caruncula in collo veſicæ exiſtentem delet & ſanat: leni igne decoquatur therebintina clara vſque ad ſpiſſitudinem, & duriciem, mox ipſius therebintinę vnciam vnã mitte igni, vt iterum liqueſcat, & in ipſam obruas ſcobis coparoſæ binas drachmas crebro rudicula lignea commiſcendo, quoad perueniat ad formam vnguenti, quo liniatur ſummitas, caputue cercoli, quod frigefactum indureſcit,

demum

demum modice liniatur oleo roſato, & in virgam immittatur, ipſius enim carunculam tollit abſque noxia: alterum eſt deſcriptum a Caſtore Durante in ſuo herbario capite de plantagine aquatica: idem legitur in Chirurgiâ Ambroſij Parei lutetienſis medici regij: atque in librum de morbo gallico editũ ab Alexandro Traiano Petronio cap. 13. de mingendi difficult. & prædictum vnguentum conſtat ex vitriolo viride æris alumine rochæ, & auripigmento, æquali portione molitis ſuper lapidem porphiritem cum aceto acerrimo, inde ſoli exſiccatis ex his igitur, & eodem modo decies paratis fit puluis efficax ad compoſitionem, quare capiunt huius pulueris vnciam, & totidem litargirij & cum vncijs binis olei roſati coquunt ad perfectam conſiſtentiam: pleriſque alijs conducit hoc vitriolum coctile quibus conferre diximus cætera atramẽta tam exterius applicitum quam interius aſſumptum dum alijs componatur conferentibus ad opus, aut alio quouis modo præparetur: ſic omnium magis tutum exhiberi poterit per os ad debellandos morbos, hoc enim tertium vitriolum eſt eiuſdem naturæ, prout primum, & ſecundum atramentum ſutorium, ſed eorum imbecillius, & adeo infirmius eſt, vt a Priſcis inutile exiſtimatum fuerit: verumtamen e diuerſo ratio perſuadet nos huius generis vitriolũ exiſtere magis vtile ac tutum, quod etiam experientia habemus, nam ſi aliorũ imbecilius ſit atramentum ſutorium coctile hoc eſt in tertia differentia conſtitutum ſequitur, quod lepidius ſit & ſenſim operetur, ita quod minus alterat minuſque mutat naturam eius cui adhibitum eſt; perinde conſequitur hoc magis tutum eſſe ſalutare atque iucundum euadere quemadmodum requiritur eſſe medicamentum iuxta mentem Aſclepiadis præter experientiam qua ducti ſunt Neoterici, & in vſum habent hoc ſalutare præſidium vitrioli coctilis a quo conſueuere ſalem elicere, aquam, & oleum, quemadmodum in ſexta Deſcriptione propalabitur: etſi de his plurima verba facere poſſem propoſita tamen pro nunc ſatis fore puto: quamobrem ad modum parandi conſtruendique hoc vitriolum coctile tranſire conſultius mihi videtur.

De modo faciendi vitriolum coctile. *Cap. VI.*

HVmana ſolertia, & indagine repertus fuit modus faciẽdi vitriolum coctile in tertia differentia conſtitutum, non vnus, at per quam varius: primus vero veterum fuit modus iuxta deſcriptionem Dioſcoridis libro quinto de medica materia capite de atramento ſutorio, idcirco ſcripſit, Tertium dicitur coctile & in Hiſpania fieri ſolet, ſed inutile ac inualidiſſimum eſſe conſtat: ratio parandi hæc eſt aqua madefactũ decoquunt, mox in piſcinas transfundunt, & reſidere patiuntur, hoc certis diebus coaleſcit, &c. ex his nulla percipitur deſcriptio præparationis terræ vitrioli imò abſolute prodidit Dioſcorides ipſe obrui terram mineralem ſtatim in aquam nulla præcedente præparatione, innuit inde remanere madefactum, & ſolutum in aquam quod eſt ſubſtantiæ atramentoſæ, quod percolant a fæcibus, & decoquunt, decoctum poſtea transfundunt in ſcrobes vel in vaſa lignea, vel alterius generis in quibus concreſcit tandem in vitriolum: ab hoc tamen ſimplici modo conſtruendi vitriolum ſatis diſtant poſteriorum alij, & ſi didicerunt

Dio-

Dioſcoride modum atque ipſius exemplum proſecuti fuerunt, nimirum plerique alia addere potuerunt, experientia duce, quæ tempore demonſtratur; vel caſu quandoque operando, aut ſedulo artem perficere inquirendo: nam tempore inferiores opem arte ferre naturæ cupientes in melius ſemper direxerunt magiſterium: quapropter alium modum faciendi vitriolum referam memoriæ proditum a Petro Andrea Mathiolo in luculentiſſimis ſuis commentarijs in Dioſcoridem, vbi recenſuit defoſſores excauare mineram vitrioli, quam leue exiſtimauit ipſe potius terram eſſe quam lapidem coloris cinerei liuidi cum quibuſdam maculis luteis referentibus æruginem ferri, & alteris notis viridis æris: verumtamen non animaduertit Matthiolus dixiſſe paulo ſupra ex alterius opinione vitriolum ſapere proprietatem ſulphuris, ferri, æris, aluminis, ſalis nitri atque ſalis communis: prætcrea longe aberrauit ipſe Matthiolus vbi protulit minerã vitrioli eſſe potius terram quam lapidem ſatis enim demonſtratum fuit Deſcriptione prima de pyrite vitriolum eſſe medium inter lapidem, & metalla quibus omnibus locus proportionatus eſt lapis teſte Alberto libro tertio de mineralibus tractatu primo capite primo inquit enim lapidum ſubſtantiam eſſe locum proprium metallicæ generationis, inde capite decimo diſcurrens de lapidibus repetit locum generare locatum per proprietates Cœli, quæ influunt eis per radios ſtellarum: Verum cum lapis connumeretur inter ſpecies terræ teſte Galeno libro nono de ſimp. medicam. facult hinc accidit vt perſæpe plerique nominent terram pro lapide vti eſt legere in ipſum Galenum aſſerentem fieri cadmiam ex terra, ex qua æs generatur at ſi non terram ſed lapidem nuncupare velis hæc ſunt verba Galeni, verumetiam idipſum inſinuauit loco vbi tractauit de terra Samia aſſerens terram metallorum fieri reliquias lapideas: ad eius vero confirmationem adducam teſtimonium Georgij Agricolæ libro tertio de ortu, & cauſis ſubteraneis pag. 44. vbi inquit, fit atramentum ſutorium ex aqua imbuta pyrite qui non eſt terra ſimplex ſed conſtat lapide, & ære: quamobrem ſat erat atque melius dixiſſe Mathiolum mineram vitrioli eſſe terram coloris liuidi, & cæt. ſub genere enim terræ comprehenditur lapis, cum reperiatur ſpecies pyritis mollis, & friabilis, vt terram ex incompleta coctione vt ſatis expoſitum fuit prima deſcriptione cap. 9. de pyritis differentijs: his autem omiſſis vlterius progreditur quemadmodum Mathiolus exponit artefices aſportare terram vitriolatam extra ſpecum ex qua conſtruunt montem longũ ſub dio nempe ſoli atque pluuiæ expoſitum, faciunt; eamque terram ſic præmacerare ſinunt ſex menſium ſpatio licet quandoque eam voluere inſtrumentis ad hoc munus aptis, ac reuoluere opus ſit vt melius totaque maceretur terræ vitriolatæ moles, quo tempore elapſo conſtruunt tegumentum ſupra montem illius terrę mineralis, vt a pluuia tueatur ibique pro totidem tempore eam ſic digeri ac præmacerari relinquunt; mox ipſam terram ita præparatam immergunt in aquam communem puram affuſam in piſcinas arte factas, & coopertas eâque optime miſcendo agitant cum aliquo ligno, vt aqua imbuatur ſubſtantia vitrioli exiſtentis in illa terra minerali: inde aquam quieſcere permittunt donec clareſiat fæceſque terreſtres, & limoſæ reſideant, tunc recluſis orificijs ductibuſque piſcinæ ad hoc munus paratis exiſtentibus prope fundũ

ferre

Digitized by Google

ferre vel ſaltem paruin ſupra fæces prout per quatuor digitos excolant hauriuntque aquam vitriolatam, quam in caldaria plumbea transfundunt nam alterius metalli vaſa corroderentur ab iſta aqua æruginoſa: mox aquam prædictam pręcoquunt igne ſuppoſito hoc interim decoquendo bulliendoque addunt aliquam æris portionem ita vt in eadem aqua vitriolata diſſoluatur dũ velint vitrioli vires demagis roborare, ac eius colorem pulchriorem lucidioremque reddere: at vice verſa ſi malint artifices refrangere vitrioli vires eaſque lepidiores facere addunt quandam ferri portionem vice æris, demum prędictam aquam vitriolatam ac perfecte decoctam omittunt aliquantum refrigerari auferendo ignem, mox aquam in vaſa lignea transfundunt, in quibus concreſcit paucis diebus in vitriolum, quemadmodum euenit fieri de alumine rochæ vulgo appellato: nunquã tamen caldaria plumbea vacua igni relinquunt aqua, niſi prius modice refrigerentur alioquin enim caldaria ipſa liquefcerent: verum binis his abſolutis modis conſtruendi vitriolum coctile recenſitis tum a Dioſcoride antiquorum ritu cum, & a Mathiolo iuxta poſterioris ſæculi vſum, ſequitur alter recentiorum modus qui ſatis ab eis diſtat quippe hunc omnes huius artis profeſſores noſtris temporibus ſequuntur.

Modus alter eſt Recentiorum conficiendi vitriolum coctile. Cap. VII.

POſteriores tempore fiũt equidem eruditiores, tum ex aliorum ſucceſſibus moniti, cum etiam ex diutiſſima experiẽtia docti: cuncta enim tempore docuit experientia, quemadmodum demonſtratum fuit deſcriptione prima de pyrite auctoritate Galeni libro decimo quarto methodi medẽdi, atque primo libro de ſimplic medicam. facult. nil miri eſt igitur ſi huius ſæculi homines faciliori modo, ac meliori, maiorisque compendii conficiant vitriolum coctile: præterea vtrum rationi magis adhæreat recentiorum modus conſtabit ex ipſius explicatione: quamobrem noſtræ tempeſtatis artifices breuiori temporis ſpatio, magnaque induſtria peragunt vitriolum. Capiunt ergo glebas terræ ipſius mineræ ſiue lapidis potius, vt profecto lapis appellari libeat minera enim producitur a natura in pyrite lapide, de quo ſatis diffuſe tractatum fuit loco vt ſupra: ſed redeamus ad glebas pyritis a minera effoſſas, eas igitur extra ſpecum aſportant ex eisque montem parant ſub dio non denſum neque immaſſatum ſed ſinuoſum adeo vt ſpiracula vbique habeat per quæ ignis difflari ratione aeris ac magis accendi poſſit, quare ignem ſupponunt ex lignis aridis, & carbonibus accenſis quam paucis quantum vero ſufficiant vt glebarum aliquæ accendantur, nam ita omittendo reliquas glebas facile, & cito aggreditur ignis, ipſę enim glebæ ſunt igniariæ iccirco ex ſe continuat ignis in eas, & augetur donec prorſus omnes vrantur glebæ: perduratque Incendium vno menſe, quãdoque duobus, tribuſue menſibus, & quatuor plus minuſue ſecundum maiorem vel minorem quãtitatem ſubſtantiæ ſulphureæ in terra minerali contentæ: odorem enim ſulphuris abominoſum refert terra ipſa dum crematur, emittitque flammam prout proprium eſt ſulphuris: mox

terram

terram illam ita combuſtam in piſcinas aquæ plenas obruunt artifices agitando miſcendoque eam vt aqua imbuatur ſubſtantia vitrioli inde aquam vitriolatam à ſedimento claram hauriunt, & in caldaria plumbea transfundunt, quã igne ſuppoſito præcoquunt; verum dum ebullit medio coctturæ vel parum ſupra vel infra circa addunt modicum ferri veteris aut glebæ æris iuxta intentionem operantis, prout ſuperius expoſitum fuit: Gabriel Fraſcatus libro primo de aquis thermalibus Returbij in agro Ticinenſi cenſuit quod in Hetruria apud Maſſam obſeruatur admiſcere æs aut ferrum in aqua chalcanthoſa dum ebullit, alioquin non concreſceret in vitriolum nihilominus deceptus eſt; nam experientia patet in vitriolum condenſari aquam attramentoſam quamuis non addatur ferrum, neque æs: aquam itaque vitriolatam, & decoctam vertunt in vaſa lignea in quibus tandem frigeſcens congelatur in vitriolum: vnde ex prænarratis conſpicuum eſt huius ſæculi artifices vitrioli conuenire partim cum Dioſcoride, & cum Mathiolo, eis itaque aliqua in parte aſſentientes eodem modo procedunt in conſtruendo vitriolum ſaltem in medio, & in fine magiſterij veluti imbuitione aquæ ex ſubſtantia vitrioli exiſtente in terra minerali conueniunt atque in depuratione, & colatura ipſius aquæ, necnon in eius decoctione, & congelatione in vitriolum: verum magnopere diſſentiunt in principio magiſterij cuius opus cogitur in præparatione terræ mineralis quod magis refert ad extractione vitrioli faciliorem ac breuiorem ac in maiore quantitate: nam Dioſcorides nullam prodit terræ mineralis præparationem: Mathiolus vero & ſi primam videtur docuiſſe præparationem, quæ eſt macerare per annum terram mineralem vitrioli, quam ita præparatam exiſtimauit ſufficere vt inde poſſit in aquam obrui, & in eam ſolui ſubſtantiam vitrioli totam, & hoc modo ſegregari vitriolum a terreſtreitate, nihilominus ipſa eſt diminuta præparatio: Perfecta autem, & vberior præparatio eſt plane quæ ſequitur, nempe vbi Poſteriores artifices vitrioli comburunt pyritem ideſt terram mineralem vt facilius a terreſtreitate diſcontinuetur ſubſtantia vitrioli, quod elicitur inſtar ſalis eſt enim ſal metallicus, quamuis a ſale vulgi differat colore, & facultate; quippe axioma eſt extrahi ſalem ab omni re aduſta incinerata vt gratia exempli ſcripſit Galenus ex mente Ariſtotelis libro de vtilitate reſpirationis pag. 69. de calamis vſtis, & aqua bollita ad ignẽ: nam ex cinere, & aqua bullita fit lixiuium quod ſi decoctione euaporetur cõcreſcit in ſalem illius generis quale natura produxit in illam ſubſtantiam eodem igitur modo videlicet igne vrendo, & aqua ſoluendo prorſus tota elicitur vitrioli ſubſtantia ab eius terra minerali, mox decocta, & refrigerata concreſcit in vitriolum: alioquin non ita abunde euenire cenſeo primis modis operando videlicet Dioſcoridis, & Mathioli, quibus niſi pauciſſima pars ſubſtantiæ vitrioli extrahi poteſt: nondum enim a natura fuit præparata ſubterraneo igne præterquam pauciſſima nam ſi multa eſſet æque ſequeretur iam præparatam verti in primam vel ſecundam vitrioli differentiam: & enim vero huius terræ mineralis præparatio fieri non poteſt in ſubterraneis locis a natura niſi ſatis longo temporis curſu cuius perfectionis inditium eſt vitriolum ſtalacticum aut Aqua viridis ex qua fit alterum vitriolum quod ſuperius appellauimus condenſatum: quapropter eius defoſſores auaritia compulſi quæ fierunt

ante

ante partum naturæ maturum accelerare ipſius fructus ac intempeſtiue decerpere eos: hinc magna induſtria ceperant primi artifices excauare terram chalcanthoſam, ex qua inde immerſa tãtummodo aqua eliciebant vitriolum tametſi cum decoctione: Poſteri vero exiſtimarũt magis copioſe euenire hoc ſi ſub dio maceraſſent per tempus terram mineralem ſoli, & pluuiæ in cumulos congeſtam: & in reliquis agebant, vt ſupra expoſitum fuit ita vt votis ſuis magna in parte negotium reſpondiſſet: prçterea tanta increuit lucri cupiditas, vt animaduerterint poſteriores neque in ſole vim tantam ineſſe vt perfecte in paruo tam temporis ſpatio præparari poſſit terra mineralis, ex qua inde poſſit penitus elici ſubſtantia vitrioli: quemadmodum reperierunt plane euenire ex combuſtione mineræ ipſius cum igne, quippe ignis cætera elementa ſuperat, etſi adeo temperari poteſt, vt ſæpe vicem gerat caloris naturalis: præterea norunt noſtræ ætatis artifices eſſe minoris vtilitatis modum recenſitũ a Mathiolo in præparatione terræ vitrioli, dum eum elicere velint, nam multum ipſius vitrioli ſubſtantiæ deperditur, & diſſipatur humi: quamobrem ſcriptis prodidit Mathiolus è ſpecu emitti terram mineralem ſoli, & pluuiæ exponendam abſque vllo margine quo colligi, ac recentiori poſſit, ſi quid ipſius ſubſtantiæ vitrioli ſoluatur: Poſteriorum autem modo comburitur terra mineralis effoſſa è ſpecu & in montem parata, vt ſupra dictum fuit inde in piſcinas aquæ obruitur his enim ſatius faciliuſque imbuitur aqua vitrioli ſubſtantia hac præparatione ignis diſcontinuata enim, & ſolubilis facta eſt ſubſtantia mineralis abſque vlla deperditione vitrioli: In reliquis vero hy æque procedunt ſuperiorũ more: ex quibus recenſitis habemus tertium poſtremumque modũ conſtruendi vitriolum coctile eſſe aliorum vberiorem faciliorem atque magis tutum cum & in breuiori tempore expediatur opus, & tota extrahatur ſubſtantia vitrioli: præterea non diſſimili ratione ferre primi modi a Dioſcoride recenſiti artifices qui hoc ſæculo viuunt, probarunt depurare vitriola iam facta eaque, vt dicunt affinare cuiuſcunque regionis ſint, nam illa reducunt ad formam, & ſimilitudinem vitrioli Romani ob maioris lucri gratiam illud enim maiori p̃tio venundant: Verum antequam eius depurationis modum exponam ordo exactæ deſcriptionis hiſtoriæ atramentorum me cogit, vt in apertum producã quæ leguntur in libris ſpuriis Galeni, & in diſcuſſionem ex veritate reuocem.

Suppoſita corruptaque ſunt in ſpurijs Galeni ſcripta. Cap. VIII.

INania & veritati diuerſa in hac vitrioli hiſtoria occurrunt animaduertenda, quæ antequam explicaſſem vitrioli differentias, nec non modum conſtruendi perficiendique eum artis auxilio, vbi natura defecerit, cum alterũ reperiri, atque alterum hauriri ſoleat productum perfectumq; a natura in viſceribus terrę: exacte percipi non potuiſſent: quapropter in hoc poſteriori capite de eis ęque agetur: legitur itaque in librum ſpurium Galeni de ſimplicibus medicaminibus pag. 90. chalcãthum in metallis inuenitur cuius eſt quod

natu-

naturaliter foditur, cuius quoque optimum dicimus quod eſt colore cæruleo potius quam pallido, & aliud quod ex hoc quidem fit admiſta enim aqua copioſa coquitur in plumbeo vaſe ſatis amplo, & ſic ex partibus copioſis inſtanter compoſitis veluti laminæ inſequuntur, poſt quod ipſum chalcanthum in glebulas diparatum ſpartitoris agglutinat: verum eſt: optimum quod ex colore, prout diximus cæruleo graue mundum perlucidum: & viſcide ſtringere poteſt: eodem loco ſubſequenter addit ſub ordine alterius capitis hoc titulo: Item de chalcantho: Chalcanthum in metallis fit quando enim æs remiſſum eſt, & purificatur aqua frigida aſpergitur ſubito, aut in fimo conficitur, ipſum flos eſt in ſpecie milii, & optimum eſt quod eſt rotundum graue, & aliquatenus ſplendidum ſiccum, fragile ſi leuigetur, adulteratur tamen ſcobe æris, quæ frangitur: Verũ enim vero æris flos vires habet viſcidas, & ſtringentes ſic enim cicatrices deducit, & factas in gulis extenuat: ex prædictis maxima admiratione affectus ſum cum authorem iſtum incaute exorbitare comperiam, nam. vllo diſcrimine in vnum miſcet alterumque confundit, ſatis enim conſtat chalcanthum quod in mineris inter metalla concretum a natura coloris non modo cærulei cum, & alterius coloris reperiatur, quemadmodum ſuperius expoſitum fuit, nil aliud ſane eſſe præterquam vitriolum ſtillatitium quod alia coctione non eget nec alio vaſe, cum ei ſatis ſuperfuerit naturalis decoctio facta in viſceribus terræ ceu propriis naturæ vaſibus, vt antea prodidi: cætera quæ ſequuntur verba au ctoris videlicet admiſta enim aqua coquitur in plumbeo vaſe, Indicant tertiam chalcanthi ſpeciem quod vt conſtruant eis expedit vrere mineræ terrã quæ non viridis veluti eius aqua ſeu ſuccus eſt, nec cærulea, neque in ſtiriis exiſtit prout vitriolum ſtillatitium, ſed glebosa, & coloris deſcripti, vt dixi exiſtere in pyrite, mox terram hanc viſtam obruunt in aquam, præmacerant, & colant inde, in plumbeo vaſe decoquunt quantum ſufficere videatur, id circo ab effectu coctile chalcanthum fuit appellatum idem eſt vitriolum vulgare atramentumue ſutorium: Deinceps progreditur auctor ipſe diſcurrens his ſubſequentibus verbis videlicet chalcanthum in metallis fit quando enim æs purificatur aqua frigida aſpergitur ſubito aut in fimo conficitur flos eſt in ſpecie milii: ò quanta verborum diuerſitas hæc eſt, nam chalcanthi hiſtoriam perturbat cum flore æris atque raſili ærugine, cum hæc tria diſtent omnia inter ſe: ſatis enim patet apud Dioſcoridem libro quatto capite quadrageſimo ſeptimo, quod ſi æs ignitum illico irroretur aqua frigida oboritur flos æris in ſpecie milii qui a maſſa æris frigefacta excutitur, non autem chalcanthum: huic ſententiæ Dioſcoridis aſſenſit Georgius Agricola Germanus dicens vel vice aquæ refrigerant æs ignitum, & fuſum follibus inſuflando quemadmodum, & Gabriel Falloppius libro de foſſilibus capite decimo ſeptimo retulit fieri a recentioribus in Botio Germaniæ Caſtro, ita vt ex refrigeratione aquæ cum ſcopa vel follium inſuflatione excitata conſtipatur æs in ſuperficie, & partes ipſius interiores vſtæ agitantur, & exeunt, harum quædam adhærent maſſæ æris quam panem aut placẽtulam vulgus fuſorum appellat, ex qua excutitur flos æris: aliç vero partes aſcendunt cum fauillis, quas inde per fornacem diſperſas colligunt artifices, & abluunt a cinere ſic itaque reperiunt florem ęris

concretum

concretum in granula rotunda inſtar milii, vel parum minora nunquam chalcantho comparanda: eiuſdem ſententiæ fuit Amatus luſitanus in Dioſcoridem, dum ait flos æris eſt quædam pars ſubtilis granuloſa, quæ ex ære ignito ebulienteque, & aqua reſperſo aſcendit, & ferreo operimento adhæret: Si vetos æs ſub fimo ponatur haud in chalcanthum, ſed in æruginem verretur ob vrinæ, & fimi nitroſitatem teſte Falloppio libro præællegato cap. 18. de ærugine æris ait enim omnia humida acria, prout vinum aceſcens, vel acetum ipſum, vel quibus ſit ſal, & vrina, & ſimiles humores corrumpunt metalla, quod non accideret in aqua pura quamuis in ea diu permanerent, aqua enim pura non penetrat ea, ſicut nec oleum dum recens pingue, & aereum ſit non penetrat, nec putrefacit ea ob ſuam viſciditatem, imò ea conſeruat, at poſtquam oleum veteraſcit ranceſcit, & acre fit, tunc metalla putrefaciendi vires habet: quapropter in æruginem vertetur æs quotieſcunque eius aminæ vinaceis iniectæ contegantur, vel aceto demergantur, vel ſupra acetum ſuſpendantur vaſe clauſo, & in hipocauſto repoſito vt ex acri vapore aceti corrumpantur ſpatio enim dierum decem effloreſcit ærugo, quæ tunc inſidens deradatur: prout legitur eodem libro ſpurio quamuis confundat æruginem cum vitriolo, quæ omnia diſtinxit Dioſcorides, & diſcriminatim docuit ea libro, vt ſupra capite quinquagenario, cui aſſenſit Plinius libro trigeſimo quarto capite vndecimo de ærugine æris atque de flore æris; mox eos ſequutus Oribaſius libro decimo tertio ait æruginem æris fieri ſi ſuper vas aceto quam acerrimo plenum aliud ponatur vas æneum; & inferius dixit de flore æris hoc eſt chalcuanios, quem aliqui veterum appellarunt pſegma, & reſegmen, optimus eſt friabilis in attritu rufus milii forma grauis modice ſplendens; præterea Galenus apertiſſime explanauit hæc omnia libro nono de ſimpl. medicam. facult. ibi enim aſſeruit vitriolum nominari a græcis χαλκανθον, mox diſcriminatim ac diſtincto capite tractauit de flore æris ſub nomine χαλκοϊανθος, ita enim græce nuncupatur: eandemque differentiam cognouit, & ſcripſit Doctiſſimus Gabriel Falloppius tractatu de foſſilibus capite decimo ſexto de flore æris: quamobrem omnibus, qui rationis via non aberrent palam erit ipſum authorem deceptum fuiſſe a maxima affinitate, vel ſimilitudine nominum; cum itaque ſeorſum, & falſa aſſenſerit, ac prorſus repugnauerit ſententiæ Galeni, & modo dicendi ipſius, vnde pro comperto haberi conſequitur non fuiſſe Galeni huiuſcemodi phraſim, ſed dubio procul alterius neſcij deſcipientiſque authoris: quare prædicti libri merito ſpurij, & falſo attributi fuerunt Galeno: ſed de hys ſatis.

De modo depurandi vitriola quæuis, eaque reducendi ad formam vitrioli Romani.

Cap. IX.

HOminum inſatiabilis animus reperijt artes; Natura duce vt atteſtatur Cicero primo de legi. Vt tamen rationis, qua naturæ exempla ſecutus

I animus

animus ſolers vias rerum remotas paulatim explorat, inde experiendo vſum agit, & artes adipiſcitur; propterea res ad vitam neceſſarias conſequuntur: defatigantur profecto homines more apum, & ſagacis formicæ in hoc vitæ curriculo, vt poſt laborem conquieſcant, icciirco Cicero de ſen. nam. dum ſumus incluſi in his compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur: Vnde Virgilius primo Georg. ait labor omnia vincit improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas: & Horat. libro primo Epiſtol. inquit Impiger extremos currit mercator ad Indos per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes; corporis itaque labore, & animi anxietate ſe accingunt homines, aut egeſtate oppreſſi, aut non modo diuitiarum, ſed & opum cupidi. aut virtutibus incumbentes iuxta dictum Ariſtotil. primo metaph. omnes homines natura ſcire deſiderant; quę omnia certa ratione opinantur ad deligenda bona, reiiciendaque contraria: hæc ſunt propriæ dotes hominis, quem Omnipotens, & Maximus Deus creauit ad Imaginem, & ſimilitudinem ſuam: icciirco Cicero de leg. & tertio de off. & ſecundo, de nat. Deor. atque Ouidius quarto meth. aſſeruerunt vnanimi conſenſu hominem eſſe animal ſagax generatum a Supremo Deo adminiſtratorem ac dominum rerum omnium quę infra globum lunę continentur: vnde Plinius in proemio libri duodecimi ſcripſit Summumque munus homini datum: hinc Galenus libro primo de vſu partium corporis humani capit. ſecundo, & libro decimo tertio capit. 11. dixit, homo eſt ſapiens, & politicum animal, & ſolum eorum quæ ſunt in terra diuinum animalibus quæ in terra ſunt, ſed etiam quę in mari, & in aere ſunt dominatur, paci non minus quam in bello idoneum, manibus leges ſcripſit, aras & ſimulacra Dijs erexit, vniuerſa artium inſtrumenta conſtruxit: Verum ne egrediar a propoſito nimirum ſuperiores exorſi ſunt elicere vitriola a mineris, inde Poſteris artem conſtruendi ea inſtituerunt, quam Recentiores ingenioſe auxerunt quibuſcunque potuerunt; hodierno enim tempore eliciunt non modo vitriola a mineris, & arte conſtruunt ea, ſed ea quoque facta ſoluunt in aquam, ceu in primam materiam, vt retrogradiantur, quę mox facilius depurantur, & refinantur, vt more arteficum eorum loquar, nam iterum reducunt ea ad formam vitrioli, ſed meliorem, & ad ſimilitudinem vitrioli Romani, quod magni faciunt infectores ad ſericea inficienda, eumque libentius aliorum eligunt cum enim mollius ac lepidius ſit ad inficiendum abſque eroſione ſericorum: Reliquum eſt promulgare modum quo vtuntur ad deputanda vitriola: In primis parant inſtrumenta quæ huius magiſterii vſus expoſcit; hæc ſunt furni duo ex cæmento, & lateribus teſtiſue conſtructi, quibus duo caldaria plumbea condunt artifices, quorum vnum explent aqua communi inde ei ſubijciunt ignem, vbi vero ferueat aqua immergunt rude quodcunque vitriolum in illud aquæ caldarium, & illico fere ſoluitur vitriolum, Tunc cribra duo ænea crebris pertuſa foraminibus, & manubrijs binis fulcita habeantur, quæ manu teneri, & apprehendi poſſint, quorum fundo ſit ſtratum ex fragmentis æruginoſi veteriſque ferri: & ſtatim cum ſolutum fuerit vitriolum in aquam obruitur vnum cribrum cum ferri fragmentis

per

per medietatem horæ, eaque tranſcurſa extrahatur cribrum, & immediate demergatur alterum cribrum cum aliis ferri fragmentis fundo cribri ſtratis, & ſic per idem temporis ſpatium dimittatur, vt ferueat in caldario, quo elapſo extollatur hoc, & iterum infundatur primum, & ita inceptus ſucceſſiue perſeueretur ordo ſingula media hora mutando eadem bina cribra modo vnum, modo alterum, donec ferrum penitus deuenerit rubeum: quod indicat vitriolum ære exutum a ferro: Verumtamen animaduertunt addere aquam in caldario ſi feruеſcendo defecerit, vbi vero conſpicuum apparuerit prænarratum ſignum expurgationis vitrioli ex ære, aut adeo ſatis diminutum æs ſit in eo quod lepidius euadere poſſit vitriolum, tunc aquam vitrioli ſic præparatam transfundunt è caldario in capſam, aut in ſolium ligneum, ibique dimittunt donec clareſcat inde eam transferunt in alterum caldarium plumbeum penitus omittendo cribra ænea cum ferro ea enim non conueniunt præterquam primo caldario, ſubijciunt ignem mediocrem ex lignis mollibus, & lenis vt ſuauiter ferueat vſque ad perfectam coctionem, quod eueniet tempore decem, vel duodecim horarum in circa, ea autem coctio perfecte agnoſcitur dum aliquot guttæ ipſius aquæ vitriolatæ effundantur ſuper tabulam ligneam ſiccam, & mundam, ibique frigefactæ dureſcant optimeque concreſcant tunc perfecte coctam indicant aquam aptam concreſcere in vitriolum, animaduertere tamen licet ne nimium dureſcant, quod eſſet aduſtionis ſignum, quo in caſu non bene ſuccederet vitriolum, proinde effundunt ipſam aquam in ſolium ligneum, vt clareſcat mox eam tranfundunt in ſitulas æneas, quibus concreſcit in vitriolum forma ſitulæ, ſi vero ſuperfuerit aliqua pars aquæ inconcretæ euertatur in primum caldarium in quo ſit alia aqua vitriolata feruеſcens dummodo caldarium non fuerit plenum: inde panem vitrioli ſic appellant eum concretum in forma ſitulæ æneæ eliciunt a forma ænea, & reponunt in vas ligneum inſtar ſitulæ; aut huiuſcemodi aliud, aut in ciſtam vimineam craſſam vnius digiti trãſuerſalis, quæ contexta ſit opus exigit ex virgultis per medium exciſis: & ad vſum ſeruant huiuſcemodi vitriolum, profecto cariori pretio aliorum exiſtimatur, excepto Romano, cui approximatur imo æmulatur eum: præterea ſedimentum quod in fundo caldarii, necnon, & in cribris æneis reſidet poſt decoctionem ſi conflagretur in æs vertitur, nam æris eſt ſubſtantia, quæ ob ponderoſitatem fundum petijt: etenim vero in hac vitrioli depuratione exeditur ferrum & commutatur in æs quod infra fuſius exponetur.

Vt fixetur vitriolum, rubefiatque ac fuſile igni tueatur. *Cap. X.*

ETſi apertiſſime demonſtratum fuit initio huius tertiæ deſcriptionis vitriolum liquabile ac fuſile eſſe abſque accenſione quia in eo conſumpta eſt cremabilis pinguedo ſulphuris,& partes ſulphuris fixas tantum remanſiſſe in eo cum aliqua humiditate mercuriali non fixa quæ euaporat igni abſque vlla accenſione vt iam dictum eſt, attamen hoc ſequitur incommodum quod relinquitur vitriolum aridum rubeum, & terreſtre adeo quod penitus ineptum eſt fuſioni ignis poſtquam amiſit humiditatem mercurialē, ab ea enim fuſibilitas emergebat; quanquam in ipſomet vitriolo vigeat humiditas ſalis fixa & permanens igni,quę apparere nequit ni prius diſſoluatur, & a terreſtreitate corporis ipſius vitrioli rubificati eliciatur auxilio alicuius liquoris: quamobrem perſępe excogitaui quomodo præparari poſſet vitriolum vt totum cum ſua humiditate mercuriali fixum igni fuſileque permaneret: idcirco inſudaui, & multa expertus ſum; ex quibus denique ſperatum exitum obtinui,nutu Dei omnipotentis, quamobrem ceu Dei Donum aliis largiri cogor, Ecce igitur quod in lucem profero,madefiat vitriolum aceto rubeo acerrimo non diſtillato, & deficcetur cinerum calore quod ſepties reiteretur, vna die,inde tritum ponatur in ollam nouam quæ obturetur luto ſapientię quale eſt quo vtuntur Chimiſtæ,prædictaque olla igni carbonum exponatur per diē naturalem, eo enim temporis ſpatio vertetur in calcem rubeam ſubtilem, quā diſſolui exigit opus in aceto rubeo ad duplum ſui ponderis, verum in aceto ſolutę ſint in primis vnciæ quatuor ſalis ammoniaci: hinc calx vitrioli miſta cum ipſo aceto ac in ampulla vitrea recondita fimo calido contegatur per diem naturalem atque diutius, donec omnino ſoluatur, fluiduſque fiat liquor, qui extrahatur, & linguis filtreis ſenſim ſtillatimque emittatur, demum ſoli, aut leui calore cinerum denſetur,ac iterum concretum ſoluatur in aceto præparato cum ſale ammoniaco, & ſuperiori ordine ſub fimo deinde extrahatur,& colo bis traijciatur,tandem leniter congeletur: hæc autem operationes quatuor vicibus reiterentur,quibus ad vnguem ſeruatis eueniet equidem vitriolum rubeum ſubtile, & fuſile igni,perſiſtens: Aliam pręparationem circumferri vidi, vt infra, Immitte vitriolum electum in ollam figulinam,quæ luto clauſa atque exiccata locetur furno calido per noctem hinc mane extrahitur vitriolum rubefactum, quod licet diſſolui in quatuor partibus aquæ communis fiet autem ſolutio iſta per ſe viginti diebus, hinc colatur atque ſeruatur: Quidam vero ſtillant filtro, & calore ſemiſopito coagulant toties,quod ſuper laminam ignitam poſitum fluat.

De

De Atramentorum affinitate cum metallis. *Cap. XI.*

ETſi anteſcriptis demonſtratum fuit atramēta eſſe media inter lapidem & metalla imò propriam exiſtere genealogiam metallicam in atramētis: Verumtamen ſat mihi fore non videtur niſi exempla aliquot hic ſubijciam, quæ nobis in dies oſtendit experientia ex quibus percipitur atramentorum affinitas cum metallis: quorum itaque hoc primum patet exemplum ſi ferrum minutum, prout limatum, aut tenuiſſime laminatum immergatur in aquam in qua ſolutum ſit vitriolum, ſiue natiuum, ſiue factitium, dum ſatis ærosum, ceu quod depromptum eſt ex minera plurimum æris continenti deinceps igni mittatur, vt bulliat per aliquod temporis ſpatium, vt puta duarum horarum, vel circa, aut donec permiſcendo virga lignea aquam atramentoſam eamque agitando percipiatur ferrum prorſus ſolutum, quemadmodum accidit illis qui vitriola qualiacunque reffinant, vt ſupra dictum fuit, aut ſi laminā ferri iam in aquam atramentoſam obrutam extraxeris poſt debitum ebullitionis tempus non penitus ſolutam, ſed corroſam partim, & rubeam vt æris colore infectam cōſpexeris, accidit enim aliquando non eſſe aquam illā atramentoſam adeo validam, vt penitus laminam corrodere ſoluereque valeat ob minorem vitrioli quantitatem in ipſa aqua ſoluti, aut quia minori temporis ſpatio ebullierit ferrum in aqua vitriolata, ſiue atramentoſa dicatur, prout exigit opus: hæc autem operatio toties reiteratur, quoad ferrum prorſus exedatur quod ſuccedit dum vitrioli virtus vigeat in aqua, alioquin ſi diminuta, vel conſumpta eſſet ex crebra reiterata operatione adeo, vt nullo colore inficiatur ferrum minimeque excedatur, tunc neceſſario vigoranda eſſet aqua cum reiterata additione vitrioli, & ſolutione eius quod demū ſi ſuperfuerit poſt operam ferri excolatur, & condenſatur in ſimilitudinem vitrioli Romani: Ferrū vero quod exeſum reſidet inſtar luti decoquitur conflagraturque igni, & in æs verum commutatur: idem quoque euenit ſi ferrum obruatur in aquam atramentoſam quæ non arte facta, ſed ope naturæ propriæ ſit talis: quemadmodum atteſtatus eſt Georgius Agricola libro ſecundo de natura eorum quæ effluunt ex terra, vbi ſcripſit quod Smolnitij opido montis Carpatii eiuſque partis Vngariæ quæ Datia nominabatur, cernitur aqua atramentoſa quæ ex puteis hauſta, & in canales triplici ordine, locatos, per quos defluit, infuſa in eā ferrum minutum: Incolæ inijcere ſolent, exceditur enim & quaſi lutū quoddam fit quod poſtea in fornacibus excoctum mutato colore vertitur in æs purum, & bonum, in calcantho enim eſt initium tranſmutationis ferri in æs, nā & confeſtim color immutatur: eodem quoque modo contingit elici aurum a vitriolo quando idipſum contineat, prout ſæpe vidi ex Ciprio vitriolo, quod in ſe continebat aurum: quidam enim Chimici igni diſſoluebant eum in aquā communem, vel fontis, vel putei mox in eam ferri laminas immergebant, ac igni ebullire mittebant quoad laminarum exterior pars exeſa, & auri colore infecta eſſet, quam abradebant, ac eam decidere faciebant in catinum figulinū

Dioſcoride modum atque ipſius exemplum proſecuti fuerunt, nimirum plera que alia addere potuerunt, experientia duce, quæ tempore demonſtratur, vel caſu quandoque operando, aut ſedulo artem perficere inquirendo: nam tempore inferiores opem arte ferre naturæ cupientes in melius ſemper direxerunt magiſterium: quapropter alium modum faciendi vitriolum referam memoriæ proditum a Petro Andrea Mathiolo in luculentiſſimis ſuis commentarijs in Dioſcoridem, vbi recenſuit defoſſores excauare mineram vitrioli, quam leue exiſtimauit ipſe potius terram eſſe quam lapidem coloris cinerei liuidi cum quibuſdam maculis luteis referentibus æruginem ferri, & alteris notis viridis æris: verumtamen non animaduertit Matthiolus dixiſſe paulo ſupra ex alterius opinione vitriolum ſapere proprietatem ſulphuris, ferri, æris, aluminis, ſalis nitri atque ſalis communis: præterea longe aberrauit ipſe Matthiolus vbi protulit minerã vitrioli eſſe potius terram quam lapidem ſatis enim demonſtratum fuit Deſcriptione prima de pyrite vitriolum eſſe medium inter lapidem, & metalla quibus omnibus locus proportionatus eſt lapis teſte Alberto libro tertio de mineralibus tractatu primo capite primo inquit enim lapidum ſubſtantiam eſſe locum proprium metallicæ generationis, inde capite decimo diſcurrens de lapidibus repetit locum generare locatum per proprietates Cœli, quæ inſinuunt eis per radios ſtellarum: Verum cum lapis connumeretur inter ſpecies terræ teſte Galeno libro nono de ſimp. medicam. facult hinc accidit vt perſæpe plerique nominent terram pro lapide vti eſt legere in ipſum Galenum aſſerentem fieri cadmiam ex terra, ex qua æs generatur at ſi non terram ſed lapidem nuncupare velis hæc ſunt verba Galeni, verumetiam idipſum inſinuauit loco vbi tractauit de terra Samia aſſerens terram metallorum fieri reliquias lapideas: ad eius vero confirmationem adducam teſtimonium Georgij Agricolæ libro tertio de ortu, & cauſis ſubterraneis pag. 44. vbi inquit, fit atramentum ſutorium ex aqua imbuta pyrite qui non eſt terra ſimplex ſed conſtat lapide, & ære: quamobrem ſat erat atque melius dixiſſe Mathiolum mineram vitrioli eſſe terram coloris liuidi, & cæt. ſub genere enim terræ comprehenditur lapis, cum reperiatur ſpecies pyritis mollis, & friabilis, vt terram ex incompleta coctione vt ſatis expoſitum fuit prima deſcriptione cap. 9. de pyritis differentijs: his autem omiſſis vlterius progreditur quemadmodum Mathiolus exponit artefices aſportare terram vitriolatam extra ſpecum ex qua conſtruunt montem longũ ſub dio nempe ſoli atque pluuiæ expoſitum, faciunt: eamque terram ſic præmacerare ſinunt ſex menſium ſpatio licet quandoque eam voluere inſtrumentis ad hoc munus aptis, ac reuoluere opus ſit vt melius totaque maceretur terræ vitriolatæ moles, quo tempore elapſo conſtruunt tegumentum ſupra montem illius terrę mineralis, vt a pluuia tueatur ibique pro totidem tempore eam ſic digeri ac præmacerari relinquunt; mox ipſam terram ita præparatam immergunt in aquam communem puram affuſam in piſcinas arte factas, & coopertas eãque optime miſcendo agitant cum aliquo ligno, vt aqua imbuatur ſubſtantia vitrioli exiſtentis in illa terra minerali: inde aquam quieſcere permittunt donec clareſiat fæceſque terreſtres, & limoſæ reſideant, tunc recluſis orificijs ductibuſque piſcinæ ad hoc munus paratis exiſtentibus prope fundũ

ferre

Digitized by Google

ferre vel ſaltem paruin ſupra fæces prout per quatuor digitos excolant hauriuntque aquam vitriolatam, quam in caldaria plumbea transfundunt nam alterius metalli vaſa corroderentur ab iſta aqua æruginoſa: mox aquam prædictam pręcoquunt igne ſuppoſito hoc interim decoquendo bulliendoque addunt aliquam æris portionem ita vt in eadem aqua vitriolata diſſoluatur dũ velint vitrioli vires demagis roborare, ac eius colorem pulchriorem lucidioremque reddere: at vice verſa ſi malint artifices refrangere vitrioli vires eaſque lepidiores facere addunt quandam ferri portionem vice æris, demum prędictam aquam vitriolatam ac perfecte decoctam omittunt aliquantum refrigerari auferendo ignem, mox aquam in vaſa lignea transfundunt, in quibus concreſcit paucis diebus in vitriolum, quemadmodum euenit fieri de alumine rochæ vulgo appellato: nunquã tamen caldaria plumbea vacua igni relinquunt aqua, niſi prius modice refrigerentur alioquin enim caldaria ipſa liquescerent: verum binis his abſolutis modis conſtruendi vitriolum coctile recenſitis tum a Dioſcoride antiquorum ritu cum, & a Mathiolo iuxta poſterioris ſæculi vſum, ſequitur alter recentiorum modus qui ſatis ab eis diſtat quippe hunc omnes huius artis profeſſores noſtris temporibus ſequuntur.

Modus alter eſt Recentiorum conficiendi vitriolum coctile. Cap. VII.

POſteriores tempore fiũt equidem eruditiores, tum ex aliorum ſucceſſibus moniti, cum etiam ex diutiſſima experiẽtia docti: cuncta enim tempore docuit experientia, quemadmodum demonſtratum fuit deſcriptione prima de pyrite auctoritate Galeni libro decimo quarto methodi medendi, atque primo libro de ſimplic medicam. facult. nil miri eſt igitur ſi huius ſæculi homines faciliori modo, ac meliori, maioriſque compendii conficiant vitriolum coctile: præterea vtrum rationi magis adhæreat recentiorum modus conſtabit ex ipſius explicatione: quamobrem noſtræ tempeſtatis artifices breuiori temporis ſpatio, magnaque induſtria peragunt vitriolum: Capiunt ergo glebas terræ ipſius mineræ ſiue lapidis potius, vt profecto lapis appellari libeat minera enim producitur a natura in pyrite lapide, de quo ſatis diffuſe tractatum fuit loco vt ſupra: ſed redeamus ad glebas pyritis a minera effoſſas, eas igitur extra ſpecum aſportant ex eiſque montem parant ſub dio non denſum neque immaſſatum ſed ſinuoſum adeo vt ſpiracula vbique habeat per quæ ignis difflari ratione aeris ac magis accendi poſſit, quare ignem ſupponunt ex lignis aridis, & carbonibus accenſis quam paucis quantum vero ſufficiant vt glebarum aliquæ accendantur, nam ita omittendo reliquas glebas facile, & cito aggreditur ignis, ipſę enim glebæ ſunt igniariæ iccirco ex ſe continuat ignis in eas, & augetur donec prorſus omnes vrantur glebæ: perduratque Incendium vno menſe, quãdoque duobus, tribuſue menſibus, & quatuor plus minuſue ſecundum maiorem vel minorem quãtitatem ſubſtantiæ ſulphureæ in terra minerali contentæ: odorem enim ſulphuris abominoſum refert terra ipſa dum prematur, emittitque flammam prout proprium eſt ſulphuris: mox

terram

terram illam ita combuſtam in piſcinas aquæ plenas obruunt artifices agitan do miſcendoque eam vt aqua imbuatur ſubſtantia vitrioli inde aquam vitriolatam a ſedimento claram hauriunt, & in caldaria plumbea transfundunt, quā igne ſuppoſito præcoquunt; verum dum ebullit medio coctura vel parum ſupra vel infra circa addunt modicum ferri veteris aut glebæ æris iuxta intentionem operantis, prout ſuperius expoſitum fuit: Gabriel Fraſcatus libro primo de aquis thermalibus Returbij in agro Ticinenſi cenſuit quod in Hetruria apud Maſſam obſeruatur admiſcere æs aut ferrum in aqua chalcanthoſa dum ebullit, alioquin non concreſceret in vitriolum nihilominus deceptus eſt; nam experientia patet in vitriolum condenſari aquam attamentoſam quamuis non addatur ferrum, neque æs: aquam itaque vitriolatam, & decoctam vertunt in vaſa lignea in quibus tandem frigeſcens congelatur in vitriolum: vnde ex prænarratis conſpicuum eſt huius ſæculi artifices vitrioli conuenire partim cum Dioſcoride, & cum Mathiolo, eis itaque aliqua in parte aſſentientes eodem modo procedunt in conſtruendo vitriolum ſaltem in medio, & in fine magiſterij veluti imbuitione aquæ ex ſubſtantia vitrioli exiſtente in terra minerali conueniunt atque in depuratione, & colatura ipſius aquæ, necnon in eius decoctione, & congelatione in vitriolum: verum magnopere diſſentiunt in principio magiſterij cuius opus cogitur in præparatione terræ mineralis quod magis refert ad extractione vitrioli faciliorem ac breuiorem ac in maiore quantitate: nam Dioſcorides nullam prodit terræ mineralis præparationem: Mathiolus vero & ſi primam videtur docuiſſe præparationem, quæ eſt macerare per annum terram mineralem vitrioli, quam ita præparatam exiſtimauit ſufficere vt inde poſſit in aquam obrui, & in eam ſolui ſubſtantiam vitrioli totam, & hoc modo ſegregari vitriolum a terreſtreitate, nihilominus ipſa eſt diminuta præparatio: Perfecta autem, & vberior præparatio eſt plane quæ ſequitur, nempe vbi Poſteriores artifices vitrioli comburunt pyritem ideſt terram mineralem vt facilius a terreſtreitate diſcontinuetur ſubſtantia vitrioli, quod elicitur inſtar ſalis eſt enim ſal metallicus, quamuis a ſale vulgi differat colore, & facultate: quippe axioma eſt extrahi ſalem ab omni re aduſta incinerata vt gratia exempli ſcripſit Galenus ex mente Ariſtotelis libro de vtilitate reſpirationis pag. 69. de calamis vſtis, & aqua bollita ad ignē: nam ex cinere, & aqua bullita fit lixiuium quod ſi decoctione euaporetur cōcreſcit in ſalem illius generis quale natura produxit in illam ſubſtantiam eodem igitur modo videlicet igne vrendo, & aqua ſoluendo prorſus tota elicitur vitrioli ſubſtantia ab eius terra minerali, mox decocta, & refrigerata concreſcit in vitriolum: alioquin non ita abunde euenire cenſeo primis modis operando videlicet Dioſcoridis, & Mathioli, quibus niſi pauciſſima pars ſubſtantiæ vitrioli extrahi poteſt: nondum enim a natura fuit præparata a ſubterraneo igne præterquam pauciſſima nam ſi multa eſſet æque ſequeretur iam præparatam verti in primam vel ſecundam vitrioli differentiam: & enim vero huius terræ mineralis præparatio fieri non poteſt in ſubterraneis locis a natura niſi ſatis longo temporis curſu cuius perfectionis indicium eſt vitriolum ſtalacticum aut Aqua viridis ex qua fit alterum vitriolum quod ſuperius appellauimus condenſatum: quapropter eius defoſſores auaritia compulſi quærunt

anie

ante partum naturæ maturum accelerare ipſius fructus ac intempeſtiue decerpere eos: hinc magna induſtria ceperant primi artifices excauare terram chalcanthoſam, ex qua inde immerſa tãtummodo aqua eliciebant vitriolum tametſi cum decoctione: Poſteri vero exiſtimarũt magis copioſe euenire hoc ſi ſub dio maceraſſent per tempus terram mineralem ſoli, & pluuiæ in cumulos congeſtam: & in reliquis agebant, vt ſupra expoſitum fuit ita vt votis ſuis magna in parte negotium reſpondiſſet: pręterea tanta increuit lucri cupiditas, vt animaduerterint poſteriores neque in ſole vim tantam ineſſe vt perfecte in paruo tam temporis ſpatio præparari poſſit terra mineralis, ex qua inde poſſit penitus elici ſubſtantia vitrioli: quemadmodum reperierunt plane euenire ex combuſtione mineræ ipſius cum igne, quippe ignis cætera elementa ſuperat, etſi adeo temperari poteſt, vt ſæpe vicem gerat caloris naturalis: præterea norunt noſtræ ætatis artifices eſſe minoris vtilitatis modum recenſitũ a Mathiolo in præparatione terræ vitrioli, dum eum elicere velint, nam multum ipſius vitrioli ſubſtantiæ deperditur, & diſſipatur humi: quamobrem ſcriptis prodidit Mathiolus è ſpecu emitti terram mineralem ſoli, & pluuiæ exponendam abſque vllo margine quo colligi, ac recentiori poſſit, ſi quid ipſius ſubſtantiæ vitrioli ſoluatur: Poſteriorum autem modo comburitur terra mineralis effoſſa è ſpecu & in montem parata, vt ſupra dictum fuit inde in piſcinas aquæ obruitur his enim ſatius faciliuſque imbuitur aqua vitrioli ſubſtantia hac præparatione ignis diſcontinuata enim, & ſolubilis facta eſt ſubſtantia mineralis abſque vlla deperditione vitrioli: In reliquis vero hy æque procedunt ſuperiorũ more: ex quibus recenſitis habemus tertium poſtremumque modũ conſtruendi vitriolum coctile eſſe aliorum vberiorem faciliorem atque magis tutum cum & in breuiori tempore expediatur opus, & tota extrahatur ſubſtantia vitrioli: præterea non diſſimili ratione ferre primi modi a Dioſcoride recenſiti artifices qui hoc ſæculo viuunt, probarunt depurare vitriola iam facta eaque, vt dicunt affinare cuiuſcunque regionis ſint, nam illa reducunt ad formam, & ſimilitudinem vitrioli Romani ob maioris lucri gratiam illud enim maiori p̃tio venundant: Verum antequam eius depurationis modum exponam ordo exactæ deſcriptionis hiſtoriæ atramentorum me cogit, vt in apertum producã quæ leguntur in libris ſpuriis Galeni, & in diſcuſſionem ex veritate reuocem.

Suppoſita corruptaque ſunt in ſpurijs Galeni ſcripta. Cap. VIII.

INania & veritati diuerſa in hac vitrioli hiſtoria occurrunt animaduertenda, quæ antequam explicaſſem vitrioli differentias, nec non modum conſtruendi perficiendique eum artis auxilio, vbi naturá defecerit, cum alterũ reperiri, atque alterum hauriri ſoleat productum perfectumq; a natura in viſceribus terrę: exacte percipi non potuiſſent: quapropter in hoc poſteriori capite de eis ęque agetur: legitur itaque in librum ſpurium Galeni de ſimplicibus medicaminibus pag. 90. chalcãthum in metallis inuenitur cuius eſt quod

natu-

naturaliter foditur, cuius quoque optimum dicimus quod eſt colore cæruleo potius quam pallido, & aliud quod ex hoc quidem fit admiſta enim aqua copioſa coquitur in plumbeo vaſe ſatis amplo, & ſic ex partibus copioſis inſtanter compoſitis veluti laminæ inſequuntur. poſt quod ipſum chalcanthum in glebulas dipartitum ſpartitoris agglutinat. verum eſt optimum quod ex colore, prout diximus cæruleo graue mundum perlucidum: & viſcide ſtringere poteſt: eodem loco ſubſequenter addit ſub ordine alterius capitis hoc titulo. Item de chalcantho: Chalcanthum in metallis fit quando enim æs remiſſum eſt, & purificatur aqua frigida aſpergitur ſubito, aut in fimo conficitur, ipſum flos eſt in ſpecie milii, & optimum eſt quod eſt rotundum graue, & aliquatenus ſplendidum ſiccum fragile ſi leuigetur, adulteratur tamen ſcobe æris, quæ frangitur: Verũ enim vero æris flos vires habet viſcidas, & ſtringentes ſic enim cicatrices deducit, & factas in gulis extenuat: ex prædictis maxima admiratione affectus ſum cum authorem iſtum incaute exorbitare comperiam, nam nullo diſcrimine in vnum miſcet alterumque confundit, ſatis enim conſtat chalcanthum quod in mineris inter metalla concretum a natura coloris non modo cærulei cum, & alterius coloris reperiatur, quemadmodum ſuperius expoſitum fuit, nil aliud ſane eſſe præterquam vitriolum ſtillatitium quod alia coctione non eget nec alio vaſe, cum ei ſatis ſuperfuerit naturalis decoctio facta in viſceribus terræ ceu propriis naturæ vaſibus, vt antea prodidi: cætera quæ ſequuntur verba auctoris videlicet admiſta enim aqua coquitur in plumbeo vaſe, Indicant tertiam chalcanthi ſpeciem quod vt conſtruant eis expedit vrere minetæ terrã quæ non viridis veluti eius aqua ſeu ſuccus eſt, nec cærulea, neque in ſtiriis exiſtit pront vitriolum ſtillatitium, ſed gleboſa, & coloris deſcripti, vt dixi exiſtere in pyrite, mox terram hanc vſtam obruunt in aquam, præmacerant, & colant inde, in plumbeo vaſe decoquunt quantum ſufficere videatur, id circo ab effectu coctile chalcanthum fuit appellatum idem eſt vitriolum vulgare atramentumue ſutorium: Deinceps progreditur auctor ipſe diſcurrens his ſubſequentibus verbis videlicet chalcanthum in metallis fit quando enim æs purificatur aqua frigida aſpergitur ſubito aut in fimo conficitur flos eſt in ſpecie milii: ò quanta verborum diuerſitas hæc eſt, nam chalcanthi hiſtoriam perturbat cum flore æris atque tatili ærugine, cum hæc tria diſtent omnia inter ſe: ſatis enim patet apud Dioſcoridem libro quarto capite quadrageſimo ſeptimo, quod ſi æs ignitum illico irroretur aqua frigida oboritur flos æris in ſpecie milii qui a maſſa æris frigefacta excutitur, non autem chalcanthum: huic ſententiæ Dioſcoridis aſſenſit Georgius Agricola Germanus dicens vel vice aquæ refrigerant æs ignitum, & fuſum follibus inſuflando quemadmodum, & Gabriel Falloppius libro de foſſilibus capite decimo ſeptimo retulit fieri a recentioribus in Botio Germaniæ Caſtro, ita vt ex refrigeratione aquæ cum ſcopa vel follium inſuflatione excitata conſtipatur æs in ſuperficie, & partes ipſius interiores vſtæ agitantur, & exeunt, harum quædam adhærent maſſæ æris quam panem aut placentulam vulgus fuſorum appellat, ex qua excutitur flos æris: aliæ vero partes aſcendunt cum fauillis, quas inde per fornacem diſperſas colligunt artifices, & abluunt a cinere ſic itaque reperiunt florem æris

concretum

concretum in granula rotunda inſtar milii, vel parum minora nunquam chalcantho comparanda: eiuſdem ſententiæ fuit Amatus luſitanus in Dioſcoridem, dum ait flos æris eſt quædam pars ſubtilis granuloſa, quæ ex ære ignito ebulienteque, & aqua reſperſo aſcendit, & ferreo operimento adhæret: Si vero æs ſub fimo ponatur haud in chalcanthum, ſed in æruginem vertetur ob vrinæ, & fimi nitroſitatem teſte Falloppio libro præallegato cap. 18. de ærugine æris ait enim omnia humida acria, prout vinum aceſcens, vel acetum ipſum, vel quibus ſit ſal, & vrina, & ſimiles humores corrumpunt metalla, quod non accideret in aqua pura quamuis in ea diu permanerent, aqua enim pura non penetrat ea, ſicut nec oleum dum recens pingue, & aereum ſit non penetrat, nec putrefacit ea ob ſuam viſciditatem, imò ea conſeruat; at poſtquam oleum veteraſcit ranceſcit, & acre fit, tunc metalla putrefaciendi vires habet: quapropter in æruginem vertetur æs quotieſcumque eius aminæ vinaceis iniectæ contegantur, vel aceto demergantur, vel ſupra acetum ſuſpendantur vaſe clauſo, & in hipocauſto repoſito vt ex acri vapore aceti corrumpantur ſpatio enim dierum decem efflorèſcit ærugo, quæ tunc inſidens deradatur: prout legitur eodem libro ſpurio quamuis confundat æruginem cum vitriolo, quæ omnia diſtinxit Dioſcorides, & diſcriminatim docuit ea libro, vt ſupra capite quinquagenario, cui aſſenſit Plinius libro trigeſimo quarto capite vndecimo de ærugine æris atque de flore æris; mox eos ſequutus Oribaſius libro decimo tertio ait æruginem æris fieri ſi ſuper vas aceto quam acerrimo plenum aliud ponatur vas æneum; & inferius dixit de flore æris hoc eſt chalcuantos, quem aliqui veterum appellarunt pſegma, & reſegmen, optimus eſt friabilis in attritu ruſus milii forma grauis modice ſplendens; præterea Galenus apertiſſime explanauit hæc omnia libro nono de ſimpl. medicam. facult. ibi enim aſſeruit vitriolum nominari a græcis χαλκανθον, mox diſcriminatim ac diſtincto capite tractauit de flore æris ſub nomine χαλκοῦανθος, ita enim græce nuncupatur: eandemque differentiam cognouit, & ſcripſit Doctiſſimus Gabriel Falloppius tractatu de foſſilibus capite decimo ſexto de flore æris: quamobrem omnibus, qui rationis via non aberrent palam erit ipſum authorem deceptum fuiſſe a maxima affinitate, vel ſimilitudine nominum; cum itaque ſeorſum, & falſa aſſenſerit, ac prorſus repugnauerit ſententiæ Galeni, & modo dicendi ipſius, vnde pro comperto haberi conſequitur non fuiſſe Galeni huiuſcemodi phraſim, ſed dubio procul alterius neſcij deſcipientiſque authoris: quare prædicti libri merito ſpurij, & falſo attributi fuerunt Galeno: ſed de hys ſatis.

De modo depurandi vitriola quæuis, eaque reducendi ad formam vitrioli Romani.

Cap. IX.

HOminum inſatiabilis animus reperijt artes; Natura duce vt atteſtatur Cicero primo de legi. Vi tamen rationis, qua naturæ exempla ſecutus

I animus

animus ſolers vias rerum remotas paulatim explorat, inde experiendo vſum agit, & artes adipiſcitur; propterea res ad vitam neceſſarias conſequitur: defatigantur profecto homines more apum, & ſagacis formicæ in hoc vitæ curriculo, vt poſt laborem conquieſcant, iccirco Cicero de ſen. nam. dum ſumus incluſi in his compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur; Vnde Virgilius primo Georg. ait labor omnia vincit improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas: & Horat. libro primo Epiſtol. inquit Impiger extremos currit mercator ad Indos per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes; corporis itaque labore, & animi anxietate ſe accingunt homines, aut egeſtate oppreſſi, aut non modo diuitiarum, ſed & opum cupidi, aut virtutibus incumbentes iuxta dictum Ariſtotil. primo metaph. omnes homines natura ſcire deſiderant; quę omnia certa ratione opinantur ad deligenda bona reiiciendaque contraria: hæc ſunt propriæ dotes hominis, quem Omnipotens, & Maximus Deus creauit ad Imaginem, & ſimilitudinem ſuam; iccirco Cicero de leg. & tertio de off. & ſecundo, de nat. Deor. atque Ouidius quarto meth. aſſeruerunt vnanimi conſenſu hominem eſſe animal ſagax generatum a Supremo Deo adminiſtratorem ac dominum rerum omnium quę infra globum lunę continentur: vnde Plinius in proœmio libri duodecimi ſcripſit Summumque munus homini datum: hinc Galenus libro primo de vſu partium corporis humani capit. ſecundo, & libro decimo tertio capit. 11. dixit, homo eſt ſapiens, & politicum animal, & ſolum eorum quæ ſunt in terra, diuinum animalibus quæ in terra ſunt, ſed etiam quę in mari, & in aere ſunt dominatur, paci non minus quam in bello idoneum, manibus leges ſcripſit, aras & ſimulacra Dijs erexit, vniuerſa artium inſtrumenta conſtruxit: Verum ne egrediar a propoſito nimirum ſuperiores exorſi ſunt elicere vitriola a mineris, inde Poſteris artem conſtruendi ea inſtituerunt, quam Recentiores ingenioſe auxerunt quibuſcunque potuerunt; hodierno enim tempore eliciunt non modo vitriola a mineris, & arte conſtruunt ea, ſed ea quoque facta ſoluunt in aquam, ceu in primam materiam, vt retrogradiantur, quę mox facilius depurantur, & reſinantur, vt more artificum eorum loquar, nam iterum reducunt ea ad formam vitrioli, ſed meliorem, & ad ſimilitudinem vitrioli Romani, quod magnifaciunt infectores ad ſericea inficienda, eumque libentius aliorum eligunt cum enim mollius ac lepidius ſit ad inficiendum abſque eroſione ſericorum: Reliquum eſt promulgare modum quo vtuntur ad depuranda vitriola: In primis parant inſtrumenta quæ huius magiſterii vſus expoſcit; hæc ſunt furni duo ex cæmento, & lateribus teſtiſue conſtructi, quibus duo caldaria plumbea condunt artifices, quorum vnum explent aqua communi inde ei ſubijciunt ignem, vbi vero ferueat aqua immergunt rude quodcunque vitriolum in illud aquæ caldarium, & illico fere ſoluitur vitriolum, Tunc cribra duo ænea crebris pertuſa foraminibus, & manubrijs binis fulcita habeantur, quæ manu teneri, & apprehendi poſſint, quorum fundo ſit ſtratum ex fragmentis æruginoſi veteriſque ferri: & ſtatim cum ſolutum fuerit vitriolum in aquam obruitur vnum cribrum cum ferri fragmentis

per

per medietatem horæ, eaque tranſcurſa extrahatur cribrum, & immediatè demergatur alterum cribrum cum aliis ferri fragmentis fundo cribri ſtratis, & ſic per idem temporis ſpatium dimittatur, vt ferueat in caldario, quo elapſo extollatur hoc, & iterum infundatur primum, & ita inceptus ſucceſſiuè perſeueretur ordo ſingula media hora mutando eadem bina cribra modo vnum, modo alterum, donec ferrum penitus deuenerit rubeum: quod indicat vitriolum ære exutum a ferro: Verumtamen animaduertunt addere aquam in caldario ſi feruescendo defecerit, vbi vero conſpicuum apparuerit prænarratum ſignum expurgationis vitrioli ex ære, aut adeo ſatis diminutum æs ſit in eo quod lepidius euadere poſſit vitriolum, tunc aquam vitrioli ſic præparatam transfundunt è caldario in capſam, aut in ſolium ligneum, ibique dimittunt donec clareſcat inde eam transferunt in alterum caldarium plumbeum penitus omittendo cribra ænea cum ferro ea enim non conueniunt præterquam primo caldario, ſubijciunt ignem mediocrem ex lignis mollibus, & lentis vt ſuauiter ferueat vſque ad perfectam coctionem, quod eueniet tempore decem, vel duodecim horarum in circa, ea autem coctio perfectè agnoſcitur dum aliquot guttæ ipſius aquæ vitriolatæ effundantur ſuper tabulam ligneam ſiccam, & mundam, ibique frigefactæ dureſcant optimeque concreſcant tunc perfectè coctam indicant aquam aptam concreſcere in vitriolum, animaduertere tamen licet ne nimium dureſcant, quod eſſet aduſtionis ſignum, quo in caſu non bene ſuccederet vitriolum, proinde effundunt ipſam aquam in ſolium ligneum, vt clareſcat mox eam tranſfundunt in ſitulas æneas, quibus concreſcit in vitriolum forma ſitulæ, ſi vero ſuperfuerit aliqua pars aquæ inconcretæ euertatur in primum caldarium in quo ſit alia aqua vitriolata ferueſcens dummodo caldarium non fuerit plenum: inde panem vitrioli ſic appellant cum concretum in forma ſitulæ æneæ eliciunt a forma ænea, & reponunt in vas ligneum inſtar ſitulæ, aut huiuſcemodi aliud, aut in ciſtam vimineam craſſam vnius digiti tráſuerſalis, quæ conteſta ſit opus exigit ex virgultis per medium exciſis: & ad vſum ſeruant huiuſcemodi vitriolum, profecto cariori prętio aliorum exiſtimatur, excepto Romano, cui approximatur imo æmulatur eum: præterea ſedimentum quod in fundo caldarii, necnon, & in cribris æneis reſidet poſt decoctionem ſi conflagretur in ęs vertitur, nam æris eſt ſubſtantia, quæ ob ponderoſitatem fundum petijt: etenim vero in hac vitrioli deputatione exeditur ferrum & commutatur in æs quod infra fuſius exponetur.

Vt fixetur vitriolum, rubefiatque ac fuſile igni tueatur. *Cap. X.*

ETſi apertiſſime demonſtratum fuit initio huius tertiæ deſcriptionis vitriolum liquabile ac fuſile eſſe abſque accenſione quia in eo conſumpta eſt cremabilis pinguedo ſulphuris,& partes ſulphuris fixas tantum remanſiſſe in eo cum aliqua humiditate mercuriali non fixa quæ euaporat igni abſque vlla accenſione vt iam dictum eſt, attamen hoc ſequitur incommodum quod relinquitur vitriolum aridum rubeum, & terreſtre adeo quod penitus ineptum eſt fuſioni ignis poſtquam amiſit humiditatem mercurialē, ab ea enim fuſibilitas emergebat: quanquam in ipſomet vitriolo vigeat humiditas ſalis fixa & permanens igni,quę apparere nequit ni prius diſſoluatur, & a terreſtreitate corporis ipſius vitrioli rubificati elicatur auxilio alicuius liquoris: quamobrem perſępe excogitaui quomodo præparari poſſet vitriolum vt totum cum ſua humiditate mercuriali fixum igni fuſileque permaneret: idcirco inſudaui, & multa expertus ſum, ex quibus denique ſperatum exitum obtinui,nutu Dei omnipotentis, quamobrem ceu Dei Donum aliis largiri cogor, Ecce igitur quod in lucem profero,madefiat vitriolum aceto rubeo acerrimo non diſtillato, & deficcetur cinerum calore quod ſepties reiteretur, vna die,inde tritum ponatur in ollam nouam quæ obturetur luto ſapientię quale eſt quo vtuntur Chimiſtæ,prædictaque olla igni carbonum exponatur per diē naturalem, eo enim temporis ſpatio vertetur in calcem rubeam ſubtilem, quā diſſolui exigit opus in aceto rubeo ad duplum ſui ponderis, verum in aceto ſolutę ſint in primis vnciæ quatuor ſalis ammoniaci: hinc calx vitrioli miſta cum ipſo aceto ac in ampulla vitrea recondita fimo calido contegatur per diem naturalem atque diutius, donec omnino ſoluatur, fluiduſque fiat liquor, qui extrahatur, & linguis filtreis ſenſim ſtillatimque emittatur, demum ſoli, aut leui calore cinerum denſetur,ac iterum concretum ſoluatur in aceto præparato cum ſale ammoniaco, & ſuperiori ordine ſub fimo deinde extrahatur,& colo bis traijciatur,tandem leniter congeletur: hæc autem operationes quatuor vicibus reiterentur,quibus ad vnguem ſeruatis eueniet equidem vitriolum rubeum ſubtile, & fuſile igni,perſiſtens: Aliam pręparationem circumferri vidi, vt infra, Immitte vitriolum electum in ollam figulinam,quæ luto clauſa atque exiccata locetur furno calido per noctem hinc mane extrahitur vitriolum rubefactum, quod licet diſſolui in quatuor partibus aquæ communis fiet autem ſolutio iſta per ſe viginti diebus, hinc colatur atque ſeruatur: Quidam vero ſtillant filtro, & calore ſemiſopito coagulant toties,quod ſuper laminam ignitam poſitum fluat.

Digitized by Google

De Atramentorum affinitate cum metallis. *Cap. XI.*

ETſi anteſcriptis demonſtratum fuit atramēta eſſe media inter lapidem & metalla imò propriam exiſtere genealogiam metallicam in atramētis: Verumtamen ſat mihi fore non videtur niſi exempla aliquot hic ſubijciam, quæ nobis in dies oſtendit experientia ex quibus percipitur atramentorum affinitas cum metallis: quorum itaque hoc primum patet exemplum ſi ferrum minutum, prout limatum, aut tenuiſſime laminatum immergatur in aquam in qua ſolutum ſit vitriolum, ſiue natiuum, ſiue factitium, dum ſatis æroſum, ceu quod depromptum eſt ex minera plurimum æris continenti deinceps igni mittatur, vt bulliat per aliquod temporis ſpatium, vt puta duarum horarum, vel circa, aut donec permiſcendo virga lignea aquam atramentoſam eamque agitando percipiatur ferrum prorſus ſolutum, quemadmodum accidit illis qui vitriola qualiacunque reffinant, vt ſupra dictum fuit, aut ſi laminā ferri iam in aquam atramentoſam obrutam extraxeris poſt debitum ebullitionis tempus non penitus ſolutam, ſed corroſam partim, & rubeam vt æris colore infectam cōſpexeris, accidit enim aliquando non eſſe aquam illā atramentoſam adeo validam, vt penitus laminam corrodere ſoluereque valeat ob minorem vitrioli quantitatem in ipſa aqua ſoluti, aut quia minori temporis ſpatio ebullierit ferrum in aqua vitriolata, ſiue atramentoſa dicatur, prout exigit opus: hæc autem operatio toties reiteratur, quoad ferrum prorſus exedatur quod ſuccedit dum vitrioli virtus vigeat in aqua, alioquin ſi diminuta, vel conſumpta eſſet ex crebra reiterata operatione adeo, vt nullo colore inficiatur ferrum minimeque excedatur, tunc neceſſario vigoranda eſſet aqua cum reiterata additione vitrioli, & ſolutione eius quod demū ſi ſuperfuerit poſt operam ferri excolatur, & condenſatur in ſimilitudinem vitrioli Romani: Ferrū vero quod exeſum reſidet inſtar luti decoquitur conflagraturque igni, & in æs verum commutatur: idem quoque euenit ſi, ferrum obruatur in aquam atramentoſam quæ non arte facta, ſed ope naturæ propriæ ſit talis: quemadmodum atteſtatus eſt Georgius Agricola libro ſecundo de natura eorum quæ effluunt ex terra, vbi ſcripſit quod Smolnitij opido montis Carpatii eiuſque partis Vngariæ quæ Datia nominabatur, cernitur aqua atramentoſa quæ ex puteis hauſta, & in canales triplici ordine, locatos, per quos defluit, infuſa in eā ferrum minutum: Incolæ inijcere ſolent, exceditur enim & quaſi lutū quoddam fit quod poſtea in fornacibus excoctum mutato colore vertitur in æs purum, & bonum, in calcantho enim eſt initium tranſmutationis ferri in æs, nā & confeſtim color immutatur: eodem quoque modo contingit elici aurum a vitriolo quando idipſum contineat, prout ſæpe vidi ex Ciprio vitriolo, quod in ſe continebat aurum: quidam enim Chimici igni diſſoluebant eum in aquā communem, vel fontis, vel putei mox in eam ferri laminas immergebant, ac igni ebullire mittebant quoad laminarum exterior pars exeſa, & auri colore infecta eſſet, quam abradebant, ac eam decidere faciebant in catinum figulinū

aqua ſimplici, & limpida fere plenum, & tamdiu hoc opus reiterabant quam diu ferri laminæ eſſent exeſæ, & aurea limoſitate onuſtæ, demum quod ex eis exeſum reſidebat imò catini aſſiccabant ab aqua, & fornace decoquebant vſq; ad liquefactionem, quod inde effundebant in canale ferreo cauo aperto proprio aurificum inſtrumento, & reperiebant virgam auream optimam, & ſic de ſingulis cenſendum eſt: aquam vero quæ ſupereſt cum vitriolo ſoluto decoquunt rurſus inde effundunt, & frigido concreſcit in vitriolum, at ſatis mitius, quam prius fuerat, & hoc optimum eſt pro infectoribus ſericorū; aliud vitriolum magis ærosum, viroſumque, & acre conducit lanis lineis, & corijs tingendis, præterea huius artis profeſſores hoc periculo probant vitriolū quodcunque ſit negotio ſuo magis congruens nam ſi ferrum confricetur ipſo vitriolo humefacto ſputo, vel aceto, aut alio quouis liquore, & illico inficiatur rubedine æris, aut luteo colore auri, aut alterius metalli veſtigium appareat in ipſo ferro tunc tintura metallica atque metalli ipſius prædominantis in vitriolo indicium erit.

Ex Vitrioli proprietate ferrum commutatur in æs, & quomodo hoc fiat. Cap. XII.

IAm pluribus in locis huius operis demonſtratum fuit vitriolum, ſiue attramentum ſutoriū dicatur ſalis metallici genus eſſe in exteriori parte vnius coloris exiſtens quoddam, & alterius coloris aliud, tum etiam diuerſi iuxta qualitatem metalli exuberantis in ipſo vitriolo; tot enim ſunt vitrioli differentiæ quot ſunt metalla licet miſta ad inuicem, reperiantur nihilominus, vt plurimum ſaphirini coloris eſt aut viridis: etenim omnium magis ſuperabundat æs in vitriolo, quamobrem conſequitur in occulto vitriolum continere colorem æris rubeum; ita quod vitriolum quodcunque in aduſtione fit rubeum nam talis eſt color æris quod Philoſophi appellarunt venerem, & hoc ♀ charactere videlicet veneris indicarunt æs quod incluſum in occultis vitrioli viſceribus continetur cuius contactum Mars illico complectitur, & in venerem cito conuertitur per hunc ſalem dictum vitriolum vulgare: appellarunt ſtillicidium veneris atque gummam cupri, pro Marte autem intellexerunt ferrum teſte Ioanne de Rupeſciſſa libro de quinta eſſentia capite 13. in quo cæteri cōuenerunt Philoſophi: Vnde Poetæ anſam arripuerunt de amore Martis & veneris ſcribendi, quorum proles eſt Cupido Deus amorum, hyc eſt magnus ille conſenſus, & ſympathia inter Venerem, & Martem, quos in adulterio deprehenſos Vulcanus ſubtiliſſimo inuiſibilique rete colligauit: fictus autē fuit Vulcanus ab antiquis Deus ignis, qui Ioui fulmina, & alijs Dijs arma aduerſus gigantes fabricauit: ideirco habita fuit experientia, quod ope Vulcani nēpe ignis ferrum in æs optimum, in vitriolo contentum, colligatur & commutatur modo, vt infra exponetur; quamobrem enodatur ænigma a Poetis effictū, ne tamen aliquem magna teneat admiratio ſi pluries repetiero ſolutionem Martis cum menſtruo ſalis metallici, cum neque breuitati inhæream, neque prolixitati innitar, verum publicæ vtilitati inſeruire animus eſt mihi: occaſio

igitur

igitur recenſendi multos varioſque effectus, qui ex his eueniunt me cogit repetere magiſteria, vt magis aperiantur, nam ſæpe repetita dilucidiora ſunt, etſi erubeſcunt quidam dicere aliquid de quo ſemel dictum ſit, nunquam nimis eſt dictum quod ſatis non eſt dictum, eo magis cum in præſentiarum referam menſuram, & pondus, quæ in antecedentibus capitulis non fuerunt explicata nihilominus ſcitu neceſſaria, ac digna ſunt: Quare ad actum praticum propero.

Cape vitrioli valde ærosi quemadmodum eſt Húgarum aut ex Agortagri Bellunenſis, aut alterius regionis quod rubore inficiat ferrum in fricatione; huiuſcemodi vitrioli igitur libras mille, & aquæ communis quadraginta ſitulas ſiue ſit putealis, ſiue fluuialis, ſiue fontis, ſiue pluuialis uti ciſternæ, harum quælibet ad hoc conducit dum limpida ſit, hæc adinuicem mittantur in caldarium plumbeum cui ſupponatur ignis, vt ferueat aqua, & diſſoluatur vitriolū, tunc immergatur ferrum fractum, vel laminatum quamuis vetus ad quãtitatẽ librarũ centũ, & quinquaginta ſtratũ in cribris æneis, aut citra cribrum confunditur in caldarium cum aqua vitriolata, quæ dum leniter feruet ferrum exedit, corroſumque decidit imò caldarij partim etiam coloris æris adhæret eius ſubſtantia ipſiſmet laminis, quæ elatæ extra caldarium abraduntur cultro: prætetea auferatur ſpuma ſupernatans aquæ, & ſeruetur immiſcenda aqua ſua Vitriolata vbi poſt veneris extractionem proceditur ad vitrioli concretionem, quod ſic euadit lepidius quam antea eſſet, nam venere exutum a ferro Vitriolum deponit tantam corroſionem: his itaque peractis vbi deſierit infici ferrum poſt abraſionem rubedinis æris deſieritque operari vitriolum, quia penitus depoſuerit æs, tunc ſenſim caldarium exinaniatur aqua, quæ in alterum caldarium affundatur cum ſpuma iam cuſtodita, & ebullire mittatur donec intumeſcat, & bullas faciat, hæc indicant perfecte decoctam eſſe aquam vitriolatam, & paratam concreſcere in lapillos quod ſatis ſuperius expoſitum fuit, hoc tamẽ nõ amplius prætactum, ſcire opus eſt quod vitriolum ita elaboratum diminuitur in pondere adeo quod quinque partes centenarii ipſius vitrioli amittuntur ac deperduntur, verumtamen maioris lucri eſt vitriolum, quod perficitur, maiori enim prætio emitur ab infectoribus ſericorum: prætetea eſt maioris quæſtus æs quod eliciunt ex vitriolo, & ferro: nam pro qualibet centena vitrioli lucrantur artifices decem libras æris pulcherrimi, hoc itaque modo colligatur quod abraſum fuit a laminis, vtique etiam quod exceſum reſidet imo caldarii, & vtrũque abluunt ab omni terra, & immunditia aqua dulci donec exeat aqua clara tunc exſiccant hoc metallum, & igni fuſionis vt moris eſt liquefaciunt vtrunque adinuicem cum ſale nitro, & modico vitri tuſi: hæc enim abſtergunt, & accelerant fuſionem ęris inde vitrum glutinis inſtar ſupernatat quod forcipe educatur, & illico ſuper æs fuſum aſpergatur modicum ſalis ammoniaci vt ſatius clareſiat tandem effundunt illud ęs in Canalem ferreum in quo euenit forma virgæ æris perfectiſſimi, aut ex eodem ære fuſo formantur placentulæ iuxta eius quantitatem, quas appellat vulgus panes ęris: hic eſt exitus primi modi nempe conuertendi ferrum in ęs virtute vitrioli de quo recenſita ſufficiant; nunc autem alios modos aperiam qui fere ſimiles ſunt primo vel parum diſtantes:

ſtantes: & ſi primus iſte enarratus magis tritus magiſque in vſu,& approbandus eſt: nunc attendite ſecundum modum.

Cape ferri limati libras viginti locetur in capſulam ligneā inſtar cribri tenuiſſime pertuſam quam recondere opus exigit in ollā aquæ plenam cum libris ſex vitrioli Hungari,inde bulliant donec fere tota decreſcat aqua tunc enim reſidebit limatura corrupta inſtar luti cinerei ſubleonati quæ abluenda eſt aquā mox exſiccanda demum igni liqueſiet, & in æs vertetur; prædictis ſequitur tertius modus: Cape vitrioli validioris nempe valde æroſi libras centum, Aluminis rochæ, ſalis nitri, ſingulorum libras quatuor, Aquæ dulcis libras trecentum, omnia bulliant in Caldario vt diſſoluantur tunc permittatur aqua parum frigeſieri cuius limpidum clarumque effundatur in alterum Caldarium in quo ferueat cum additione viginti librarum ferri lima attenuati, & ſic bulliant tempore quo dici poſſet oratio vnius credo tūc auferatur ignis penitus,aut caldarium ab igne quod per optime ſupertegatur ſtragulis laneis craſſis rudibuſque,& ita permittatur quieſcere per ſex horas, inde baculo ſpatulaue agitetur permiſceaturque mox iterū operiatur, idemque reiteretur ſingula hora agitando vſque ad horas ſex quibus per actis effundatur tantummodo aqua deinde tollantur fæces quæ reſident fundo caldarij exſiccentur,& liqueſiant igni fuſionis cum ſale nitro, & tartaro crudo iuxta ritum, & ordinem fuſorum,vertentur enim in æs perfectiſſimum: Alij vero ferrum cum ſale nitro, ſale ammoniaco, vna cum vitriolo decoquunt quod inde in ſubſtantiam Cupri conuertitur; tandem aquam atramentoſam quæ ſuperfuit ebullire mittunt donec ex tribus partibus binæ tertiæ decreſcant,tunc deponatur ab igne,& in eam demergantur arundines, & rudiculæ, quibus adhærent lapilli pulcherrimi ipſius vitrioli, quod vbi iam refrixerit ſpatio quatuor,vel quinque dierum concreſcit.

Sulphur vitriolatum quod elicitur a ferro,alioquin a Neotericis dicitur Crocus Martis. Cap. XIII.

Etſi ſulphur non modo a ferro verumetiam ab omnibus aliis metallis educi poteſt abſque opere vitrioli vulgaris, cum eueniat hoc plurimis modis,de quibus hic non eſt diſſerendum præterquam propoſitum de vitriolo cuius ope extrahitur ſulphur a ferro, quamobrem æque dicitur vitriolatum: Hoc tantæ efficaciæ probatur quod ad multas ægritudines ſanandas tā internas,quam externas,maxime conducit: Idem nouerunt plerique ex Trāſmontanis, vt Ioſephus Quercetanus libro Tetras grauiſſimorum totius capitis affectuum,capite trigeſimo de eſſentia & variis vitrioli proprietatibus: & præ cæteris Bernardus Penotus a portu Sanctæ Mariæ Aquitanus tractatu de medicamentis Chymicis vbi recenſuit modum faciendi prædictum ſulphur vitriolatum cui admirabiles aſcripſit facultates: nimirum quicunque referet animum ad contemplationem naturæ duorum mineralium magni momenti ex quibus emergit hoc medicamentū, quod appellatur ſulphur martis vitriolatum

latum, alioquin crocus Martis: diſtincte diſcernet, cum dubio procul fieri virium particeps prędictorum minetalium: imò ſi ſingula ſingulis referre voluerit, & conſiderauerit, ſicut exoritur ex tenuuioribus eorum partibus aſſentiet atque fieri maioris efficaciæ, iccirco magnifaciet eũ, quod mirabile equidem dictu ni dicto experientia fidem faceret, nempe hoc eſſe fixum, & anodinum cum dulcedine conſtat, quamobrem demulcet quaſcũque paſſiones abſque periculo, compeſcitque omnes dolores ac præſertim colicam paſſionẽ, Cerebri, ac renum affectibus confert, vlcera praua ſanat omniaque remedia præſeruatiua excellit hoc: quod ſequenti modo paratur, videlicet.

Capiatur vitrioli ad libitum, & diſſoluatur in aqua communi, ac igni bulli re mittatur verum in ebullitione demergantur ferri laminæ, & tamdiu feruefcere omittantur in prædictam aquam vitriolatam donec rubeo quodam cæno oneratę deprehendantur, cuius effectus ratio iam ſuperius demõſtrata fuit tunc igitur eleuentur laminæ rubefactę, & ab eis detergatur illa tinctura, ita vt decidat in alterum vas mundum, & aqua limpida ſemiplenum, petet enim fundum inſtar luti rubei: mox iterum laminæ ferri obruantur in aquam vitrioli quæ confeſtim bulliat inde deradatur tinctura, & hoc tamdiu reiterari exigit opus quoad totum extrahatur ſulphur demum auferatur ab aqua dulci exſiccetúrque, fiet enim inſtar pulueris rubei, at ſi forte aliquid nigri, vel immundi reperiatur ſedulo ſegregetur, & abijciatur, ſed rubeum tantum colligatur, quod vt perficiatur optimo vini ſpiritu circulari oportet inde ſeruari ad opus neceſſitatis multa enim præſtat corpori humano tam intus aſſumptum quam extra applicatum: pręterea ſi hoc ſulphur vitriolatum deglutiant gallinę ſomno corripiuntur ac tamquam inebriatę eo detinentur per aliquod temporis ſpatium, quæ demum abſque vllo dãno excitantur: etſi alia haberi poſſunt experimenta ingenioſis aliis diſquirenda relinquo.

Eadem ratione præſcriptaque norma educitur tinctura æris ad inſtar efflorefcentiæ dum ipſius ęris laminę mergantur in menſtruo chalcanthi ſoluti aqua dulci & olla figulina tecta aliquantiſper ferueant igni, vbi vero ipſas conſpexeris onuſtas efflorefcentia, quam viride ęris appellant, & alii vulgares voce trita conſuetaque dicunt morellam vitrioli tincturis aptam, extrahantur laminę, ac detergantur contracta limoſa efflorefcentia, quæ deorſum colligatur ac vſui externo ſeruetur: rurſuſque laminæ ipſę obruantur menſtruo vitriolato, & igni ferueant, vt ſupra quod ſæpius, fieri pręſtat: idipſumque de aliis metallis eueniet eadem norma: Nihilominus rudiori modo ſuccedit alter pro externis operationibus nempe tincturis, vt infra conſtabit, Cape vitrioli putificati quantum libet, ſcobis eſimatę Martis dimidium, hæc ad inuicem commiſcere, ac pluries molire, exiccareq; expedit: pręterea fictili ollula indunt maſſam, quam furno reuerberij torquent, vt in calcem rubeam vertatur, tunc inde dicitur crocus ♂ tincturis potius congruens: quem ſi liquabilem cupiant efficacioriſque tincturæ, molunt prædictum crocum cum totidem ſalis ammoniaci irrigando compoſitionem cum aceto, quod ſi ſtillatitium fuerit eo magis conducet, idipſumque prę̨ſtabit ſpiritus vini, verum eo ſæpius irrigare maſſam quod magis attridebit, ac exiccare opus erit, tandem aſſundatur ipſi maſſæ nouum acetum, quod quinque digitis ſuper emineat, hinc fimo fouea-

tur per aliquot dies, quibus liqueſcet in aquam rubicundiſſimam, ad inſtar ſanguinis, quę filtreo colo traiciatur, & cuſtodiatur pro tincturis.

Ferrum, cæteraque metalla omnia artis auxilio reuertuntur in vitriolum quod eſt metalli ſal.
Cap. XIV.

PLeriq; ſtudio & induſtrioſa operatione enixi ſunt aliquid artibus adiũgere vt augeantur, adeo quod perfectius inuentis ac plurimum vtilitatis afferant humano generi, ac præcipue ad vſum vitæ valeat: nec vana fuit eorum opinio nam diu, & multum exercentes complura inuenerunt in multis facultatibus tum etiam noſtro inſtituto ſpectantia, ea tamen egerunt ratione duce, experientiaque victrice ſtipata approbarunt: nimirum quatenus arte, & natura reuertuntur metalla in vitriolum ſingulæ eorum differentiæ, quemadmodum Geber libro Inueſtigationis aſſeruit a corporibus metallorũ diuerſa elici genera vitrioli videlicet iuxta metallorum differẽtias: cuius euẽtus ratio eſt ſatis euidens, in communi enim ſenſu conceptuque verſatur axioma, quippe omne compoſitum verti in ſua componentia, & omnem rem eſſe de eo, in quod reſſoluitur, vt gelu ex aqua in quam conuertitur, teſte Arnaldo Villanouano in Roſario Philoſophorũ, vbi tractat de inueſtigatione lapidis phiſici. hãc.n. legẽ Natura ſanciuit; idcirco legitur in Dialogo Demogorgonis cũ Gebro ex Ioãne Braceſco cui titulus eſt lignum vitæ videlicet metalla reſſolui in vitriolũ, nã conſtãt ex eo, & generata ſunt ex eo, quare metalla ac corũ venas, & ſcorias rurſus in vitriolum ducit ars, quod argumento habetur vitriolum eſſe parrem metallorum; ſulphurque, quo conſtant metalla non eſſe vulgare illud flagrans ſed vitriolatum cum ſuo mercurio, hoc autem vitriolum nominauit chymicum Andreas Libauius quod etiam aquã ſiccam vocari dixit Geber: ſi vero aliquis obijceret hijs forſan auctoritate Philoſophorum non æque ab omnibus percepta, quia videntur, primis verbis, interdum loqui ſulphur, & argentum viuum eſſe principia naturalia metallorum: Reſpondetur neminem Philoſophorum vnquam intellexiſſe de ſulphure, & argento viuo communibus, & vulgaribus, imò præ cæteris Geber tertia parte ſummæ perfectionis capite vigeſimo ſexto apertiſſime prodidit ſulphur, & argentum viuum in ſua natura non eſſe vera principia metallorum; ſed aliud quiddam quod ſequitur ex alteratione ſubſtantiæ eorum in radice naturali ad ſubſtantiam terream per calorem mineralem, & cœleſtem decoctam, & tranſmutatam in vitriolum quod eſt ſal metallorum principium, & origo, ab eo equidem exoriuntur argentum viuum, & Sulphur inſtar duplicis vaporis ex quo fit metallorum generatio quemadmodum ſatis expoſitum fuit prima deſcriptione de pyrite capite primo de principijs metallicis: quorum fidẽ facit Ariſtoteles libro quarto Metheororum tex. 42. vbi diſcurrit de auro, & argẽto, inquit, & generatio iſtorum eſt ex aqua, & terra, & ex vapore vtriuſque: ex quibus conſpicuum eſt in vitriolum reuerti poſſe metalla tamquam in eo-

rum

rum primam materiam,& proximam naturæ metallicæ,neque vlla adeſt ratio quæ id fieri prohibeat. ſed cur in his recenſendis tam notis contero tempus, cum eadem oſtendat experientia quotidiana : & quæ nota ſunt non indigent probatione teſte Ariſt. primo lib. Poſteriorum,& ſecundo Phiſicorum,quibus interim perpenſis opportunum eſt tempus jam ad practicam deſcendere,quæ manuum operatione perficitur : parantur enim metalla in hunc modum vt reducantur in vitriolū iuxta eorum naturam : in primis quodlibet eorum in tenuiſſimas laminas redactum locari debet furno reflexionis vt vehementiori igne prorſus vratur quoad ſquamæ inſtar cruſtulæue azimi calcinetur etſi aurum non ſquamatur,vt alia ſaltem calcinatur, quod ſat eſt,& omnia ſingula, que per ſe calcinari poſſunt ſi in igne reuerberentur aut igne & ſulphure trito, more ciměti, per quatuor horas quāuis plurimis aliis modis hoc aſſequi poſſit, prout ſalibus aut pumice aut vitriolo,aut ſpiritu vitrioli aut eius vice olei ſulphuris per campanam ex vſti vt exempli gratia, Cape Martis aut alterius metalli in ſcobem elimati vnciam, alteramque vnciam Spiritus vitrioli aut eius vice olei ſulphuris,aquæ communis binas vncias omnia ad inuicem immittantur in matratium, quod occluſum calidis cineribus locetur vt ſenſim ferueat per horas ſex, demum frigeſcere ſinito concreſcet enim in vitriolum viride vt ſmaraedus ſplendens quod calore ſoluitur,& frigore concreſcit : aut aquis erodentibus, & ſtigiis aut argento viuo : veruntamen quæ congruunt magis ſunt vitriolum ſulphur,& aquæ ſtigiæ, & ignis reuerberans corpora in calcem aut in ſquammas; inde quod erit optime reflexum,& in ſcobem comminutum immergunt quidam in aquam communem putei aut fontis,vt ſolnatur,quod vt facilius fiat,mittunt vt ferueat igni,& ſolutum,& frigefactum diſtillant linguis filtreis, quod erit aqua æris ſubſtantia imbuta aut alterius metalli quam coquunt in cado figulino, aut vaſe vitreo ad perfectam cocturam,mox eam reponunt in cellario ibi enim præ frigore congelatur in vitriolum ſi pluries reiteretur operatio prædicta hoc dicitur vitriolum chymicum : Alii vero. vt hoc potius eueniat vice aquæ communis, vtuntur aceto ſtillatitio,nam ob eius acrimoniam maiorem vim habet ſoluendi æs calcinatum, aut aliud quoduis metallum quod in aceto itaque obruunt per diem vel quouſque igni ſoluatur inde frigefactum tranſmittunt colo aut linguis filtreis mox præcoquunt vt ſuperiori modo dixi, cum aqua fieri ac demum reponunt in cellario donec concreſcat in vitriolum pulcherrimum coloris ipſius metalli, quem oſtendit quando ſoluitur in aqua ardenti corroſiua : Et ſi hos approbatu modos æque ſuccedere eos enim bonum habere exitum ac in ſummū euadere equidem conſpexi,nihilominus cum n ultæ adſint viæ, quæ tendunt ad vnum finem, ſic itaque in hac re alterum omnium magis proprium peculiaremque exponam iam receſſitum ab egregio viro Iacobo Vecherio libro ſecundo ſui antidotarii ſectione trigeſima ſexta vbi ipſe cōtulit obtuere æs reflexum in aquoſum vitriolatum proprium menſtruum,erigite au es vt intelligatis,& attendite,quod æri ſupernatet decem digitis, & balnei calore ſimul circulentur in vaſe uitreo quindecim dierum ſpatio, mox calore cinerum diſtillatione diſtrahatur menſtruum, non tamen penitus deſiccetur nam imo reſidebit vitriolum cæruleum,& perlucidum,quod pluries mihi euenit ex luna,& Sole,

& ſic

Digitized by Google

& ſic de aliis planetis terreſtribus ſolutis in aqua ſtigia, & ab eis per ſtillationem per quam leniſſimam extract: felici ſucceſſu equidem conſpexi ſingula eorum verſa in vitriolum coloris proprii metalli ex quo factum erat; Aliud fit ex ære vitriolum quod arabicum dicitur, & ſic de ſingulis cenſeo: modus vero eſt vt infra: venerem terreſtrem vre cum arſenico vt in calcem redigatur, quam inde ab eo ſepara ac tenuiſſime mole cum aceto ſtillatitio in quo ſolutus ſit ſal ammoniacus, & Soli mitte exiccari, tunc eam denuo mole cum prædicto aceto ac iterum exiccetur, quod toties reiteretur donec viride quoddam eueniat pulcherrimum: idemque diſſoluatur in aceto acerrimo ſtillatitio vt ſupra, & fiet in ſtar aquæ viridis, mox lento igne diſtillãdum eſt acetum alembico vitreo reſidebit enim in imo vaſis nobile vitriolum Arabicum, & veneris ſal: Verum cum tres partes aceti fluxerint alembico ſi quarta pars frigeſcere relicta fuerit in cellario lapillorum inſtar concreſcet vitriolum pellucidum, quod ſi conuenienti lotione dulcoretur, & igne torrefiat vſque ad rubedinem ſummopere confert vlceribus quibuſcunque malignis ſanandis, valet ad callos detrahendos, ſi in fiſtulam callo obductam immittatur, & delet omnes carnis excreſcentias, & carunculam in collo veſicæ exiſtentem tollit, & abſumit ſi eum vnguento aliquo immiſceatur, & imponatur cum tenui cereolo vt moris eſt, multaque alia præſtat quæ vnuſquiſque in dies experiri poterit.

Ad ſegregandum, & eliciendum ſulphur a vitriolo. *Cap.* *XV.*

EX Ariſtotelis ſententia, & omnium Philoſophorum conſpicuum eſt nullum corpus in hoc mundo conſtitutum eſſe ex vlla ſimplici vniformique ſubſtantia: ſed ex pluribus contrariis, & differentibus, quæ etiã ab inuicem ſegregari poſſunt, quibus aſſenſit Galenus, & huius fidem fecit libro nono de ſimpl. medic. facult. loco de terra ſamia dicens nullum reperire corpus que as mixtionis ad vnguem expers: Idẽ aſſeruit libro primo de ſimpl. fac. med. cap. 17. & libro 3. capite decimo quarto: nec non libro quarto pluribus capitulis demonſtrauit exemplo vini & aceti, olei, lactis, & ſucci roſarũ, omnia licet ſenſu ſimplicia appareant, natura tamen eſſe compoſita ex contrariæ facultatis partibus, quod voluit intelligi vniuerſaliter de plãtis, de animalibus atque metallicis, omnibus, vtique oculis quilibet percurrere poterit: Verum, & libro tertio de alimentorum facultatibus oſtendit lac ſubſtantias habere contrarias, quæ permiſtæ ſunt, & fiunt ex elementis, & qualitatibus contrarijs, vt reiterat Galenus libro primo, & tertio de temperamentis capite primo: quamobrem omnia quæ dicuntur ſimplicia iuxta Galeni expoſitionem libro quinto de ſimpl. med. facult. intelliguntur quia talia ſunt natura, nec quicquam ex noſtra induſtria aſſumpſerunt, re uera tamen compoſita ſunt, propterea in partes ſimpliciores ſegregari poſſunt: rurſus libro primo de elementis ac ſecundo libro capite ſecundo reiterat quod nequaquam eſt ſimplex natura, unde ex Hippocratis mente attulit exemplum de lacte: ſic etiam de

ſanguine

Digitized by Google

ſanguine in quibus ſunt partes differentes: verum præter animantia, & vegetabilia vlterius progreſſus eſt de lapide, & mineralibus, & de omnibus quæ a natura ſunt conſtituta alterari pati, & tranſmutari exiſtunt ex primis elementis: hæc ſunt principia omnium rerum ipſa enim coeuntia efficiunt omne corpus gignunt, & alunt vt latius eſt legere in metheoris Ariſtotelis: cum vero nullum elementorum integrum ſincerumque reperiatur, hinc ſequitur ex eorum miſtione fieri corpora diuerſarum partium quod ratione conſtat, & ab omnibus philoſophis aſſertum præter quod experientia comprobatum habemus in omnibus præſertim mineralibus, nam miſta ſunt ex terra, & aqua, & vtriuſque vapore: ideirco atque ſeparari poſſunt: quod vt in conſpectu ſit, vitrioli exemplum proponitur: & ſi multa naturæ ſecreta legeſque promi poſſunt pro dilucidatione, & perſpicuitate noſtri propoſiti, nihilominus ſat erit vt reuertamus ad vitriolum, & ab eo aſſumamus exemplum vniuerſale, nam inde de cæteris omnibus cenſendum erit: Vitriolum appellauit Geber aquam ſiccam, & habitum eſt tum ab ipſo cum etiam a cæteris philoſophis pro origine genealogiæ metallicæ; & conſtat ex diuerſis partibus contrarijs, nempe ex mercurio, ſale, alumine, & ſulphure, & in ea reſolui conſuetum eſt artis adminiculo, & ipſius naturæ gratia cuius veſtigia ad vnguem ſequi operepræetium eſt: quamobrem vt omnibus palam ſit ſeiungere partes omnes ipſius vitrioli apertè ſuis locis quibus erit occaſio demonſtrabimus: in præſentiarum vero pandere licet modum ſeparandi ſulphur ab eo, quod pluribus modis fieri expedit vt infra: Capiatur vitrioli cuiuſlibet generis portio ad libitum, & obruatur in aquam fontis ſiue putei affuſam in matulam vitream, aut in ollam fictilem plumbeo liniméto obductam, vulgus appellat vitriatam, & mittatur igni vt caloris eius vi bulliat, & prorſus ſoluatur, mox deponatur ab igne frigeſcẽs que colo tranſmittatur, inde modico aceti aſpergatur cuius opere decidet fundo ollæ ſulphur vitrioli, hinc leui motu effundatur aqua, demum excipiatur ſulphur per ſe quod imo vaſis reſidet, & exiccetur atque vſui ſeruetur ampulla vitrea opilata, vt ab omni immunditie tueatur: Alii miſcent aquam cum vitriolo, vt puta vitrioli libram cum triplo aquæ in vaſe æneo, & ad ignem mittunt, dum vero bullire conſpiciunt aquam, affundunt aceti cyathos quatuor iuxta morem, & vſum medicinæ, qui tamen complent, integrantque poculum quod eſt cyathus vulgaris ſatis diſtans a menſura cyathi medicorum, hæc volui dixiſſe ne aliquis decipiatur in menſura, nam errores operãdo commiſſi faciunt ſæpenumero euaneſcere opus; ſed reuertamus ad inceptum, iugiter itaque bullire permittunt ſpatio quartæ partis horæ, quo tempore ſeparatur ſulphur a vitriolo, & petit fundum vnde frigeſcere permittũt, mox euacuant aquam, & colligũt ſulphur, quod quidam, inane, exiſtimabant poſſe ex ſe liquefieri igni, & in æs verti, tandem vero animaduerterunt fruſtra laborari in hoc, cum fieri non poſſit præterquam cum ferro vel alio metallo modo ſupra expoſito: Alij vero ſoluunt vitriolum in aquam communem ebullitione pro vt moris eſt, inde vas ab igne deponunt, & iniiciunt calcem viuam recentem ad quantitatem trium nucum mox ſinunt per diem naturalem quieſcere inde elapſo hoc termino euacuant aquam pedetentim, & colligunt ſulphur, quod abluunt a calce, tandem exiccant eum, & ſeruant, & pro fixo habent:

Alioſque

Digitized by Google

Alioſque conſpexi ſoluere vitriolum in aquam communem regula præſcripta mox, vt fundo ſulphur decidat aſpergunt oleo tartari menſtruum vitrioli omittendo acetum, & calcem nam tartari oleum gerit eorum vicem, & præcellit; vnuſquiſque tamen morem gerere poterit qui magis ei arridebit.

De modo extrahendi argentum viuum a vitriolo. Cap. XVI.

Reliquum eſt nunc demonſtrare modum, quo eliciatur a vitriolo argentum viuum, cum non modo ex metallis, verum etiam ex metallicis rebus complurimis extrahi poſſit, quod præſertim ex vitriolo euenit, hoc enim eſt genealogia metallica facta ex ſulphure, & argento viuo quemadmodum ſatis demonſtratum fuit: quare ratio ſuadet hoc, quod inde experientia docet atque certiorat vt compoſita quæcunque ſoluantur diuidanturque ab inuicem, & in ſua componentia vertantur: & ſi quamplurima huic magiſterio congrua ſunt nempe ad extrahendum argentum viuum a corporibus prout ſunt Tartarum, tum crudum cum etiam calcinatum confertat & ipſius oleum ac ſal, & alumen fæcis: Sal armoniacus, borax chryſocollaue, calx viua, & recens lotium ac eius ſal volatilis, acetum diſtillatum, & ſale tartari acuitum, & aqua vitæ aut ſpiritus vini tartarizatus, fuligo camini, & huiuſcemodi alia præſtant in hoc, aut calcinatione, cementatione aut ſublimatione, aut ſolutione cum aquis ac menſtruis corrumpentibus, aut diſtillatione cum viuificantibus, veruntamen varia ſunt enarrata, quæ huic magiſterio occurrunt, variuſque eſt eorum vſus, & modus operandi, quãquam ad vnum, & eundem finem omnia tendant, iccirco ſingularem modum eliciendi argentum viuum a vitriolo demonſtrabo, vt infra: Cape lapidis calamitæ vnciam, olei è ſulphure, olei vitrioli, & olei ex tartaro ſingulorũ binas vncias, teratur tenuiſſime lapis calamitę, & commiſceatur oleis, quibus addatur aceti acerrimi exacte diſtillati vnica libra, mox hoc menſtruo imbibatur vitriolum dephlegmatum deſiccatumue, quod paulatine ſoli molendo fiat ſæpius imbibendo quoties exiccetur per octo dies continuos, hoc tandem ponatur in matula vitrea parua, & cooperiatur capitello coniungaturque vaſe recipienti, & ſtipatis iuncturis ſubijciatur ignis furno initio lenis, inde ſenſim augeatur donec difluat argentum viuum: ſupereſt agere modum ſegregandi ſalem, & alumen ab ipſo vitriolo ſed hic non datur locus, nam abſque extrema calcinatione vitrioli fieri nequit prout accidit in diſtillatione ipſius olei, quapropter tunc iure diuulgabitur modus eliciendi ſalem a vitriolo calcinato; attendite itaque deſcriptionem eliciendi oleum, & ibi reperietis ſalem cum ſuis facultatibus.

Ad effingendum nouum vitrioli genus. Cap. XVII.

Tanta eſt hominum auiditas in omnibus, quibus delectantur, quod nunquam expletur in eis neque ſatiatur cupiditatis ſitis vt æque dixit Cicer. in Parad. mente cogitant ac iugiter inquirunt quid agere, & aſſequi poſſint; etſi

Digitized by Google

etſi corpori optatum exequi prohibeatur, quod perſæpe accidit, illico tamen occurrit, vt diſcurſu ſaltem omnia conſequi videatur, aut vagari delectatur ea enim ad Cœlum vſque peruolat, & circumſpicit celeriterque æquora tranſit, terras vniuerſique vrbes percurrit: Verumtamen cupiens diuturnam ſitim explere ea ſaturari nequit ni prius aliquid arripiat: neque tunc vix expletur, quin aliud noui optetur: idcirco Plinius libro decimo ſecundo naturalis hiſtoriæ capite primo ſcripſit, vt eſt natura hominum nouitatis auida: ſic & Ouidius libro quarto Metamorph. eleganti carmine prodidit Dulcique animos nouitate tenebo: curioſitas hæc agit vt homines ſemper aliquid multum, aut diligentet curent, ſiue in bonam, ſiue in malum, vtinam vero in bonum, vt decet, & opus bene viuendi expoſcit, diligentia adhiberetur, qui enim hac cura vtuntur ad res bene gerendas gloria, & laude inſigniũtur, & maxime alios excellunt, qui virtute plurimum præſtant; præter quod opibus abundant: oppoſitum vero euenit illis, qui nullam callent virtutem, nullamque didicere artem neque vlla vtuntur induſtria, is nullus eſt quæſtus, ſed pauperes ſunt & omnibus modis miſeri viuunt: etſi nec diuites tamen ſiue opulenti fortunæ bonis nimis fidere poſſunt ſuis diuitijs, qui vitio cæci propter patrimonia viuũt, cum ſæpe ea, & omnem hæreditatem a parentibus relictam effundant, nam fortunæ bona ſunt hæc caduca, & incerta vt ipſa fortuna eſt, quæ ceu cæca facit atque cæcos quos complexa eſt: ſanius eſt igitur virtute procurare bonum, quod honeſta pariter, & vtilia complectitur (vt habemus ab Ariſtotile libro primo, & tertio Ethicorum) bonum animi profecto eſt virtutis gloria rerumque geſtarum omnibus fortunæ bonis præſtantior: hac virtutis induſtriæque cura fuerunt multa a Recentioribus reperta, & nobis innoteſcunt quæ veteribus ignota defuerunt: quis enim antiquorum nouit æs elici a vitriolo neque ſulphur ab eo ſegregari ac eo minus metalla in vitriolum redigi neque aliud vitrioli genus ſciuit priſca ætas præterquam ſuperius enarrata: Sacra numina teſtor neminem veterum legiſſe, ni memoria fallor, qui de his tractauerit: cum neque Dioſcorides vllum egerit verbum, neque Galenus, non Aetius, non Paulus Aegineta, non Serapio, neque Auicennas, ac ſummatim nemo huius vel alterius ſectæ notitiam horum attulit, quod ſciam, quorum equidem inuentionis gloria ætati noſtræ tantum attribuenda eſt. tũc Italis cum etiam Tranſmontanis: præterea nuper ex Tranſmarinis quidam Syrij aduehunt ad nos quoddam vitrioli factitij genus nouũ pulcherrimi coloris ſaphirini taxillorum forma ceu chriſocollæ mineralis, quod Venetijs in plateis Diui Marci venundant pro medendis oculis equorum male affectis efficax: hoc appellant ipſi Syrij tuthiam indam, quamuis ab omni genere tuthiæ ſatis diſtet, indam vero dicunt quia ex India olim transferebatur in Syriam ac tandem ad nos, nunc autem ex Boſſina Dalmatiæ parte habetur: Verumtamen breui fiet in hac celeberrima ciuitate, cum in dies ſentiam de magis diuulgari: & ſi aliquis huius magiſterium occultare conatur, non patiar ego quin humano generi reddatur acceptum gratis ab Omnipotente Deo: improbus enim eſt qui beneficium aſſumit, & reddere neſcit iuxta Plauti Poetæ comici lepidam ſententiam; eiuſdem animi fuiſſe Galenum indicant, quæ dixit libro de vſu Theriacæ ad Pamphil. ruſtici hominis illiberaliſque

liſque eſſe duco rem celare quæ ad ſalutem hominum maxime conferat: quamobrem ne deſim officio iam incepto quod eſt ſatisfacere,& opitulari hominibus virtuoſis,aperiam modum componēdi huiuſcemodi vitrioli nouum genus,quod vt fiat: Capiatur ſalis nitri per quam purificati,ſalis ſodæ pariter depurati,aluminis rochæ. aluminis fæcis e vino, chryſocollæ naturalis limaturæ æris, aut æruginis raſilis vulgo viridis æris ſingulorum æqualis portio: hæc omnia trita commolitaque ponantur in olla fictili,& affundantur vrina, & aqua in ſufficienti quantitate,& igni exponātur, vt ferueant quoad decreſcat tertia pars,tunc deponatur olla ab igne, & colo tranſmittatur quod ſolutum eſt abijciendo fæces, hinc in cellario ideſt infimo loco quippe frigido, & humido reponatur ſolutum vt quieſcat nam breui temporis ſpatio concreſcet prout vitriolum in magnos lapillos forma fere quadrata oblonga colore cæruleo ſubuiridi, ſubſtantia magis denſa quam ſit vitriolum, & ſolida inſtar lapidis,liqueſcit tamē in aqua vel alio quouis liquore, & aſtringendi facultatem habet efficcādi, & abſtergendi: prout facile agnoſcet qui non aurificis ſtatera neque populari trutina,ſed ratione examinabit ingredientia componentiaque huiuſcemodi vitriolum, quod quanquam effictum, & ſophiſticum videatur, quia in eius compoſitione nullum ingreditur vitriolum ſed aliorum commiſtione apparet adulteratum vt ſæpe fit oſtentationis,& queſtus cauſa: nihilominus ſapit naturam vitrioli particeps enim eſt radicalis eius ſubſtantiæ,& naturæ, quatenus ex ære conſtat, & alumine quod vitriolo cognatum eſſe diximus ſuperius ex mente Georgij Agricolæ: etſi alumen coloratum appellari poſſet quod etiam effingi nouimus ſequenti modo in memoriam enim mihi redijt ſoluiſſe in aquam ſtygiam veneris partem demittaturque ſolutio: Inde vulcani aluminis cryſtallini nouenę partes in lympham communem obruantur,quoad leni calore ſolutum conſpiciatur, mox ad inuicem commiſceantur ſolutiones ambæ,& in matula vitrea connexis capitello ac recipienti quartam partem liquoris effluere calore molli expedit: demum tollatur capitellum,& ſublata ab igne mattula,imo in cellario per quam frigido, & humido ſita immittantur virgulæ,vt eis concreſcendo adhæreant lapides fucati colore adulterino vitrioli pulcherrimi: quod paucis diebus eueniet: ſed de his tranſeat ſermo,cum ſatis dictum ſit, & rurſus ad vitriola quæ a mineris eliciuntur reuerſi tanquam noſtrum propoſitum,& quæ ſuperſunt exequamur.

Atramentorum conſenſio inter ſe atque eorum diſſenſio. Cap. XVIII.

QVicunque diſquirere exacte voluerit cauſam affinitatis atramentorū cum metallis ex facili cognoſcet communem eſſe materiam vtriuſq; generationis eorum,quam tamen percipiat diuerſimode præparatam a Natura: ob quam diuerſitatem tot oriuntur differentiæ, quæ alibi vberius fuerunt explicatæ: quas recenſere hic non datur occaſio,cum neque metalla in præſentiarum egeant alia explicatione, ſed eis omiſſis congruum exiſtimaui differere de atramentis tantum, ea quoque metallica ſunt imò metallorum genea-

Digitized by Google

genealogia, iccirco eorum præſens inſtitutus eſt ſermo: Vnde primo conſequitur,& neceſſario præcedentibus inferre, inter ſe conſenſionem habere atramenta. & ad inuicem conuenire ob communem eorum materiam, nam, ab vna eademque radice proueniunt quamobrem conſimilis naturæ, & facultatis ſunt, cuius mihi fidus eſt teſtis Galenus libro quarto de compoſitione medicamentorum per genera capite primo: præter quod experientia comprobatum fuit, nempe annorum decurſu atramenta cuncta inter ſe commutari ob eorum conuenientiam, alioquin enim nulla fieret eorum commutatio, quam ſæpe ego vidi hic Venetiis ſeduloque obſeruaui vitriola officinis mercatorum detenta a quibus paſſim venundantur præantiquitate, in Chalcitim verſa, ac eadem inde longiori tempore in Myſim partim mutata conſpexi: Idipſum quoque intuitus ſum euenire in Pſeudochalcity aromatariorum huius ſæculi: quanquam hoc ſit rubei lateritii coloris, verumtamen albo colore, prout eſt chalcity efflореſcere animaduerti: at commutationis prædictę fidem fecerunt veteres, & noui Scriptores, quorum exempla ſunt ſatis vulgata, & præcipue Galeni Philoſophi profecto prѧſtantiſſimi, & ideo vnuſquiſque legere poterit nono eius libro de ſimpl. medicam. facult. quare relinquam ea, cum olim plane a me oſtenſa fuerint: habita igitur cognitione per quam nobis patet conuenientia atramentorum inter ſe, ceterum eſt differere quemadmodum exigit occaſio, quali ratione diſſentiant inter ſe atramenta cum nuper aſſertum fuerit eiuſdem naturæ exiſtere ea, quare aliquis ſuſpicari poſſet, vt contradictionem implicauerim: Verum facilis ſolutionis erit obiectio, ſi memoriæ prodita fuerint, quæ ſuperius expoſita fuere: nihilominus vt moroſis omnibus ſatisfiat, repetam vtrunque veriſſimum conſtare nempe inter ſe conuenire cuncta atramenta quatenus exiſtunt eiuſdem materiæ, & naturæ, rurſus quoque inter ſe diſſentire ea conſpicuum eſt non autem, quia vnum exiſtat materia alteri contraria, cum ex vna, ac eadem omnia conſtent, ſed differunt tantum ſecundum magis, & minus ob depurationem, & decoctionem eorum maiorem, vel minorem, nam ob maiorem decoctionem naturalem craſſiſſimum factum eſt Sory, & aliorum terreſtrius adeo quod lapidoſum eſt: Miſy vero tenuiſſimum eſt & non lapidoſum eſt: ſed Chalcity locum tenet medium inter ſorym, & miſym mediamque facultatem habet inter ea, & ſingulatim omnia hæc habent differentes colores iam proditos locis ſuis, etenim vero ſingula eorum aſtringunt, & eo magis calefaciunt, & ſiccant prope quartum ordinem adurunt adeo carnem, vt eſcharam excitent: horum vero Sory magis vrit, & magis aſtringit, minuſque Miſy, & inter ipſa medium operatur Chalcity: hęc autem de atramenti metallici differentiis ſufficiant, opportunum enim eſt, vt accedamus ad atramentum ſutorium, quod etiam metallico conuenit, quatenus ab eo deriuatur, quemadmodum alias explicatum fuit, & in eum conuertitur tractu temporis, nihilominus hoc etiam differt ab eodem: factum enim eſt atramentum ſutorium ex ſubſtantia atramenti metallici ſoluta a pluuia percolata, & depurata a natura; hinc concreſcit atramentum ſutorium magis dilutum, & minus terreſtre quam ſit metallicum, præter quod ſutorium eſt magis lucidum, &

Digitized by Google

acerbum, idcirco multo magis aſtringens calidum, & ſiccum conſtitutum eſt in tertio gradu cum leui acrimonia: quapropter cum non ſit hoc adeo calidum, & ſiccum prout exiſtit metallicum, illud enim vrit calefaciendo, & ſiccando in quarto ordine: conſequitur etiam quod ſutorium non ſit adeo potens vrere carnem quemadmodum metallicum agit: quare non modo Priſci, verum & Neoterici aſſeruerunt equidem atramentum metallicum conſumere carnem eamque vrere, & eſcharam facere, ſed atramentum ſutorium vnanimes cuncti ſenſerunt eſſe molle, hoc enim caliditate digerit extenuat, & ſiccat ſimulque aſtringendo contrahit carnes exprimendo ab eis ſuperfluam humiditatem, eamque abſumendo conſtipat condit, & ſeruat carnes humidas a putrefactione: verumtamen debilius hæc omnia agere poterit vitriolum coctile, hoc eſt tertia differentia ipſius atramenti ſutorii ipſum enim infirmius imbecilliuſque aliorum eſt, nam quod arte fit decoctione artificiali ceu repentina ac violenta plurimos amittit ſpiritus exhalantes, & ita iacturam patitur, & ideo Dioſcorides, & Oribaſius ſcriptis prodiderunt, quod nullum medicinæ vſum præbebat antiquitus ob eius imbecillitatem, ſed tantummodo ad infectiones, & denigrationes habitum erat in vſu: ex hactenus prædictis igitur non erit, vt quis amplius ambiget atramenta cuncta naturæ cognationem habere atque inter ſe ipſa ſecundum magis, & minus differre.

Atramenta non præparata conueniunt exterius alioquin vero interius aſſumpta ſunt, pernitioſa, & ſuſpecta.
Cap. XIX.

CVm nullum fere medicamentum a metallis, aut metallicis dicamus immune ſit non immerito inter medicamenta locus datur Atramentis quoque, ea enim mineralia ſunt, ſeu metallica dicantur, quæ omnibus metallicis conueniunt, quemadmodum ſuperius diffuſe explicatum fuit præſertim Deſcriptione prima de pyrite: idcirco veteres multa ex eis medicamenta compoſuere diuerſimode tamen: ea enim quandoque ſimplicia adminiſtrarunt, & interdum compoſita, & ſimplicia quandoque cruda rudiave, ſecus etiam nonnunquam præparata: quamobrem diſſerere expedit quid referat ſub hac diuerſitate in vſum habere ea, & quomodo, vel qua ratione magis huic vel vni, aut alteri conueniant: In primis itaque ſcite licet atramenta cruda qualia a mineris effodiuntur, eruunturque a terra omni alia præparatione expertia, validiora eſſe acria vrentia, & exedentia teſte Galeno libro quarto de ſimpl. medic. facult. capite decimo octauo, & decimo no-

no

no, vbi prodidit exemplum atramenti metallici, videlicet Chalcitis, Miſy, & Sory, ibique inſinuat prout omnibus legere licet interius aſſumpta non poſſe in corpus diſtribui, ſed accenſa a calore corporis potius ſpatio temporis exurere ventrem non aliter quam lapis, ferrumque ignitum, prætetea ipſe Galenus libro ſecundo de arte curatiua ad Glauconem capite ſecundo repetit, ita vbi malignum vlcus, & cum putrilagine fuerit: talia enim actiora expetunt medicamina, & quæ ignis vires habent, quale eſt Miſy, & Chalcity, & arſenicum, & calx, & ſandaraca, etenim non aliter quam ignis adurunt huiuſcemodi medicamenta, ſæpius vero vbi iſta ceſſerint ipſum ignem adhibemus: ex his deprehenditur approbaſſe Galenum huiuſmodi medicamenta extra corpus adminiſtrata aduerſus pernitioſos morbos: & e conuerſo ex ſupradictis conſpicuum eſt reprobaſſe talia medicamenta interius exhiberi: non æque igitur atramenta rudia interius deglutiri, neque tuto deuorari poſſunt præ rationibus oſtenſis à Galeno, quibus aſſenſit Auicennas libro ſecundo tractatu ſecundo capite quadrageſimo ſeptimo de atramentis, ita aſſerens ſi cruda atramenta, vt dixi omnique præparatione expertia propinentur interius noxia ſunt pulmoni, & ventriculo præſertim alcocotar deſiccat, adeo pulmonem vt interficiat: nam venenoſa qualitas exiſtit in eo: prætetea in libro quarto, fen ſexta, tractatu primo, capite vndecimo, prodidit ex potu atramentorum commoueri tuſſim vehementem quæ perducit ad phtiſim: icirco Galenus libro ſexto de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capite primo diſſerens de confectione pharmaci ex malis punicis, & alijs ſtomaticis dixit atramentum ſutorium ſtomaco noxium eſſe: mox libro ſeptimo capite primo vbi tractat de affectionibus partium reſpirationis ita ſcripſit, marina enim balnea, & ſulphurulenta, & aluminoſa, & atramentum ſutorium olentia ac bituminoſa, propterea quod fortiter reſiccant inepta ſunt; & libro octauo de comp. pharmac. ſecundo loc. vt ſupra capite tertio de mente Aſclepiadis ait atramentum ſutorium contrariæ penitus homini naturæ eſt: idipſum repetit libro decimotertio methodi medendi capite vigeſimo, etenim ſtomachus ob excellentiam ſenſus, qua præditus exiſtit, prout neruoſus inſuauia acriaque ferre nequit, quapropter æque Galenus damnauit atramenta cruda quatenus acria, & inſuauia, ſunt quare interius aſſumpta obſunt, & pernitiem afferunt: ſecus autem exterius applicata operantur, exterius enim tuto, ac vtiliter adminiſtrantur, & proſunt citra noxam plurimumque conducunt ſi quid aliud ad morbos contumaces debellandos, quorum fidem nobis fecerunt ſcriptores clariſſimi non modo veteres, ſed eorum etiam tempore inferiores, qui atramentorum differentias & vires limitarunt, eaque tum ſimplicia cum & compoſita alijs admoueri docuerunt, prout datur occaſio, & de his multa leguntur exempla in Auicennam libro ſecundo tractatu ſecundo capite 167. de colcotare, & chalcity vbi ſimplex; & crudum atramentum in ſcobem redactum adhibetur ſuper fraudolentum, & ambulatiuum vlcus, adurit carnem additam, & inducit eſcharam; & quandoque atramenta miſcuit cum aqua coriandri forma linimenti, quo ſi liniatur heriſipilla, & formica inquit ſummopere

eis conferre: & ſuperius capite 47. dixerat colcotar, quod voluit intelligi pro miſios quemadmodum iam demoſtratum fuit, heriſipillæ conferre, vlcera ambulatiua, & formicoſa ſiſtere, ſcabiem & ſahafat ſanare, fiſtularum callum tollere: præſertim naſi, ac ipſæ fiſtulæ ſanantur ſi in eis immittantur licinia melle linita, & atramentis tritis obuoluta, & alijs vlceribus naſi, & aurium conferunt: necnon oris gingiuarumque vlcera, herpetem heſtiomenum, & apoſtemata praua curant, dentes a corroſione, & a putredine arcent commotosque ſtabiliunt & corroborant; præterea ſi cum vino cliſterizetur atramentum rubeum confert ſciaticæ: Verum equidem quampluríma huiuſcemodi exempla ſcripta nobis reliquit Galenus pleriſque ipſius operum locis præcipue libro ſecundo de arte curatiua ad Glauconem capite ſecundo, vbi enim velit repellere, & citra dolorem efficcare approbat chalcitim oleo roſato diſſolutum, quod iterum laudat capite decimo eiuſdem libri in cura cancri: præterea libro quarto de compoſitione medicamentorum per genera capite quinto & ſexto & ſeptimo, ac decimotertio, necnon decimo quarto ſcripſit ex mente Andromachi, tum etiam Aſclepiadis, & Heræ, emplaſtra conferentia ad vlcera putrida antiqua maligna cacoete phagedena chitonia, & diſcepulata, hæc autem emplaſtra conſtant atramentis nempe miſy, ſory, & chalcity, & chalcantho: & lib. quinto de compoſitione pharmacorum ſecundum locos tradidit medicaméta ex atramento ſutorio miſy, & chalcity ad lichenas conferre; & ad dentes motos ſtabiliendos iuſſit terrere atramentum ſutorium cum oleo inde eum radicibus dentium admouere; & ad corroſos dentes compoſuit atramentum ſutorium cum cera, aut melle: atque idem aſſeruit libro de remedijs paratu facilibus, & libro ſexto de compoſitione medicamentorum ſecundum locos capite primo dixit ad omnia vlcera oris maligna conferre atramentum ſutorium; & capite ſecundo addit ex Archigene, & Heraclide valere ad cruſtas oris, & ex Antonio Muſa, & Sorano retulit Galenus omnia atramenta valere aduerſus anginam, hinc etiam capite tertio ad omnia vlcera putredinoſa conducere ſcripſit; mox prodidit ex Apollonio conferre ad aphtas albas, & nigras, hæc ſunt in ſuperficie oris vlcerationes putredinoſæ depaſcentes & malignæ, & ab iſto prauo affectu Nomæ appellantur, & ſic capite quarto aſſeruit conferre ad gurgulionem, ſiue Vuεam inflammatam, & laxatam: præterea libro tertio de compoſit. medic. ſec. loc. capite primo dixit conferre iſta medicamenta ad aures vlceroſas, & humore madidas: & capite tertio ex mente Aſclepiadis, & Scribonij largi literis tradidit pharmaca ad ozenas, & polipos conferentia quæ conſtant miſy, chalcitide, & ſory, & atramento ſutorio: Verum de his ſatis pro exemplis propoſitis: nunc enim tempus eſt tranſire ad alterum caput in quo exponetur, an ſi præparata atramenta vel alterius compoſitione temperata poſſint interius, & tuto exhiberi.

Atra-

Digitized by Google

Atramenta arte, aliorumue miſtione caſtigata, & temperata poſſunt tuto exhiberi per os. Cap. XX.

LIcet explicatum fuerit ſuperiori capite veteres Medicos damnaſſe interdum Atramenta interius aſſumi,caute tamen ac diſcrete animaduertendum eſt,non abſolute reprobaſſe ea, cum perſæpe ea quoque propinare conſueuerint ipſi maximo ægrotantium auxilio; & ideo vnde hæc eueniat differentia,diſquirendum eſt, in primis vero audiamus a Galeno cauſas propter quas ipſe reprobauerit Atramenta, libro enim octauo de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capite tertio de ſtomaticis pharmacis interne aſſumendis,ab Aſclepiade ſcriptis vbi diſcurrendo inquit graueolentia omnia inſuauia,& acria, & quæ ſubſtantiam habent multum ab humana natura diuerſam ſtomacum ſubuertere ſolent, ob eius ſenſibilitatem: ea autē inter huiuſcemodi naturę recenſuit non modo Atramenta eſſe,verumetiam medicamenta quæcunque purgantia, cęteraque omnia naturę noſtræ aduerſa: quamobrem ait atramentum ſutorium contrariæ penitus homini naturæ eſt, hinc proſequitur eodem capite, ſed paulo inferius,ex mente Hippocratis, qui in pleuriticis exhibebat purgatiuum medicamentum ex veratro nigro, correcto miſtoque aliis quæ odoratas qualitates,vti aromatum,habent quemadmodum Cinamomum, & Caſſia, & quorundam ſeminum in ciborum vſum venientium,prout aniſum,apium,daucus,cuminum,& ſeſeli: præterea addit ipſe Galenus,quæ ſequuntur,videlicet apparet enim quod in his miſcendis maxime odorem ipſorum reſpiciat,quo medicamentariam vim quæ hominis naturæ contraria eſt,mitiget & obtundat: eandem ſententiam reperit commentario ſecundo in Hippocratem de ratione victus in acutis morbis 182. F.G. vbi ait purgantium enim medicamentorum omnium natura corporum,quæ purgantur naturis contraria eſt atque vt quiſpiam dixerit, lætalis ac perniтioſa, conſueuit autem Galenus appellare pernitioſa, quæcunque corporibus noſtris noxia ſunt; eiſque necem inferre poſſunt, & enim cum diuerſi generis ſint,quædam eorum corrigi,& aliorum admiſtione demulceri poſſunt, ita vt poſtea ſalubria euadant medicamenta aduerſus corporum ægritudines, & de his locutus eſt Galenus in hoc loco, & ſic voluit intellexiſſe de illis, quæ rudia,& abſque vlla correctione nobis noxia, & pernitioſa ſunt; quę mox correcta vtilia fiunt: nam alia pernitioſa ſunt,quæ deleteria dicuntur,hæc nullum in medicina vſum habent nullo,namque modo corrigi poſſunt,vt corporibus vtilitatem præbeant, ea imò interimunt venefica ſua facultate prope occulta qua naturę humanæ adeo contrariantur,vt quantumuis paucum de eis vel ore deglutitum aut olfactum,ſiue exterius applicatum nullo modo concoqui poſſit,alterari, neque expelli, ſed partem potius ſibi coniunctam corrumpere,reliquaſque circumiacentes ex conſenſu afficere tentans,donec totum animal ſit extinctum, niſi virtus patientis valentior ſit, aut alexipharmacis occurratur,

hæc omnia apertiſſime diſtinxit Galenus libro ſexto Hippocratis de morbis vulgaribus com.6 aphor.5. cuius verba propria ſunt iſta, ſed exiſtimabit fortaſſe quiſpiam purgantium quoque medicamentorum materiam inter mortifera eſſe cenſendam, nam & hæc vltra modum exhibita nos interficiunt: quod ſi conceſſerimus conſequens etiam erit vt Alexipharmaca, & Theriaca ſint in pernitioſis numeranda quia ea quoque tollere homines queant, niſi quis parũ eorum omnino aſſumat; quamobrem medici multa medicamenta non mortifera vocare videntur, quod ipſorum temporibus quibuſdam vtilitas neceſſaria ſit, ea vero appellare deleteria, id eſt pernitioſa quæ nullo vnquam tempore ęgrotis hominibus, aut bene valentibus opem ferunt; nam neque Aconitum, neque Argentum viuum, neque argenti Spuma, neque Marinus Lepus, in corpus aſſumpta vllum nobis afferunt emolumentum, non æque tamen dixit Galenus de argento viuo, at venia dignus eſt cum generoſe faſſus ſit nullum eius feciſſe periculum, vti legitur lib.9. de ſim.med.fac. his itaque Galenus nos docuit medicamenta non eſſe temere propinanda cum alioquin ipſa ſoleant naturam alterare quemadmodum ipſe Galenus aſſeruit libro quinto de ſimpl. medic. facult. capite primo: præterea libro de venæ ſectione inquit purgantia medicamenta magnum periculum habere adiunctum; mox libro Quos, & quibus purgare conueniat cap.25. inquit omnia medicamenta purgantia ventriculum ledunt: quare conſuluit, Commentario ſecundo de ratione vict. acut. pro præcipua cautione ne offendatur Natura, vt præparetur medicamentum purgans quod datur, vt purum non ſit, ne ve ſincerum, ſed aliis quę malitiam ipſius hebetare poſſunt miſtum ac temperatum ne medicamenti vis os ventriculi attingat & ledat: & in libro Hippocratis de humoribus Commentario primo recenſuit corrigenda eſſe medicamenta, idcirco odorata admiſcere ſolemus, ne ſola medicamenti facultas ventriculi os attingat admiſcentur autem ſemina quæ vim medicamentorum obtundant, ipſorumque actionem nõ impediant: vnde cum vellet Galenus reddere rationem cur Veteres Medici miſcuerint multa ſimplicia medicamenta dixit libro de Theriaca ad Piſonem capite quinto illos ex cognitione naturæ ſingulorum edoctos reperijſſe, & quę intentis erant qualitatibus aliorum miſtione remittenda, quæ acribus hebetãda cenſuiſſe: ex quibus conſtat varie paranda eſſe medicamenta pro varia eorum natura, nec non pro varia partium, viſcerumque corporis temperatura iuxta Galenum pręſertim libro quinto de ſimp.med. facult. capite 12, adeo vt medicamenta omnia quamuis calida extreme, vel frigida ſint, ſiue alia pharmaca purgantia dummodo temperentur, & in exigua quantitate ac tempore congruo adminiſtrentur interius atque tuto propinari poſſunt: quorum exempla pleraque habemus in Galenum præcipue libro tertio de temperamentis capite tertio, & quarto aſſeruit enim ipſe multa ex ijs quæ intro ſumuntur certo tempore, & certa quantitate, ac aliis miſta conferre, ſed è conuerſo intempeſtiue, & largius ac ſola abſque aliorum correctione exhibita, ledere: & inde prodidit exemplum haberi ex cibis, igni, medicamentis, ac tandem omnibus quæ corpori occurrunt: hoc itaque ordine ſi a cibis incœperimus nobis cõſpicuum erit explicaſſe Galenum loco nuper ſupracitato multa quę prout nutrimentum comeduntur, & in ventre concoquuntur, & in venis in ſanguinem

vertuntur,

Digitized by Google

vertuntur, attamen illa cuti impoſita eam erodunt atque exulcerant quemadmodum ſunt ſinapi, muria, allia & cępæ, eodem autem loco animaduertere nos docuit ipſe cauſam huius differentiæ aſſerens ſi allia, ſinapi, & ſimilia citra alium cibum ſola aſſumantur intus multum moleſtię, & mordicationis vētriculo allatura eſſe. quamobrem palam eſt vt tam interius quam exterius eadem ſit in eis facultas operandi videlicet vrendi, & exulcerandi quę tamē vis prohibetur, aboleturq; admiſtione alterius ſucci dulcis, vel cibi ſi comedātur etenim conſuetudo eſt comedendi huiuſcemodi acria cum alijs cibis, & ſuccis admiſta ex quorum ſocietate in multas partes diuiſa quoquo verſus ferantur, cum vno loco non permaneant, ſed varie diſtribuuntur, & acrimoniam amittunt nam celeriter, & eorum concoctio, & partium ſeparatio perficitur, ita vt quod conueniens in eis eſt aſſimiletur quod ſuperuacaneum, & acre per aluum vrinas, & ſudorem excernatur: iuxta vero ordinem inceptum ſequitur loqui de igne, vbi Galenus aſſeruit ex mediocri flamma nos iuuari cum nonnunquam opus ſit ea, ex qua immodica vero vtimur eodem modo oppoſita tamen qualitate attulit exemplum aquæ, hæc enim contrarię qualitatis igni exiſtit idcirco ait frigidę potio quę mediocris eſt confert quę immodica eſt maximam affert leſionem: hinc itaque Galenus æquiparauit huiuſcemodi naturis, & qualitatibus medicamenta nempe igni quæ calida ſunt, & aquæ aſſimilauit ea, quæ frigida ſunt; & ideo inquit, quid miri eſt eſſe medicamen aliquod adeo calidum poteſtate, vt ſi multum eius ſumatur, ac in vacuum corpus inferatur erodat prorſus vtatque, ſin vero exiguum ſit & cum his quæ vehementiam eius remittunt coniunctum non modo nihil incommodi afferat verum etiam calfaciendo iuuet: lachrimam enim vel Cyrenaicam, vel Medicam, vel Parthicam ipſam quidem per ſe citra incommodum ſumere non eſt, at ſi omnino exigua, vel cum alijs in tempore congruente ſit ſumpta magnopere conducit; aliud adducit exemplum medicamenti in cuius compoſitionē ingrediuntur canthar ides, quod medicamentum hydericis prodeſt, quamuis cantharis ipſa veſicam exulceret, verum vbi per ea quę admiſcentur caſtigata eſt ac corpori quod plurimo humore grauatur tum offertur illum per vrinas expellit idem aſſeruit lib. 3. de ſimp. med. fac. vbi paucum ex illis multis miſcetur bonis atque vtilibus, illa quidem velut manu ducunt, rodere tamen nequeunt præterea expoſito exemplo medicamenti cuiuſcunq; calidi accedit Galenus ad alterum exemplum frigidi medicamenti aſſerēs Meconium, quod eſt ſuccus papaueris mutare ac ſtatim vincere corpus noſtrum calorem natiuum eſtinguere, & necis periculum afferre omnia tamen id genus medicamenta ſi exigue ſint data, & vna cum his quæ vehementiam frigoris eorum caſtigare valeant nonnunquam vſum aliquem corporibus noſtris præſtant, idem quoq; atteſtatus eſt Commentario ſecundo in Hippocratem de ratione vict. acut. hic itaque ait, vt autem liquoris papaueris mandragoræ, & alterci, atque aliorum huiuſmodi multorum, quæ & ſubſtantia, & viribus nobis aduerſa, & perimere corpora noſtra apta ſunt exiguam portionem aſſumentes magna ex illis percepta vtilitate perfruimur: nunc reliquum eſt recenſere idem aſſenſiſſe Galenum de medicamentis purgantibus eodem enim loco prealle-gato præter alios plurimos locos dixit ita etiam purgantium medicamen-

ſorum quorum eſt noſtris corporibus natura contraria exiguam ſubſtantiæ
partem amputantes ad commodum vtimur, at præter Galeni auctorita-
tem adeſt Dioſcoridis teſtimonium, cæterumque ſcriptorum, tum veterum,
cum & Neotericorum a quibus multa fuerunt deſcripta exiſtere pernicio-
ſa ante eorum correctionem, quæ mox emendata alijſque admiſta, & aſſum-
pta in pauca quantitate fuerunt inde ſalubria medicamēta, veluti poſtea com-
probauit experientia quorum aliqua in exemplum adducam exordium ca-
piens a Scilla, eam enim cēſuerunt Clariſſimi Scriptores crudam humano cor-
pori noxiam eſſe propter vehementiam virium eius, quæ diuerſimode tollitur
iuxta Dioſcoridis ſententiam, ac prout docuit Galenus octauo de ſimpl. medi-
cam. facult. vbi dixit præſtat autem aut aſſam aut elixam ſumere ſicenim vi-
rium eius vehementia exoluitur: modum autem elixandi aut aſſandi ſcillam
facile eſt videre apud prædictos aucthores: fiunt paſtilli ex ſcilla cocta, & erui
farina hinc ſcillini dicuntur paſtilli qui ingrediuntur in compoſitione The-
riacæ Andromaci deſcriptæ a Galeno libro primo de Antidotis capite nono, &
libro de vſu Theriacæ ad Pamphilianum, nec non libro de Theriaca ad Piſo-
nem capite vndecimo prætere a conſtruitur eclegma, ideſt lambitiuū ex ſucco
ſcillæ crudæ, & totidem mellis teſte Galeno Documento de puero epileptico,
& libro ſeptimo de compoſitione medic. ſec. loc. cap. ſexto ex Aſclepiade ad dy-
ſpnoicos: mittitur Scilla aſſata in compoſitione hieræ Hermetis deſcriptæ a
Meſue: ex ſcilla in fuſa fit vinum ſcillinum vti legitur in Dioſcoridem, fit quo-
que acetum ſcyllinum ſatis approbatum à Galeno libro nono de compoſit.
medicam. ſec. loc. capite ſecundo aduerſus ſplenis affectiones, & vteri: ex ace-
to Scyllino, & melle fit oxymeli Scylliticum, hæc omnia ſunt hodierno tem-
pore in frequentiſſimo vſu, interiuſque aſſumuntur ea vbi exigat neceſſitas:
nunc vero ad cætera properemus, & quamuis ſuperius tractatum ſatis fuerit
de Meconio aucthoritate Galeni in eius quoque aſſertionem addam ibi ali-
quid de Opio ambo enim procedunt ex vna, & eadem planta Papaueris nigri
& ideo ſunt eiuſdem naturæ, & facultatis mortiferæ differunt atque inter ſe
nam opium validius eſt, & ſtillat a capite ipſius papaueris nigri, cuius ſtella, &
cutis in ſuperficie capitis papaueris cultro ſit inciſa, & ita colligitur lachryma,
quæ cum ex ſe inſpiſſetur, & concreſcat cogitur in paſtillos: Meconium ve-
ro ignauius eſt opio, & fit meconium quando capita papaueris nigri, & folia
in mortario tuſa ſint, mox ab eis ſuccus prelo exprimatur, ac inde in paſtillos vt
ſupra cogatur: ex Opio tamen multa eueniunt ſuffragia in medicina nam in-
greditur in confectione vtriuſque Philonii nec non Athanaſiæ magnæ, & Re-
quies magnæ Nicolai, Trypheræ magnæ Nicolai, Mitridati Damocratis, &
Theriacæ Andromaci, atque in compoſitionem pillularum de Cinogloſſa, cun-
cta hæc celeberrima ſunt in vſu Medicinæ, ſed tranſeamus ad Scammoneam
inter mortifera connumeratam, hæc tamen correcta, & alijs admiſta aſſum-
ptaque interius ad ventris purgationem plurimum valet: recēſuit Galenus li-
bro decimo quarto methodi medendi capite decimo ſeptimo Romæ exhi-
buiſſe clam, ac deceptione Scammoneam Mulieri cuidam Illuſtri quæ patie-
batur herpetem in malleolo, & indigens expurgatione corporis tenuebat peni-
tuſque abhorrebat medicamenta, tamen ipſa aſſenſit Galeno perſuadenti aſſu-

mere

Digitized by Google

mere ſaltem Serum lactis, in eo autem clanculum minimum Scammoniæ mi
ſtum exhibitumque fuit exinde inuita expurgata fuit, & ad ſanitatem redacta.
ope Scammoniæ quæ pleriſque alijs componendis vſum habet ingreditur au-
tem tum Electuarijs multis cum, & Catapotijs ſeu pillulis dicamus quemad-
modum ſunt Electuarium Indum Maius, & Minus Meſue, Diaphenicum
Meſue, Electuarium vtrunque ex pſyllio, videlicet vnum deſcriptum a Ioan-
ne Meſue alterumque attributum Montagnanæ, Electuarium Epiſcopi, Roſa-
tum Meſue, de ſucco roſarum Nicolai, Confectio Hamech, Diaprune ſolu-
tiuum, Electuarium de Benedicta ſimplex deſcriptionis Nicolai, Diacartha-
mum Nicolai Florētini, Diarob cum reubarbaro auctore Tuſignano, Diarob
cum Turpeto: at pilulæ quæ recipiant Scammoneam in earum compoſitio-
ne ſunt Pilulæ Agregatiuæ, Aureæ, Cochiæ Raſis, pilulę lapidis lazuli, de qua
tuor reb. magiſtrales: de fumo terræ: de Oppoponaco Meſues: Fætidæ ma-
iores Meſues: ſine quibus: De nitro Alexandri Tralliani: præter autem iſta
quæ ſunt in communi vſu ſolēt in cidonijs pomis Aromatarij coquere Scam-
moneam quam ita præparatam appellant Diagridium: his vero omiſſis refe-
ram Euforbiū, Elaterium Colocynthidem, lathiridem Titimali ſpecies, Thi
meleam, Chameleam, Mezereon, Ciclamen, Pſyllium, Tapſiam, Turpetum,
Elleborū, lapidem Armenum, & lapidem lazuli, ſingula hæc noxia ſunt, mox
tamen præparata fiunt medicamēta ſalubria, quæ propinantur vel in Electua-
rijs, vel pilulis, vel Trociſcis: ſed dum iſta percurro licet comminiſci de ære
vſto, de flore æris, ac de ſquamma æris, hæc enim habent naturam venenoſam
quibus tamen veteres vſos fuiſſe ad purgandum aſſeruit Gabriel Falloppius
libro de medicamentis purgantibus cap. 66 præterea legere eſt Cornelium li-
bro ſecundo capite duodecimo de Deiectione inquit dabantque aut nigrum
verattum, aut filiculam, aut ſquammam æris: quod vt clarius pateat adducā
Galeni ſententiam libro primo de naturalibus facultatibus capite decimo
tertio inquit enim florem æris, & ſquammam æris, & ipſum æs vſtum, & cha
medrin, & chameleonta corpus in aquam reſoluere hidropoſque ab his iuua-
ri; & libro de Theriaca ad Piſonem capite quarto ait aloem, & æris ſquam-
mam expurgare totum corpus; idem prodidit libro tertio de ſimplicium me-
dicamentorum facultatibus capite decimo quinto: ante eum vero Dioſcori-
des libro quinto approbauit æs vſtum cum melle delinctum vel cum hydro-
melite potum, eodemque modo laudauit ipſe florem æris aſſumi, nam extra-
here dixit humorem craſſum: eiuſdem ſententiæ fuerunt alij grauiſſimi Scri-
ptores prout Oribaſius libro ſeptimo ait Squamma æris educit aquoſa per in-
ferna conuenit hidropibus. proſequitur inde flos æris craſſa, & pituitoſa edu-
cit per inferna: eadem cuncta aſſeruit Paulus Aegineta libro tertio cap. 48. de
aqua inter cutem vbi magnopere commendauit Squammam æris inter medi-
camenta aquam educentia, & paulo inferius ſimiliter approbauit æs combu-
ſtum intus aſſumptum: ſed audiamus Aetium Tetrabili prima ſermone tertio
de purgatione cap. 53. æris ſquammam in mellicrato dato non ſolum aquoſos
ſed etiam flegmaticos humores educit: his quoque aſſenſit Auicennas lib. 2.
Tract. 2. cap. 231. inquit enim ſi ęs vſtum bibatur cū hydromelle ſoluit aquo-
ſitatem abſque nocumēto: nonne laudauit ſquammam æris intus aſſumptam
Alexander

Digitized by Google

Alexander Trallianus libro nono capite ſecundo de Aſcite ac eius curatione: ne tamen his reſiſtat aliquis dicens in vſum nos habere hodierno tempore alia medicamenta prædictorum læpidiora, quæ veteribus Græcis ignota fuere, prout ſunt Tamarindi, Senna, & Aegiptia Siliqua, quam Arabes Caſſiam fiſtulam nuncupant, & alia huiuſcemodi medicamenta: verum explicatur ibi conſpicuam, & vniuerſalem fuiſſe veterum ſententiam de quibuſcunque medicamentis purgantibus, cum & Veteres ipſi in duplici genere conſtituta habuerint medicamenta purgantia, nempe quæ valenter ſoluunt, & in minori quantitate adminiſtrantur, alia vero quæ mediocriter ac leniter purgando aluum ſubducunt, quare lenitentia dicuntur iſta, vtraque tamen maximam nobis iacturam facere poſſe aſſeruerunt: cum & lenientia adaucto eorum pondere in vehementer euacuantia facile abire poſſint: præterea nonne Tamarindi aciditate ſua ventriculo debili, & frigido officiunt: nec Senna ventriculo admodum accomoda eſt, & Caſſiam adhibere tantum abeſt, vt proſit vt ſæpenumero noceat cum imbecillia, & leuia inteſtina habentes lædat. in illis enim torſiones flatus, & dolores concitat, & aliquando compertum fuit vſque ad ſanguinem ſoluiſſe: quapropter purgantia omnia vel ſolutiua, aut lenientia ſint ſi recte illis vtamur conferunt alioquin accidit oppoſitum: Iam vero expoſitis quampluri mis exemplis rationibus & authoritatibus nixis quibus probantur medicamenta tum purgantia cum, & alia diuerſa noſtris corporibus noxia, & inepta fieri inde ſalubria medicamenta, & noſtro ſcopo ſatisfacere quando cum alijs conſolantibus componuntur, quæ exceſſus corrigunt, & mediocritatem adducunt; vt facile & ſine moleſtia operentur; reliquũ conſequitur eiſdem probare Atramenta fieri correctione medicamenta optima, quę intus aſſumpta, vbi caſus exigat maximam vtilitatem afferunt, quemadmodũ & citra rationem, & abſque recta correctione, non ſunt temere propinanda, etſi Gal. 8. de compoſ. pharm. ſec. loc. dixerit Atramentum ſutorium contrarię penitus homini naturæ eſſe non tamen dixit putrefactiuum eſſe, cum non ſit equidem tale; neque venenum, aut lethale; ſed corrodens tantum ſi craſſum ſit, diutius immoretur, & copia ſit multa, & ideo Galenus ſexto libro de compoſitione pharmacorum ſecundum locos capite primo de confectione pharmaci ex malis punicis, & aliis ſtomaticis iure optimo dixit ſi vero Atramentũ ſutorium admiſtum ſit non valde deglutire oportet confectum pharmacum præterquam ſi iuxta ſtomacum, aut aluum vlceroſam affectionem fieri ſuſpicemur, quin etſi in ipſo ore maligna vlcera fiant præſtant ex Atramento ſutorio medicamenta ſufficit autem drachma ad prædictam compoſitionem admiſta in qua vnam mellis libram conijci eſt relatum, ſed & plus quandoque recte inijcitur ad vlcera putrefacta: prædictis itaque Galenus apertiſſime approbauit aſſumi Atramenta per os, & docuit nos componere ea quibus quoq; conferat pharmacum ex eis compoſitum, explicauit inde ſeptimo de compoſ. pharm. ſec. loc. fere in calce capitis vltimi recenſuit aliud pharmacum ex mente Eugenii conferens ad Orthopnoicos Tuſſientes peripneumonicos tabeſcẽtes ægre ſpirantes. & hepaticos in cuius pharmaci compoſitione ingreditur bona quantitas Myſios quod eſt prima ſpecies Atramenti metallici, prout legenti conſpicuum eſt ex hoc autem pharmaco iuſſit exhiberi cochleariũ cũ

aquæ

aquæ cyathis duobus aut tribus ſi res vrgeat ante, & poſt cibum: Ianus Cornarius Commentario in Hippocratem libro de natura muliebri approbauit Myſim intus aſſumi, ſic dicens ſi concipere nolit Myſios fabæ magnitudinem aqua dilutam bibendam dato, & per annum non concipiet: præterea nonne ingreditur chalcitis vſta tamen in compoſitione Theriacæ Andromaci Senioris ſicuti legitur in Galenum libro primo de Antidotis ſecunda parte Elegiæ Chalcitimque vſtam conſociare iuuet, & in deſcriptione Theriacæ Iunioris Andromaci capite ſeptimo eiuſdem libri ſequuntur iſta, Rubricæ lemniæ, Chalcitidis vſtæ, & libro de Theriaca ad Piſonē capite decimo repetitur chalcitidis vſtę quod & libro de vſu Theriacæ ad Pamphilianum eſt ſcriptum, ex quibus plane conſtat poſſe tuto adminiſtrari Atramenta correcta, & præparata, corriguntur autem pluribus modis, quemadmodum prodidit Galenus Cōmentario quarto in ſextum librum Hippocratis de vulgaribus morbis tex. 19. vbi tractat de materia medicinali, dixit ſit igitur interdum vt corporibus ipſis ſponte natis ad curationem ac ſalubrem victus rationem vtamur. Interdum vero vt in materia præparanda nos aliquid faciamus, vt quædam decoquamus, quædam aduramus; quædam lauemus, aut prius condiamus, aut prius humectemus, aut refrigeremus, aut aliquid aliud huiuſmodi efficiamus: modum itaque condiendi Atramenta ſcriptum nobis reliquit Galenus ſexto, & ſeptimo de comp.phar.ſec.loc.vt ſupra nempe admiſtione aliorum conſolantium, ſed præcipue mellis veluti fecerunt Dioſcorides, Auicennas, & Serapio, vbi approbarunt Atramentum ſutorium cum melle, vel hydromelle aſſumptū ad enecandos aſcarides, & vermes: verumetiam prępanantur per modum lauandi, prout iam expoſitum fuit ſuperius capite de prima differentia Atramēti ſutorij quæ a Neotericis Coparoſa appellatur, ibique tractatum fuit de eius præparatione cum crebra lotione facta aqua roſata ac quomodo eam tunc ita pręparatam propinent aduerſus diram pęſtem; eodem fere modo Cornarius etiam conſueuit aqua diluere miſym mox eam intus exhibere, perſimili modo Magnus Galenus ſecundo de compoſitione medicam. per genera cap. 2. docuit conterere metallica præſertim Atramenta eaque acri aceto vice aquæ pluribus diebus alleuigare in ſole calido ignis loco, vnde ait quod in eis mordax eſt miteſcere virtutemque nihilo fieri minorem, imò bonitatem augeri cum tenuiora fiant: hinc proſequitur aſſerere ſi comburantur, & combuſta ex aceto leuigentur multo præſtantiora fiunt, quapropter tertio de compoſ. medicam. per genera cap. 3. ait, eſt igitur valentiſſimū metallicū ex his cōſtructū vnā partē crudæ Chalcitidis habēs duas Miſyos ſimiliter crudi, tres æris ſquāmę: Inualidiſſimum vnam itidem Miſyos, & Chalcitidis, ſed vtriuſq; cōbuſti, & mox quarto de compoſ. medicam. per genera capite primo prodidit atque hoc etiam memineritis quod cōbuſtis elotiſque mordicatio quæ prius adfuit edomatur ac interit: & quamuis Galenus locutus ſit ibi de remedijs externis conferentibus vulneribus, & vlceribus putridis exempla tamen ſcripſit vniuerſalia quæ inſtituto noſtro ſatisfaciunt, eo magis cum paulo ſuperius probatum fuerit locutum fuiſſe Galenum ſexto, & ſeptimo de compoſ.pharm.ſec.loc de pharmacis interius aſſumendis compoſitis autem cum Atramentis: hæc itaque vſtione, & lotione caſtigata mitiorem lepidioremque naturam acquirunt

adeo

adeo quod ſine morſu munere ſuo funguntur, quemadmodum aſſeruit Galenus libro de Theriaca ad Piſonem capite decimo ſexto, inquit enim multa in arte medicamenta quamdiu priſtinam ſuam naturam retinent acerrima eſſe, & noſtris inimica corporibus longus vſus nos docuit, hæc domita ignis vi ad curationem fiunt vtilia nam, & Chalcitis cruda corpus adurit, & cruſtas facile excitat, combuſta vero vlcera cicatrice concludit, nam multa ignis commercio meliora redduntur: quæ luculenter expoſuit Auiccennas libro ſecundo Tractatu primo capite quinto aſſerens omnes quidem medicinas acutas ſi aduran tur amittere acuitatem ac malitiam, reſoluitur enim ignea ſubſtantia quæ in eis erat infixa ſicut Atramentum, & Colcotar; cuius contrarium accidit illis quæ ſunt ſpiſſæ ſubſtantiæ, nec in eis reperitur virtus calida nec acuta quæ tamen per aduſtionem acquirunt virtutem vrentem ceu lapides, ex quibus fit calx idem accidit de Tartaro, Serapio autem inquit omnia mineralia per vſtionem meliorari præterquam ſal, fœx vini, nitrum, & calx, attamen omnia vſta ſi lauentur mordacitatis expertia fiunt, & quanto, magis lauantur, tanto magis moderata redduntur, quæ abſque mordacitate eſiccant: eiuſdem ſententiæ fuit Oribaſius libro decimo quinto pag. 639. noſti præterea omnia vſta vbi lota fuerint moderatiora minuſque mordacia reddi: eadem aſſeruit Galenus nono de ſimpl medic. facult. vbi tractauit de Chalcity, & de calce & capite de metallicis medicamentis; ex prædictis igitur ſatis patet Atramenta per vſtionem ac lotionem domata amittere vim igneã corroſiuam, at in vniuerſum moderata fieri adeo vt minime mordeant, quibus tamen virtus aſtrictoria non penitus aboletur eſiccatoria vero tuetur placida, & temperata ita vt nõ modo vtilia tuta, & ſalubria verum, & neceſſaria ſunt prout medicamenta quæ interius exhibita aduerſus multas ægritudines conferunt veluti pluribus in locis explicatum fuit ſed præter alias ægritudines, memini efficacia eſſe his qui ſanguinem expuunt; atque ſi cum hermodatilis incorporata ſub lingua detineantur ranulam ſanant: multaque alia cõmoda præſtant iam hucuſque recenſita pleriſque teſtibus tam ex eis, qui priſcis ſæculis dixerunt, quamqui inferiores atque noſtro ſæculo ſuperſtites fuerunt qui non fruſtra limitarunt Atramentorum vires ac differentias.

In multis Cibarijs percipitur qualitas, & natura vitrioli quemadmodum, & in atrabile in corporibus noſtris ſuperabundanti. Cap. XXI.

EX præhabitis conſpicuum ratumque habetur requiri ordinem in rebus, quippe in doſi, & modo adminiſtrandi medicamenta, hoc etiam diſcrimine, veluti ſint præparata, vel ne perpendere licet: cum enim corpora noſtra lædantur quandoque non modo a medicamentis, tum metallicis cum alterius generis, verumetiam a cibariis temere inordinateue aſſumptis: alioquin diſcrete vſitata ſummo auxilio ſunt: Verumenim cõſiſtit opus in diſtincta cognitione gradus qualitatis ipſius rei, & quocunque modo adminiſtretur:

Digitized by Google

miniſtretur: nam ſi corroſiua ſit qualitas contemperari tamen ratio perſuadet, experientiaque docet; at nonne pleriſque vtimur in condiendis cibis, eſcis atque potionibus, quibus veſcimur ad ſarciendas vires, & ad vitam noſtram tuendam, quæ tamen habēt vim aliquam corrodendi, prout Saccharum, Mel, Sal, Acetum, Citria mala, Aurengia, limones, & in vino Tartarum, & huiuſcemodi alia: etſi hæc nobis tanquam neceſſaria ac perutilia in frequentiſſimo vſu habita ſunt: nihilominus ſi intueamur ex ſaccharo, & melle, quanquam lauta ſint, diſtillari aquam, quæ margaritas diſſoluere poteſt, necnon auri ac pariter argenti folia aut eorum ſcobem: ſi melle etiam liniatur cuprum adeo corrodit eum quod facit viride æris: Verumtamen atque mel facile vertitur in ſanguinem pari modo vt vinum, & caro, & lac teſte Galeno libro tertio de temperamentis capite quarto: melli autem proximum eſt ſaccharum, vt placuit Galeno libro ſeptimo de ſimpl. medicam. facult. ex his Iulepi, Sirupi, eclegmata, electuaria, & alia medicamenta fiunt, quæ in corpus recepta affectibus medentur: alia vero condita parantur ad alimenta, & ad ſaporis gratiam, præter quod omnia quæ in his obruuntur diu quoque cuſtodiuntur ſeruanturque: verum atque ſale communi quotidie vtimur in cibis qui genus humanum ſuſtentant, eis enim ſuauitatem quandam cum mordacitate inducit ſal quare epulas magis appetere agit rectamque coctionem efficit ac prout balſamum a corruptione corpora tuetur: nihilominus corrodit, & ipſum ferrum, æs, plumbum, ſtamnum, cæteraque corpora ſolidiora, hominis corpore, præcipitatque argentum viuum: quamuis ſal temperate adminiſtratum ſit adeo naturæ gratum quod nil ſatius optari poſſit, ita vt abſque eo eſſet fere imperfecta, iccirco Galenus præ alijs locis libro tertio de alimentorum facult cap. 41. ſcripſit ſalem condire cibos, & libro de ſimplicib. medicaminib. ait ſalis virtus eſt quod omnibus cibis admiſtus conuenit, & orexim facit, faſtidium auertit, & nauſeam prohibet: Sequitur nunc animaduertamus eſſe limones, citrea ſiue medica mala, aurantiaque tam in conuiuijs grata, & dapibus vſitata, præterea medicinæ vſu inter ſalubria cordialiaque habentur, vt puta Syrupum ex ſucco citri acido cum Iulepo id eſt Saccharo aqua diſſoluto, & albumine oui clarificato, huiuſcemodi Syrupus extinguit ſitim, febribus peſtilentibus ſummopere præſtat, & omnibus a flaua bile ortis, vt aſſerit Ioannes Meſues libro tertio ſection. ſecunda de ſyrupis: verum multis aliis affectibus confert quemadmodum, & ſyrupus de corticibus citri, ſyrupuſque de limonibus, hæc affinitate congenera ſunt præditaque exiſtunt tenuitate aceroſitate, & acredine ita vt vniones, coralia & quæ lapidea ſunt, facile temporis ſpatio, & calore temperato diſſoluant: nihilominus cibis aſſumpta citria, limones & aurancia, quęuis eorum cruda aut condita, & quouis modo eſa tantum abeſt, vt obeſſe poſſint quam maxime proſunt cum reuera venenis aduerſari certum ſit, eiuſdem ſententiæ legitur fuiſſe Plinium lib. 23. cap. 6. iccirco Galenus libro ſeptimo de ſimplic. medic. facult. ait Citrium editur: & libro ſecundo de alimentorum facultatibus cap. 37. repetit edi citrium, & præſertim cum aceto, & garo, vt ſapor excitetur ac facilius coquatur: proinde progreditur ipſe Galenus approbare ſuccum expreſſum e citro, & medicamentis immiſtum, quæ per os aſſumuntur, hęc autem omnia habemus experientia, & continuo vſu; præterea ex

limonibus

Digitized by Google

limonibus quibus nil ſit diminutũ ſublimatur aqua per alembicum vitreum; quæ in potu hauſta vrinas ciet, calculoſque ſoluit, frangit, & expellit, lumbricoſque necat; exterius vero applicita faciei maculas tollit, & nitorem conciliat: Verumetiam ex floribus odoratis arancij elicitur aqua per organa vitrea quæ æpota ſeſqui vnciæ pondo ſudorem excitat, & aduerſus febres opitulatur, vt recte ſenſit Rembertus Dodoneus libro de ſtirpium hiſtoria: Reliquum eſt diſquirere de aceto, & tartaro quæ ambo proueniunt ex vino, etſi ex vtroque fiat tartarum origo tamen, & fons equidem eſt vinum idipſum vero poteſtate ſanguinem appellari, ſcripſit Galenus libro tertio de temperamentis, cap. 4. eo quod facile fiat ſanguis proprium vitæ fulcimen ſi ſobriè hauriatur: vbi vero corrumpatur vinum acceſſit, quare Galenus libro primo de ſimpl. medicam. facult. cap. 17. differens de aceto aſſeruit eſſe vinum mortuum, amiſit enim ſuauitatem vini atque eius vigorem, & acquiſiuit acredinem, hinc alij nuncuparunt ipſum vinum acre quod vulgo indicat acutum ex qua voce mutato, v, in e, exiſtimarunt quidam non ab re denominari acerum: in hoc magna percipitur acciditas cum acredine qualis cernitur in phlegmate ſiue ſpiritu dicas vitrioli ita vt conuenire videatur vitriolum cum aceto, quamobrem in aceto ſpiritum vitrioli latere placuit Ioſepho Quercetano in libro Tetras quod replicat in Pharmacopœa Dogmat. vbi apertiſſimè dixit inter omnia vegetabilia acetum proximè ad naturam vitrioli accedit; tanta itaque depræhenditur in aceto aſperitas viſque quod in tabem margaritas reſoluere experientia habitum eſt, qemadmodum prodidit Plinius libro nono cap. 35. vbi attulit exemplum Cleopatræ Aegypti Reginæ, quæ duos immerſit vniones maximos in aceto mox ſolutos exhibuit Antonio in cena qui ioco abſorbuit eos; Aliud vulgatum celebreque exiſtit exemplum Annibalis Carthaginenſium Ducis, qui alpes ſibi peruias feruenti aceto fecit vt expeditus traijceret, & in Italiam venit: corroſiua enim ac penetrabili facultate pollet acetum diſſoluere, & comminuere ſaxa, gemmas, metalla, & alia quæcunque corpora dura, quod præter experientiam, ratum habetur etiam ex Galeni ſcriptis libro primo de ſimpl. medicam. facult. cap. 20. nempè acetum poſſidere facultatem ſecandi diuidendique, quare erodit non modo animantium corpora, ſed & grummos, callos, lapides, fictile æs ferrum, plumbum, & c. fere eiuſdem naturæ quippe aceti ſunt; idemque operantur, quæ acida, & acerba ſunt, quemadmodum ſupra commemorata citria & id genus alia. nihilominus aceto concinnantur herbæ, radices, fructus, carnes, piſces, ac quæcunque alia cibaria præcipue in prima menſa cenæ fiunt acetaria ad excitandum appetitum; ideirco Galenus libro de attenuante victus ratione capite vndecimo ſcripſit acetum eſſe conditurам ciborum; at præter vſum victus plura quoque in medicina præſtat; Vnde Galenus libro 1. de ſimpl. medicam. facult. cap. 29. ait æſtiuo tempore oxicrati potu quidam plane refrigerantur hoc eſt poſca, quæ fit aceto, & aqua ad inuicem miſtis, & coctis: & libro 10. Methodi medendi cap. 11. de alimentis hæcticorum, eis exhibet ptiſanæ cremorem, cum ſale, oleo, & aceto: inde progreditur, & lac aſininum, cum melle, & ſale: præterea ex aceto, aqua, & ſaccharo paratur ſyrupus acetatus Metues, vulgo dicitur acetoſus, tum ſimplex, cum & compoſitus; pari modo fit

oximel

Digitized by Google

oximel ſimplex, & compoſitum addito melle vice ſacchari, oximel autem eſt acetum mulſum tantopere celebratum ab Antiquis & à Recentioribus atque huius ſæculi medicis clariſſimis in multis diuerſiſque affectibus: Nunc ſupereſt non ignorandum è vino tartarum concreſcere inſtar cruſtæ, & cadorum lateribus adhærere, quod Germani appellant lapidem vini, Hoc eſt, adeo corroſiuum quod argentum cuprum cæteraque metalla rodit: Verumtamen in cibis gratiſſimum guſtui eſt vini tartarum, & in ferculis confert vt bulliat nam ferculum reddit delectabile cum acetoſitate quadam, etſi in cibis vſitatum tartarum molitum; vt aliquorum mos eſt pinguedinem extenuat; præter quod mite emollit lubricatque ventrem, Gabriel Fraſcatus lib. 3. de aquis Returbij pagin. 112. conſueuit ad leniendam aluum exhibere tartari è vino albo puluerizati dragmam cum cibis vel aliquo iuſculo: at ſi aſſumantur tartari moliti drachmæ tres aut vnciæ dimidium cum melle roſato aut cum oleo, puluere maſticis addito ſubducet aluum: iccirco Antonius Guainerius in Cōmentariolo de paſſionibus ſtomaci, cap. 15. de cura generali corrupti appetitus deſcripſit puluerem ſolutiuum ex tartaro: preterea addit exhibere de ſimplici puluere tartari à drachmis ternis, vſque ad vnciam vnam, & peroptimè operabatur: hinc Tractatu 15 cap. 10. de euacuatione malenconiæ fæcalis prodidit puluerem ſolutiuum in cuius compoſitionem ingreditur tartarum: demum Commentariolo de ægritudinibus matricis, cap. 22. de cura difficultatis impregnationis approbat naſcale ex puluere tartari, & ſucco millefolij quod mirabile ſuccedit, & Bartholomæus Montagnana vir celeberrimus in ſuis Conſilijs aſſeruit tartarum intus aſſumptum ad multa conducere, & opitulari, vti eſt legere, conſil. 102. cap. 3. Aliam compoſitionem cum tartaro prodit, conſil. 122. cap. 3. & aliam compoſitionem conſil. 131. quemadmodum, & conſil. 168. cap. 5. necnon in Antidotario ipſius Montagnanæ aliam compoſitionem conſpeximus: omnes tandem huiuſcemodi compoſitiones cum tartaro deſcripſit aſſumi per os pro lenitione ventris: quemadmodum egit etiam Hieronymus Caleſtanus in libro obſeruationum artis pharmaceuticæ: Alter autem modus præparandi tartarum magis approbatur à Spagiricis quo ventris lenitiuum efficacius aliorum euenit: vt ſi teratur tartarum è vino albo potenti mox aqua communi pluries lauetur vt ab omni immunditie exuatur inde in fictili olla vitro obducta diu ferueat opus eſt cum multa aqua, demum reponatur vas loco frigido, & aliquo tueatur tegumento ab omni re extranea; dum enim refrixerit cryſtallinus cremor concreſcet ſupernatans aquę qui altera die ſeparatur cochleari perforato, exponiturque aeri, vt exiccetur: Hic in potu aſſumptus iuſculo à dimidio drachmę vſque ad vnam drachmam placide ſubducit aluum abſque nauſea; qui autem dulci delectantur ſapore commiſcent tartari cremorem cum ſaccharo: Cuncta igitur iam enarrata terminantur in hanc concluſionem quod omnia obtemperari poſſint, exceptis deleterijs, quæ adeo humanæ naturæ aduerſantur vt nullam correctionem accipiant, at ſemper in peius vſque ad necem operantur: Verum quæ corrigi, & temperari poſſunt proinde ordine, ac menſura adminiſtrari tutiſſima ſunt prout cibaria pro nutritione corporum perfecta: ita & medicamenta præparatione fiunt ſalubria aduerſus ægritudines quemadmodum demonſtrauimus de

mus de

Digitized by Google

mus de vitriolo, & de cibis in quibus exiſtunt vitrioli qualitates, nihilominus dementes contemnunt, nam ignorant equidem huius medicamenti facultates, hoc quippe rite paratum eſt inſtar balſami æſtimandum, non enim corpus interimit verum multas tollit affectiones, non modo virilem ętatem agentium, ſed etiam puerorum.

Atramenta temperata conferunt quemadmodum, & Aquæ Thermales Atramentoſæ, & Aluminoſæ: Quales ſunt Aquæ de balneis volaterranis, & aliæ Villenſes. Cap. XXII.

EX antecedentibus itaque liquido patere vbique poteſt tuto propinari Atramenta, ordine, & modo ſuperius ſtatuto, eis vero dubio procul conſequitur æque magis tuto adminiſtrari poſſe, quæ eorum minus acria ſunt, quale eſt Atramentum Sutorium videlicet vitriolum, quod meminiſſe expedit pluries inter Atramenta probatum eſſe molle, verum etiam perſuadet eadem ratio omnium magis tutum exiſtere illud tertiæ differentiæ Atramenti Sutorij quod appellatur coctile, & vulgare eſt vitriolum eo magis cum à veteribus non modo paruifactum ceu aliorum vilius cum inutile quoque exiſtimatum fuerit: idcirco nullum Medicinæ vſum antiquitus habuiſſe ab eis aſſertum fuit omnium enim hoc magis dilutum, ac imbecillius equidem eſt nihilominus ſingula Atramenta quęcunque ſint, aut Metallicum, aut Sutorium adeo temperari poſſunt, vt tuto atq; magna vtilitate aduerſus multas affectiones propinari poſſint, quemadmodum e conuerſoneutrum eorum quantumuis imbecille non eſt temere adminiſtrandum abſque aliquo temperamento exemplum enim huiuſcemodi temperamenti conſpicuum nobis oſtendidit experientia habita ex aquis thermalibus ſiue metallicis, propriè appellatis, quibus ſucci minerales admiſti ſunt præſertim vbi chalcanthi ſuccus ſit aquæ miſtus, nam ſi in nimia quantitate erit ſuccus faciet aquam acrem nimium noxiam, & pernitioſam, ſi vero in pauca quantitate erit ſuccus Chalcanti miſtus aquæ eam reddet acidam aſtringentem cum quam minima acredine fere perceptibili, & ideo potabilem eamque appellant aquam balnei medicatam, & ſalubrem vnde Galenus primo de ſimpl. medicam. facult. capit. 7. approbauit huiuſcemodi aquas miſtas aut Alumine, aut Chalcite, aut Sale, aut id genus alias, & inquit eſſe huius conditionis aquas illas Italiæ quæ appellatæ erant albulæ, & prodidit idoneas eſſe deſiccare vlcera, & maximè ea quæ fluxionibus tentantur, mox reprobauit ipſe aquas, quæ ſunt multum acres ait enim quocirca earum nonnullæ vlcera quoque exaſperant nempe quæ acres admodum ſunt, & mordaces: quapropter reperij etiam Georgium Agricolam diſtinxiſſe aquas atramentoſas ſecundum magis, & minus, videlicet, in duas differentias, quarum quædam ſunt potabiles, & ſalubres, aliæ vero pernitioſæ, & lethales, vnde libro ſecundo de natura eorum quæ effluunt

ex terra

ex terra pag. 108. ſcripſit Aquæ Atramentoſæ ſiue ipſum atramentum ſutoriũ ſiue Miſy, ſiue Chalcitida, ſiue Soty, ſiue Melanteriam combiberunt eaſdem vires, vt Aluminoſæ habent multo tamen efficaciores, quod multa acrimonia cum aſtringendi vi ſit coniuncta, quare proſunt vlceribus, quæ paſcendo ſerpunt, ſed ſi nimium fuerint acres necant, talis videtur fuiſſe aqua ſtygis fluuij Theſſaliæ qua Alexandrum nuauit Antipater: præterea pag. 116. eiuſdem libri de ſimilibus diſcurrendo dixit equi ſybarim potantes agitantur ſternutamentis quas atramentoſas eſſe ex eo perſpicuũ eſt, quod eædem nigros faciant, non tantum boues, & oues, ſed etiam hominum capillos nigros, duros, & criſpos faciunt, Agricola autem appellauit Sybarim flumen in Thurijs, ex quo fluunt aquæ miſtæ, cum atramentorum ſucco, nam acredine excitant ſternutamenta, & acerbitate inducunt nigrorem, præterea aſſeruit aquas atramentoſas balneorum non multum acres, ſed temperatas conducere, mox atque deteſtatus eſt eas multum atramentoſas, nam præ nimia quantitate ſucci atramentoſi in illis aquis admiſti acres admodum, & mordaces fiunt eædem, vt non modo corpora humana corrodere poſſint, cum etiam vaſa ænea, & ferrea erodendo prorumpant: ſed omiſſis aquis mineralibus pernitioſis, de quibus non erat loqui hic meum inſtitutum, nihilominus in earum ratiocinationem neceſſario incidi admonitionis aliorum gratia, nam ſupradictis magis conſtabit modus dignoſcendi aquas minerales prauas à bonis, quibus habitis reuertam ad illas, quæ ſalubres, & medicatæ appellantur, nam ad profligandos corporum affectus maximè conducunt, eiſque corporibus ægris ſalutem afferunt, ſiue in potu aſſumantur, ſiue in ipſis aquis thermalibus balneentur corpora ægra iuxta occaſionem, & ideo ab earum affectibus aquæ dicuntur balneorum, & medicatæ de quibus diſcurrens Auicennas libro primo, Fen ſecunda, Doctrina ſecũda, capite decimonono commendauit magnopere aquas atramentoſas, & aluminoſas aſſerens eas ſupprimere hemoroidas, & menſtrua, ſanguinis ſputamina cohibere, ſudores ſuperfluos compeſcere, egreſſionem ani, & aborſum prohibere, & chacheſiam tollere: eadem inſinuauit ipſe Auicennas libro ſecundo, tractatu ſecundo, cap. 58. mox ex Recentioribus Gabriel Fraſcatus Brixianus libris editis de aquis Returbij Ticinenſibus probauit eas continere Alumen, & Chalcantum cum alijs mineralibus, atque eas mitis facultatibus præditas eſſe decantauit, nihilque venenoſi ineſſe in eis aſſeruit, bona autem cuncta poſſidere eas probauit, & a malis omnibus carere, imo in potu aſſumptas multos grauiſſime ægrotantes curare ait; verum præter illas nonne adſunt aliæ aquæ thermales, & ſalubres, quæ nobis ſunt in frequentiſſimo vſu pro pleriſque morbis debellandis quemadmodum aquæ villenſes ſunt in agro lucenſi, quæ per totam Italiam, atque extra Italiam deferuntur, hæc in ſe miſtum habent alumen teſte Gabriele Falloppio Tractatu de aquis Thermalibus, nihilominus conſueuere Medici maioris æſtimationis in potu eas exhibere magna ægrotantium vtilitate, ſed alumen cognatum eſſe Chalcantho iam olim probatum fuit, quin vero melius excogitari poteſt, quam aqua fluens à Sacro Fonte in Agro Volaterrano, & appellatur ægrotorum balneum, & ab Incolis vulgari idiomate nuncupatur Bagno al morbo, ipſius balnei aqua continet in ſe commiſtum ſuccum Chalcanthi, & aliorum atramentorum at-

tamen aſſumitur in potum, & ad alios pleroſque vſus adhibetur, & tantum abeſt, vt necet, cum ad paranda edulia maximè ſit idonea quemadmodum aſſeruit Fallopius tractatu ſupracitato capite octauo, & altero capite trigeſimo ſecundo, prætetea cuncta docuit experientia, quæ in omnibus certiores nos reddit: Solent atque arte fieri aquæ metallicæ medicatæve exemplo Naturæ adeo ſimiles illis ab eadem Natura productis, vt eaſdem quoq; facultates obtineant, cum enim ars æmuletur ipſam Naturam, vnde hæc etiam aquæ ſunt fere naturales quamobrem non recipiunt in ſe aliud extraneum præterquam ſi ſimplicia naturalia, ex mineralibus ad inuicem arte coniungantur aqua ſimplici reſpectiuè loquendo, eadem aqua fit miſta, vt exempli gratia ſi Alumen, aut vitriolum, vel Atramentum dicere malis, vel aliud ſimile obruatur in aqua dulci, vt ſoluatur in ea mox enim illius metallici vires, & qualitates remanent impreſſæ in aqua, quæ amplius non erit dulcis, ſed miſta, & à miſto in ea prædominante exiſtit alterata in odore ſapore, ac reliquis qualitatibus ipſius miſti magis tamen, vel minus, iuxta maiorem, vel minorem quantitatem miſti mineralis, hinc ab eodem miſto denominatur aqua, quemadmodum ab Alumine Aqua aluminoſa dicitur, & ab Atramento appellatur Atramentoſa, & ſic de ſingulis cenſendum eſt: ſic euenit Aquis balneorum naturalibus, quæ viſceribus terræ mineralis fluunt, & per ſuos cuniculos lambentes metallica abradunt ea ſecumque miſta deferunt, cum ſuis qualitatibus ad fontes balneorum a quibus tandem ſcatent eædem aquæ miſtæ ſubſtantia minerali, hinc homines Naturam ducem proſequentes non diſſimili ratione nixi fuerunt eam imitari, quapropter multiplici experientia obſeruarunt aquam dulcem, fieri mineralem naturę, & facultatis illius mineralis, quod in ea obrutum fuerit, hoc etiam propoſitum confirmauit Galenus primo de ſimpl. medic. facul. fere in calce capitis ſeptimi, vbi ait, imitari autem potes ſicut marinam, ſic aliarum quamlibet ſubſtantia, videlicet admiſta, quæ in quaque vincere conſpicitur, nam ſulphure in aquam dulcem indito ſulphuroſam effeceris, Alumine aluminoſam, ac eodem modo aliarum vnamquamque: pro comperto itaque habemus aquas dulces fieri arte atramentoſas, & potabiles pro vſu Medicinę prout thermales ſunt, nempe ſi atramenta ſoluantur in eis, quapropter conſequitur, vt interius tutoque adminiſtrari poſſint atramenta de quibus non erit amplius, quod quis ambigat, dum ipſa correcta propinentur, quemadmodum ſæpe explicatum fuit: idcirco ne opus hoc de atramentis longius, quam iuſtum ſit, videatur finem ei imponam, vt in poſterum quoque Fauente Omnipotente Deo agredi poſſim deſcriptionem quartam, de atramento ſcriptorio.

DE-

DESCRIPTIO QVARTA

DE ATRAMENTORVM GENERE tertio, quod librarium ſcriptoriumve dicitur.

Atramenti Scriptorij neceſſitas, & origo. Cap. I.

NIhil propius adhęrere prædictis atramentis exiſtimauimus quam Atramentum Scriptorium: hoc æque ſubſequitur, nam ex atramento ſutorio componitur, quanquam in compoſitione concurrant alia, quæ a Plantis vegetabilibus originem ducunt, cum etiam interdum a partibus animalium, vt tamen deducitur ab atramento ſutorio, & ab eo capit eſſe, neque ſine eo deffinri poteſt: quamobrem non immerito eius expoſitioni intendimus ibi, poſt aliorum atramentorum deſcriptionem: Et ſi quibuſdam vile forſan videbitur ſubiectum, de quo agimus, cum nil vulgatius fere ſit eo: nihilominus vbi meminerint ipſius atramenti ſcriptorij vſum, non modo vetus, frequentiſſimumque, cum etiam ſumme neceſſarium, prout nobis indicat ſcripturarum auctoritas, in maximam æſtimationem habebunt ipſum: Alia vero inutilia deſpiciant, vt ſenſit Cicero lib. 2. de off. contemnant, in quibus nihil virtutis putant: e diuerſo autem gratum eſt, quod auxilium ad nos redundat, propterea Cicero lib. 2. de finib. non minor, inquit, voluptas percipitur tam ex viliſſimis rebus, quam ex prætioſiſſimis: rurſus idem 5. Tuſc quotidie nos ipſa natura monet, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam vilibus: Verum quo magis indigemus, quam atramento ſcriptorio, ipſo enim ſcribimus, quod volumus, vt memorabile ſit, icirco ſcripturis illuſtratæ ſunt ſcientiæ, ac leges celebratæ, actaque Heroum, & Principum geſta innoteſcunt, ob ſcripturam, itaque præterita, & abſentia fiunt præſentia: Schedæ, ſcriptaque regiſtrantur per quæ credita, pacta, conuentioneſque ſeruantur, & ſcribuntur teſtamenta, vt atteſtentur iuſtam ſententiam noſtræ voluntatis, de eo, quod poſt mortem fieri voluerimus: quemadmodum, & in alijs ſcripta teſtificantur ho-

Digitized by Google

minum voluntates, adeo vt ſcripturæ vſu, & auxilio continuetur ætas ætati, eodemque vſu ſtudioſi incumbunt artibus, quæ ſcriptæ ſunt, & in literarum ſtudijs verſantur per medium ſcripturæ, ſine qua in obliuionem omnia eſſent: omnium itaque conceſſione licet præſcribere atramentum ſcriptorium, ſeu omnibus emolumentum, quod veteres nouerunt, tam commodum in multis conferre humanæ naturæ, vt eo freti non deſierint opera, & labore perfectionem inquirere, eamque partim adempti ſunt, quam Poſteriores vtroque pede nixi ſuperiorum norma ſunt conſecuti; hac lege, quemadmodum ſemper fuit ſtudium aliquid artibus addere, vt augerentur, ac vtiliſſimè necnon inuentis perfectius, vt plurimum valeant: Et ſi Priſci varium ſeruarunt ordinem in explicatione atramenti ſcriptorij, variumque locum ei conſtituerunt: Quidam enim expoſuerunt ipſius hiſtoriam antequam alia prodiderint atramenta; Quidam etiam poſt alia deſcripſerunt illud, quod parum refert, cum tamen concordes fuerint omnes in demonſtratione eſſentiæ, & facultatum cuiuſcumque atramenti: nihilominus nos hac ſerie continuata progreſſi in contextu hiſtoriæ atramentorum incepimus a ſimplicibus poſtmodum peruenimus ad cõpoſita, vt ipſa cõtinuatione facile pateat eorum facultas ſic ratio docet, quare a metallico primo atramentorum genere deriuatur ſecundum, quod eſt atramentum ſutorium, ex hoc inde componitur Tertium Genus, hoc eſt atramentum librarium ſcriptoriumve dicas, de quo agimus in præſenti, ita quod habita eorum origine prima à pyrite, & ſubſecuta eorum deriuatione comprehendantur annexa, & colligata: quemadmodum, igitur, ſimplicia origine fuerunt prima, ſic compoſitis antecedere iure debẽt: Simplicia autem appellantur, quæ talia ſunt natura, nec quicquam ex hominum induſtria aſſumpſerunt, quemadmodum ſcripſit Ariſtoteles lib. 2. Phyſicorum: eiuſdem ſententiæ fuit Galenus lib. 5. & rurſus nono de ſimplicium medicamentorum facult. vbi tractauit de cadmia: eandem aſſeruit ſententiam lib. 1. de Elementis, cum nullum exacte ſimplex, neque purum in Mundo reperiatur corpus, ſed omne compoſitum eſt, ex diuerſis qualitatibus: nihilominus ſimplicia vocantur, quæ a natura producta ſunt: Compoſita vero dicuntur ea, quæ ex pluribus ad inuicem agregatis, artis auxilio, reducuntur in compagem, quæ illorum naturam participat, nam compoſitio ſapit ex quibus facta eſt: etenim atramentum ſcriptorium compoſitum eſt, ex diuerſis partibus, quibus prædominatur mineralis pars atramenti ſutorij: hinc facile in huius ſermonem labi coactus fui, dummodo de alijs atramentis diſcurrerem, præter neceſſitatem exponendi illud: ne itaque laborem hunc ſubterfugere, & clam ab eo me præripere viderer; at omnibus ſatisfacere potius enitens, quam potui magis, prouinciam libenter agreſſus ſum huius quoque tertij generis tractare hiſtoriam, eo magis agam hoc, cum etiam in medicina aliquid profuturum ſit, & ideo ad eius hiſtoriam me conuertam: poſteaquam de alijs expleui inſtitutum meum, gratia Omnipotentis Dei, Qui in Trinitate Vnus ſemper eſt laudandus.

Plurima

Digitized by Google

Plurimæ Atramenti Scriptorij ſunt differentiæ. Cap. II.

MVltiplex Scriptorium eſt Atramentum, nam diuerſis temporibus diuerſa quoque atramenta conſtruxerunt homines: vnum depræhenditur ab Antiquis habitum fuiſſe in vſu ſcribendi; Alterum vero compoſuerũt qui paulo poſt ſecuti ſunt veteres primos, eorum veſtigia partim imitantes atq; partim ex ſuo ſinu alterantes compoſitionem prędicti atramenti ſcriptorij, additis alijs, prout melius ſuccedere, experientia duce, eis viſum fuit: his demum relictis, ab inferioribus tempore alia reperta fuerunt, & compoſita atramenta ſcriptoria, ex quibus vnum pro Typorum vſu exercuerunt, nempe in libris cudendis, quapropter Typographorum, Chalcographorumve atramentum denominatum fuit illud ex nomine proprio eorũ qui ſunt literarum impreſſores: Modus autem imprimendi literarum characteres, fuit Antiquis ignotus, cum fere non ſint adhuc centum quinquaginta anni, quod maxima induſtria reperierint eum Homines illius temporis ſedulo inquirentes Naturę arcana, quemadmodum ſcriptis prodiderunt Polydorus Virgilius vbi tractat de multis inuentis, & Petrus Meſſia in Silua variarum lectionum, & Antonius Muſa Braſauolus in ſuo examine terrarum, hi omnes clariſſimi magnæq; æſtimationis ſcriptores, qui de tempore parum inter ſe diſſenſerũt, in reliquis concordes aſſeruerunt inuentum fuiſſe modum prędictum imprimendi literarũ characteres in Maguntia Germanię Ciuitate à tribus ſocijs, eorum vnus erat Gallus, alij vero Alemani, qui vnanimes experientiam nacti libros cudendi typo Romam tranſgreſſi fuerunt, & ibidem primi literas imprimere cęperunt, hinc paruo poſt tempore Venetijs exercitus fuit is typi vſus, qui ſatis equidem pulcherrimus eſt modus, ac multo magis vtilis, potius. n. expedit literarum characteres imprimere, quã ſcribere: quo vſu variam quoq; fecerunt ipſius atramenti librarij aut Typographici dicas compoſitionem, donec eam penitus perfecerint Neoterici, qui præter hoc Typographorum atramentum, alia pro ſcribendi vſu atraméta parant, variiſq; modis, quorum alter tamen eſt magis communis, & vulgaris: Alia etiam atramenta ſcriptoria parãt variis coloribus eductis, aut ex plantarum partibus, aut ex metallicis, quibus inde ſcribuntur literę tum nigrę, tum albæ, modoque violaceæ, aut purpureæ, virides, azurræ, croceæ, rubræ, argenteæ, aureæ, ac tandẽ fiunt cuiuſcunq; coloris, quo atramentum ſcriptorium paratum fuerit, ſcribuntur literę albæ in agro nigro, paginæ aut membranæ vel telæ, ſcribuntur atq; albæ literę in agro albo ipſius chartæ, quod admirationis dignum eſt: alioq; differenti atramento inſcribuntur literę in marmoreis tabulis atque ligneis: quemadmodum, & aliis atramẽtis in tabulis argenteis, & aureis, & armis ferreis; in ouis auctore Africano, in perſicorum nucleis, & aliis fructibus, vt in futuro Natura artem ſequi coacta videatur, quodammodo dicatur, tanta eſt hominum ſolertia, quamuis ars appelletur, vt equidem eſt diminuta natura: inſcribuntur etiam literę aliquo mẽbro humani corporis, quemadmodum vinctis ſępe Turcæ agere cõſueuerunt: alięq; literæ ſcribuntur in charta latentes. Harum quædam non cognoſcuntur

L 3 neque

neque legi poſſunt præterquam nocte: Aliæ vero niſi plenilunio comprehenduntur teſte Ioanne Baptiſta Porta Neapolitano libro ſecundo de mirabilibus Naturæ effectibus cap.17.de experimentis literarum. Aliæ ſunt literæ quæ niſi obuiam ſpeculo exponantur legi non poſſunt, Aliæque literæ non apparent niſi pagina ſcripta ſubmergatur aqua: Alias etiam ignis lumini admouere legendi neceſſitas vrget, alioquin eas oculis percurrere nemo poſſet: ſcribuntur etiam literæ aqua fontis in pagina alba quæ tamen illico nigræ euadunt ita vt facile conſpici,& legi poſſint;quod enim euenit vi pulueris ad hoc munus cōpoſiti,quo prius aſperſo confricata fuit charta:huic ſimilis eſt forma, ſubſtantia, & facultate puluis ex quo fit Enchauſtū vulgo dictum pro ſcribendo portatile, in hac enim forma magis aptum eſt in peregrinatione: Aliud conſtrui atramentum ſcriptorium docuit experientia,quo literæ ſcriptæ paucis diebus euaneſcunt, quamuis pluribus alijs modis deleri poſſint literæ quouis atramento ſcriptorio quantumuis bono ſcriptæ fuerint:vę tamen illis qui fraude, & alterius damno fuerint vſi huiuſcemodi enchauſtris: verum ē diuerſo ab hys conducet aqua compoſita ad inſtaurandas literas, quæ præ vetuſtate ſint fere deperditæ:prætetea ex artis vſu tanta creuit hominum induſtria quod inuenerunt modum tuendi ſcriptorium atramētum ab omni gelu immune hyemis tempore: prædicta tamen miſſa faciamus in præſentia; exactius enim de eis loquemur propriis locis,iam enim tempus eſt vt vlterius ad alia particularia progrediamur.

Quale Antiquorum fuerit Scriptorium Atramentum. C. III.

QVatenus ergo pertinet ad hoc Attamenti Genus quod Scriptorium librariumve appellatur,referam poſteritati ſcriptum reliquiſſe veteres prænominatos auctores,à Græcis vocari μελαν, additumq; fuit huic dictioni,quod melius, ac magis proprium videtur à Gal.lib.9. de ſimpl.med. fac. videlicet, appellatum fuiſſe atramentum hoc ſcriptorium à Græcis etiam μέλανγραφικὸν,nigrum enim indicat μέλαν, præcipue in compoſitione tanquā tinctura,γραφίκον vero ſignificat ſcriptorium,librarium atque pictorium,nam pictorum,ſcriptorumq; antiquitas vtebatur eo tum ad pingendum,cum etiam ad ſcribendum libros,ex quibus atramētum hoc conſecutū eſt,non modo prædicta tria nomina verum, & alia aquiſiuit nomina quorum vnū eſt,quod vulgus nominat enchauſtum, quamuis non adeo proprium ſit, cum enchauſtum ſignificet materiam aduſtam ad picturam tantum aptam, nihilominus metaphoricè vocatur enchauſtum quod primi auctores dixerunt magiſq; propriè atramentum ſcriptorium, at eo magis hodierno tempore abutuntur hoc nomine encauſti,ita vt vulgari idiomate dicatur inchioſtro, alteroque nomine vulgarium quidam a ſimilitudine,& ab effectu denominarunt tinctam, nēpe hoc atramentum ſcriptorium,quod multiplici modo paratur:ſed primum explicare expedit modum à Priſcis in vſum habitum, ipſi enim parabant atramētum ſcriptorium, ex atramento ſutorio, fuligine pictoria, ideſt furni, eam enim ex furnis colligere conſueuerunt antiqui Pictores, aliam vero præſtantiorem, ac magis propriam ipſi approbarunt aſſumi ex officinis vitreariis,quæ ασβολη appellata fuit à Grecis, verum vice prædictarum ſępenumero quoq; in vſum habuerunt

Digitized by Google

buerunt pro huiuſcemodi negotio adminiſtrare fuliginē raſæ,aut thedæ, prædictis tamen additis gummi,& glutine tauri adinuicem ſubactis conſtruebant atramentum ſcriptorium, quemadmodum ſcriptis prodidit Dioſcorides lib. 5. de medica materia cap. vlt, at multo magis diſtinctam ipſius deſcriptionem, tradidit Oribaſius lib. 13. hoc ſequenti exemplo ſummitur pictorum fuliginis mina,gummi ſeſquilibra, glutinis tauri vncia vna,oboli duodecim, atramenti ſutorij denarius, & oboli tres, hæc omnia ſimul componebant veteres, & ita ſuum conſtituebant atramentum librarium,quo inde vtebantur ipſi ad ſcribēdum,& pingendum:præterea apud eos maximum in medicina vſum habuiſſe deprændhitur,concorditer.n.omnes aſſeruerunt præcipuum exiſtere remediū aduerſus ignis combuſtionem veluti legere, eſt in Dioſcoridem, cuius ſententiam,ſecuti ſunt poſteriores,hinc enim Galenus loco ſupracitato, ait,atramentum quo ſcribimus admodum, & ipſum deſiccat aqua ſolutum vlcera autem igni ambuſta protinus illitum iuuat, at ſi aceti modicum habeat multo magis confert,legitur atq; in Paulum Aeginetam idem ſuccedere poſca ſolutum,hęc autem conſtat aqua,& aceto: ſed audiamus Aetium Tetrabili prima, ſerm. 2. cap. 63. vbi inquit atramentum ſcriptorium abundè ſiccat aqua dilutum, aut potius poſca, & ambuſtis è veſtigio illitum prodeſt, idipſum quoq; ſcriptis prodidit Auic.lib.2.tract.2.cap.689.de atramento ſcriptorio ſic igitur,ait,tinctura illa quæ aſſumitur, ex fumo ligni pini, cum gumma, ponitur ſuper aduſtionem ignis donec cadat: verum ad alios, quoq; morbos conducit hoc atramentum ſcriptorium,Teſte Aurelio Cornelio Celſo lib.6.de re medica,cap.4. de areis, morbus eſt area in capitis cute diſtinctus in duo genera, videlicet, in Alopeciam,& Ophiaſim ambo ſunt cum defluuio pilorum partim capitis,partimq; barbæ,ad vtraq;igitur genera arearum ſummopere conferre atramentū ſcriptorium aſſeruit, nam ſi cutis infecta radatur,& illiniatur prædicto medicamento priſtinæ ſanitati reducitur, cęterum dum ſuperius compoſitionem ipſius atramēti ſcriptorij explanarē, incidi in fuliginum mentionem,quę in ipſa compoſitione ingrediuntur, vnde conſequenter nonnihil de eis, atq; inſerendum videtur,vt curioſis ſatisfacerem,ſed prolixitatem euitare cupio eo magis, cum hæc non fuerint de inſtituto meo,quare ea obiter tacta ſufficere volui,vt de omnibus atramentis notitiam attuliſſe videar, præterea modum quo fiant fuligines,& colligantur adeo accurate prodidit Dioſcor.diuerſis in locis,vt pudor atq; dementia eſſet eius diligentiæ partem operis addere tentare; idcirco lib.1.de med.mat.cap.83.ſcripſit de fuligine agenda ex thure, ex mirra reſina, ſtirace reliquiſq; lachrymis inde cap.94.eiuſd.libri tractauit de fuligine liquidæ picis,ac tandem lib.5.cap.173.tradidit de fuligine pictoria:præterea Vitruuius lib.7.ca.10.explicauit conſtructionem furni,quo collocata reſina,aut pix, aut aliud ſimile vritur ignis vi, & cogitur fuliginem mittere,quam inde colligunt,& aſſerit ſeruari pro duplici vſu,namſi cum gummi ſubacto componatur præſtat atramenti librarij vſum, at ſi glutino admiſceatur Tectores ea in parietibus vtuntur, ibidem quoque addit ipſe Vitruuius fuligini reſinæ vbi deficeret ea ſuccedere poſſe ſarmentorum,vel thedæ carbones ex quibus, cum glutino in mortario tritis fit atramentum pro Tectoribus non inuenuſtum, quod etiam præſtat fæx vini areſacta, & cocta in fornace, mox glutino parata tunc

non modo atramentum vulgare facit, ſed adeo pulchrum reddit eum, vt Indicum etiam æmuletur: idipſum aſſenſit Plinius lib. 35. cap. 6. verum de hoc fuſius tractabitur alibi, nunc vero proſequemur hiſtoriam atramenti ſcriptorii nigri cuiuſcunque generis, vt expleatur incæptum priuſquam ad alia deueniamus: iam igitur expoſitum fuit paulo ſuperius quale fuerit atramentum librarium in vſum ab Antiquis habitum pro ſcribendo in ſequenti vero conſpicuum erit pro Typis tantum eo vſum fuiſſe Poſteriores.

Typographorum, Chalcographorumve Atramentum. Cap. IV.

VOluentib. annis Poſteriores veterũ veſtigia proſequentes, ſolerteſque, plurima primis ignota inuenerunt, quę nobis experientia duce prodiderunt: quemadmodum ſcripſit Galenus lib. 14. meth. med. cap. 17. hæc autem eueniunt iuxta vulgarem ſententiam, nempe facile eſt inuentis addere; quapropter Superiores noſtri aſſumpſerunt à priſcis modũ conſtruendi atramentum librarium, vt ſupra oſtenſum fuit, deinceps pro ſcribendi vſu omiſerunt eum, quod ad Typorum vſum ſolummodo applicarunt: mox vero aliud pro ſcribendo conſtruxerunt prout inferius cõſtabit, perinde igitur, alio temporis decurſu, prædicto penitus relicto ſucceſſit aliud Typographicum atramentum, quod recenſuit Antonius Muſa Braſauolus libro examinis terrarum, inquit, enim fieri hoc ſequens atramentum Chalcographorum, quod & Typographorum eſt idem, & conſtabat ex picis ſuligine, & oleo: mox vero alii compoſuerunt pro Typis atramentum ex fumo ſiue fuligine, dicas olei ſeminis lini, & cum eodem oleo lini adinuicem permiſtis hoc atramentum fuligineum æqualius quidem eſt, nigerrimum præterea atque maximè hæret: nihilominus omnium Recentiores, qui literas cudunt imprimuntque omiſſis reliquis atramentis aliud compoſuerunt; quo hodierno tempore vtuntur hoc quamuis aliis proximum atque eiuſdem fere naturæ in aliqua parte videatur attamen ſatis diſtat ab eis: verum hoc etiam melius aliorum pro Typorum vſu ſuccedit, iccirco modum componendi eum referam: Qui magis prout dixi tritus eſt: Accipiunt ergo vernicem liquidam communem ad põdus vnius libræ, hæc autem conſtat ex ſandaraca Arabum, quæ eſt gummaiuniperi, & oleo ſeminis liui, ex his itaque ad inuicem miſtis conſtituta eſt vernix, quæ liquida appellatur, huic vero addunt ipſius profeſſores fuliginis raſæ vnciam vnam, olei ex ſemine lini, aut ex nucibus quantum ſufficiat, vt omnia ſimul miſcendo componantur, atq; vt perfectè incorporentur, opus eſt vt leni igni bulliant, & coquantur, hoc enim modo fiet atramẽtum nigerrimum, attamen animaduertere operæ pretium eſt, quod ęſtatis tempore magis craſſum fieri conuenit, hiemis vero magis liquidum quod euenire ſolet vbi magis, vel minus coquatur, aut ſi maior, vel minor olei quantitas, quam vernicis commiſceatur: hiſque ſiuum perficiunt atramentum, quo quam magis craſſo vtuntur ipſi literarum impreſſores, eo magis fiunt equidem literæ nigriores lucidioreſque, ac in omnibus pulchriores.

Atra-

Digitized by Google

Atramentum fere perpetuum ſtuchum appellatum, quo fiunt literæ in tabulis marmoreis. Cap. V.

ALiud eſt atramentum in vſum habitum pro inſcribendis literis in marmoreis tabulis, quæ tamen ſcalptro fiat prius inciſæ exigit opus, aut acerrimo aliquo liquore excauatæ, mox atramento ad hoc munus parato obducuntur, quod fumo olei ex ſemine lini conſtat & pice nauali ad vnum leni igni commiſtis: hoc artifices atramentum nominarunt perpetuum reſpectiue loquendo, atque ſtuchum vocarunt eum, fumi enim nigredo non mutatur, neque pix ab aqua aut vento corrumpitur, diu itaque perdurat adeo, vt perpetuum fere videatur eſſe, quamuis omnia in hac totius vniuerſi machina Cæli ambitu contenta, corruptibilia ſint, ob quatuor qualitatum repugnantiam ex quibus omnia compoſita ſunt, & dicuntur elementa, quapropter ruunt omnia longo temporis decurſu: ſed cum huiuſcemodi atramentum tali facultate prædirum ſit, vt alijs magis perduret, ac præ cæteris diutiſſime tueri ſoleat, hinc etiam euenit vt aliorum reſpectu perpetuum vocare conſueuerint ipſius artifices, eo magis conſequitur hoc cũ literæ fiant in materia dura quemadmodum lapis eſt marmoreus ex quo formantur tabulæ in quibus literæ, & inſignia lineantur excauanturque ſcalpro veluti iam ſupra expoſitum fuit, aut acri aliquo liquore quemadmodum ſunt acetum acerrimum, & aqua corroſiua quibus fabri Ferrarij cæterique vtuntur in deſignandis gladiis enſibus pugillis, tormentisq; bellicis & huiuſcemodi armis bello, & ad præliandum aptis, eiſdem modis aurifices incedunt vbi inſignia, aut literas. characteres, figuras, & imagines efficiunt in anulis & anulorum clipeis, aut tabulis, tum aureis cum & argenteis quemadmodum fabri ærarij in tabulis æneis hæc omnia ſculpunt; quod vt melius euadat opus muniũt agrum tabulæ marmoreæ vel armorum vernice, aut cerà, aut ſepo liquefactis quodcunque ſtilo, vel calamo ſcribere ac lineare licet, mox eis acetum natura acerrimum vel arte factum, aut aqua corroſiua per diem naturalem ſuper aſ fundatur, hoc enim debitum eſt temporis ſpatium quo operari poſſint eoque elapſo tempore detergatur ager à ſepo, vel cera, & ab omni alia re, & apertiſſimum conſpicietur excauatum quicquid deſignatum fuerit, quod deinceps ſupraſcripto atramento vel auro præparato, aut quouis alio obduci poterit: Marmoreis his tabulis Epitaphia inſcribuntur ornanturque ſepulchra in defunctorum laudem & memoriam quorum mos antiquus eſt, quemadmodũ legimus apud Virgilium in Daphnide, atque in Ouidium in Epiſtola Phillidis, preterea marmoreas tabulas armis quoque ſcuti, & literis magnifice inſignire conſueuerunt Priſci, verum etiam eandem conſuetudinem ſeruant qui hodierno ſæculo exiſtunt: hinc enim leges & inſignia in poſtibus Aularum Domorum aut templorum, viarum Platearumque ſuſpendunt iuxta illud Virgilii, Armaq; fixit Troia.

Neote-

Neotericorum vulgare atramentum ſcriptorium noſtro idiomate dicitur Inchioſtro. *Cap. VI.*

IAm vero ab atramenti ſcriptorii exemplo non digreſſis nobis acceſſit occaſio explicandi Recentiorum encauſtum: vobis ſuperius pollicitũ, quod veterum atramenti librarii vicem gerit, in vſu ſcribendi: Tantæque exiſtimationis eſt huius temporis vulgare atramentum ſcriptorium vt nullum antiquorum memoretur, hoc enim efficacius eſt magiſque ad ſcribendum conducit quod Neotericorum aliqui a ſimilitudine, & ab effectu appellarunt Tinctam, Cæteri vero vulgarium cuncti appellant Encauſtum, quamuis improprie cum dictio hæc materiam aduſtam indicet ad picturam tantum aptam nihilominus hominibus huius ætatis placuit eum vocare metaphorice Encauſtum, & in opus Pandectarum Mathei Siluatici legitur Encauſtrũ quemadmodum etiam corrupto vocabulo communi lingua vernacula pronunciãt inchioſtro: huius compoſitio a veteri vſu ſatis diuerſa eſt cum ea quoque a diuerſis multiplici modo paretur, pront atque diuerſa ingrediuntur in compoſitione pro materia ipſius noſtratis atramenti ſcriptorii, quod tamen in poſterũ, vt plurimum recentiorum more Encauſtum appellabimus vt communem ſequamur vocem: Materialia autem, quæ huic ſuppeditantur compoſitioni infra exponenda ſunt acerba nigrore enim facultatem inficiendi habent ipſa eiuſdem ſententiæ fuit Georgius Agricola lib. 2. de natura eorum quæ effluũt ex terra pag. 116. vbi affert exemplum atramenti ſutorii: idem faciunt gallæ quercus fructus quæ eliguntur illyricæ vti meliores aliarum ſintque paruæ nõ perforatæ at ſolidæ ponderoſæ atque rugoſæ his conditionibus habentur optimæ gallæ: cæteraque ſunt gummi pellucidum quod vulgus appellat arabicum vitriolumque lucidum, & pulchri coloris, & licet quodcunque vitriolum ad hoc opus conducat, quod tamen pulchrius eſt præualet: quæ omnia vino, aut aqua componuntur: hæc igitur materialia magis communia ſunt pro Encauſti compoſitione, quamuis alii atque alia addant, vel ex his quædam in alia mutent, quæ in propatulo erunt inferius: nunc vero hactenus recenſita ſufficiant, ea enim adinuicem compoſita conſtituunt Encauſtum, quod vt optimũ ſit quatuor ſequentibus conditionibus præditum eſſe operæ pretium cenſeo nempe fluxione corpulentia nigredine, & ſplendore; fit corpulentia a gummi ob pinguedinem, & viſcoſitatem quam habet inducit aliquem lentorem, qui facit continere Encauſtrum ne nimium difluat, nigredo a vitriolo, ab vtroque ſplendor inducitur, ſed a galla nigredo augetur, & corpulentia moderaturque corpulentia a fluxione quæ producitur ab aqua, niſi enim flueret encauſtum non poſſet ſcribi, & niſi corpulentum ac lentum eſſet non adhæreret chartæ, neque literæ deſcribi poſſent quæ pulchriores apparent quam magis ſplendidæ nigrioreſque ſint: omnia itaque modo & menſura obtemperantur vt fiat encauſtum idoneum ad omnes partes, conſeruaturque plumbeo vaſe nam plumbum nigredinem fouet: ſeruarique poteſt vitreo vaſe cum ab eo ſordes elui poſſint abſque detrimento ſeruatur atque in vaſe figulino vitreato; aut in

cucurbita

cucurbita per maturitatem dura lignea excauata,& ad hoc munus præparata, vas tamen quodcunque habeat intus encauſtum tueri debet clauſum ſemper aut ſaltem contectum vt præſeruetur à puluere,ab eo enim mirum in modum vitiari ſolet.

Modus particularis, magisq; tritus componendi encauſtrum. Cap. VII.

ETenim multa variaq; encauſtri exempla ſcripta, ac in lucem edita reperiuntur incipiemus ab eo, quod magis commune eſt quemadmodū vulgus prouerbialiter ait, vna,due, tre, e trenta, a far la buona tenta elucidationis tamen maioris gratia ſic aperietur exemplum prædictis verbis vulgaribus demonſtratum: Capiunt ergo gallæ criſpæ in fruſtra confractæ vncias tres,aquæ pluuialis vncias triginta calefaciunt aquam, & in eam obruunt gallam ſoliq; per duos dies exponunt quibus inde addunt vitrioli ſplendentis, & tenuiſſime triti vncias duas optime miſcendo, & agitando rudicula ficus,& in ſole ſemper relinquūt hanc compoſitionē alijs duobus diebus demū addunt gummi vel gummæ arabicæ dicamus parum refert idem enim, & vnum eſt hæc ſplendida ſit ac trita exigit opus, huius itaque addunt vnciam vnam, & altera die ſoli demittunt deinceps igni leni coquunt tantum vt momento ferueant,his omnibus peractis percolant. & vſui ſeruant, nam ſic conſtitutum eſt commune & perfectum encauſtrum quod ſi dilutius adeo ſit vt nimium diffluat gummi aliquid ſi vero corpulentius quam par ſit modicum lixiuij ſuper addatur.

Alter modus eſt talis. Cap. VIII.

CApe gallæ confractæ libram, gummæ arabicæ baccarum liguſtri quæ maturæ ſint ſingularum libræ dimidium infundantur octo diebus in ſex libris aquæ communis inde coquantur opus eſt donec aquæ tertia pars decreſcat,tunc amoueantur ab igne & adhuc feruenti aquæ addatur vitrioli libra,exinde omnia admiſceantur agitenturq; ligno donec frigeſcat compoſitio,quam mox quieſcere ſinunt decem dierum ſpatio, & tandem elapſo tempore linteo denſiore coletur encauſtrum, & ſeruetur optimum enim erit his tamen aliqui addunt cortices malorum punicorum ad pondus vnius vnciæ, verum integri cortices, aut infruſta ſaltem nulloq; pacto triti iniici debent ac prope finem dum componitur encauſtrum, redditur enim ex corticibus granatorum magis ſplendidum,& nigrum: Alij omittunt gallam,at eius vice granatorum corticibus prædictis vtuntur hoc modo, videlicet infundunt cortices granatorum ſeu malorum punicorum dicas in aqua putei vigintiquatuor horarum ſpatio mox igni mittunt, & decoquunt donec decedat tertia pars deinde ſingulæ libræ ipſius decoctionis addunt binas vncias vitrioli Romani, & vnciam mediam gummæ arabicæ tritæ & iterum coquunt tantummodo

modo vt diſſoluantur gumma, & vitriolum & perfectum erit encauſtrum, & ideo coletur, & vſui ſeruetur: quod ſi tempore condenſari contingat, fluidum reddetur ſi modicum vrinæ viri ſuper addatur, aut aquæ marinæ, aut aquæ roſatæ, aut aceti, aut lixiuii, aut alii ſimile. Alii vero gallam atque granatorum cortices adinuicem miſcent, & hoc modo adminiſtrant, videlicet capiunt gallæ libram corticum granatorum vncias tres aquæ fontis, aut pluuialis ipſa enim ad hoc magis conducit libras triginta ſex hæc omnia ſimul decoquunt donec aquæ quarta pars euaneſcat mox addunt vitrioli vncias nouem, & iterum decoquunt vt altera quarta pars euaporetur demum intus ponunt gummæ arabicæ vncias ſex, & adhuc tribus vndis ebullire demittunt, quibus peractis ab igne tollunt, nam expletum eſt encauſtum quod tandem frigefactum ſeruant vaſe clauſo vel ſaltem cõtecto vt ab omni immunditiæ tueatur.

Quidam conficiunt encauſta cum aqua Sutorum, aut coriariorum tinctura. Cap. IX.

PLerique etiam vice aquæ capiunt ſutorum tincturam qua ipſi ſutores vti ſolent ad inficiendas pelles nigro colore hæc enim conſtat galla vitriolo, & aqua abſque gumma quapropter ſat eſt in eandem tincturam obruere gummam arabicam tritam quantum ſufficiat, & vix pauxillum gallæ, & vitrioli hinc omnia ſimul coquunt parumper: ita quod ſatis minori expenſa conficiunt encauſtrum venditores ipſius, vt ita compendium lucrũque maius haurire poſſint.

Alii Sutorum tinctura alio modo vtuntur, prædictæ enim tincturæ admiſcent atrum liquorem ſepiæ piſcis marini, quem vocarunt etiam cruorem atrum quemadmodum, & alijs fel nigrum ſepiæ appellare placuit: Ariſtotiles vero libro quarto de natura animalium capite primo atramentum nominauit eum ſequenti ſermone, videlicet atrumque illum humorem, cui nomen atramentum quod plurimum in ſæpia eſt: idem aſſenſit Teodorus Gaza interpres ipſius Ariſtotelis: idemque aſſeruit Plinius lib.9.cap.29. ſic enim inquit atramentum ſæpiis eſſe pro ſanguine: hæc tamen nominum diuerſitas parui eſt momenti nobis itaque ſcire ſufficit quod vna eſt ſubſtantia ſæpię nigra, quam commiſcent pro ſutorum tinctura, & ſic parant encauſtrum.

Relictis autem prędictis aquis, vice earum vtuntur quidam coriariorum aqua, qua indurantur coria pręſertim craſſiora, eam vero concinnant coriarij dum in aqua dulci, ideſt communi, aut pluuię decoquunt igni calyces, aut cupulas dicamus, quę cauitate cõtinent Roboris glandes, & Cerri inter δρυων genera maioribus Gręcis ὀμφακης dicitur cauitas glandis teſte Paulo Aegineta libro tertio, cap 42. vbi aſſerit cauitatem cui inhęret glans eſſe medicinę vtilem, & ad coria denſanda accommodam quam huius tempeſtatis homines appellant Valloniam à regione, ex qua defertur, Vallonia enim vulgo dicta eſt principalis Epiri Ciuitas à Latinis teſte Strabone Apollonia iam alias Corinthiorum Colonia optimis inſtituta legibus nunc vero ſub dictione Tur

carum

Digitized by Google

carum Imperatoris prędicta itaque aqua decoctionis vallonię conſtituunt encauſtrum addito modico vitrioli, & gummæ arabicę, quod pauci diſpendii verum multi lucri exiſtit.

De alijs Encauſtri exemplis. *Cap. X.*

CApiatur gallæ optimæ in parua fruſtra confractæ libra, infundaturq; in aqua pluuiali, quæ ſit ad pondus librarum ſexaginta, ac ſoli duorũ dierum ſpatio exponatur, mox ei addatur vitriolum triuum quantitate vnciarum octo & rudicula ficulnea admiſceantur omnia ſoli vbi ſic permaneant aliis duobus diebus, quibus elapſis addere opus eſt gummæ arabicæ vncias quinque, corticum malorum punicorum vncias tres cum dimidio, deinceps leni igni ebullire hoc miſtum requiritur vſque ad tertii euaporationem tunc coletur, & perfectum erit encauſtum quod ſcribendi vſui communi ſeruetur. Aliud eſt ſi capiatur gallæ fractę, vt ſupra ad pondus quatuor vnciarũ totidem vitrioli, gummi arabicę vnc. iij. Cuncta hęc infundantur in libris quatuor aquę pluuialis hinc ſoli ſub cęloq; ſereno decem diebus tueatur quotidie tamen compoſitum hoc rudicula agitetur quod ſi nimium condenſari contingat modicum aceti immiſceatur, & illico à ſole tollatur, coletur & ſeruetur, perfectum enim erit encauſtum.

Vinum vice aquæ ſubminiſtratur à pleriſque in conficiendo encauſto. *Cap. XI.*

SVnt qui omiſſis aquis cuiuſcũque generis tũ communi cum & pluuiali, aut coriariorum ſutorumque tinctura, earum vice vtuntur vino ex eo enim nigrius lucidiuſque euenit encauſtum, minuſq; hyemis tempore congelatur, in vino itaque eadem obruuntur materialia, videlicet galla vitriolum, & gumma, diuerſimode tamen vt infra conſtabit, vnde primo incipiemus ab exemplo cuiuſdam incerti auctoris, quod ſequentia carmina tradunt.

Sic atramentum tu Scriptor confice crudum
Vitrioli quarta, media ſit vncia gummi,
Integra ſit galla ſuper addas octo falerni
Noctibus iſta tribus confecta ſereno
Sæpius iſta miſce, demumq; colata repone.

Sequitur

Digitized by Google

Sequitur aliud encauſti exemplum cum multiplicatione. Cap. XII.

HOc modo, frangatur galla in fruſta, deinde torrefiat in ſartagine ferrea cum pauxillo olei oliuarum, nunc modo capiatur prædictæ gallæ ſic præparatæ libra, & ponatur in olla figulina vitreata, cui affundatur vini albi quantitas quæ ſuperet gallam altitudine vnius palmi, mox additur gummæ arabicæ in pollinem redactæ dimidium libræ, hinc quoque adde vitrioli triti vncias octo exponaturq; ſoli hoc compoſitum per aliquot dies quotidie eum rudicula agitando tandem aliquantiſper leni vulcano ferueat demum percoletur, ſeruetùrq; pro vſu ſcribendi, perfectiſſimum enim hoc erit encauſtum, quod ſi multiplicare volueris aliud iterum affundas vinũ fæcibus, à quibus encauſtum fuit per colum extractum, atque iterum parumper bulliat, ac inde coletur, nam hoc etiam bonum erit encauſtum: verum equidem prædicta operatio affuſionis reiteratæ vini alterius ſuper fęces perſeuerari debet, donec amplius vinum nigrore non inficiatur, quod autem erit infectum perperam bulliat ac inde coletur, & cum alio encauſtro ſeruetur, nam ex præſcriptis quodlibet optimum erit: tunc vero fæces prout inutiles abijciantur.

Aliud Melichij Aromatarij. Cap. XIII.

ANnis parum ſuperioribus fuit Venetijs aromatarius quidam nomine vocatus Georgius Melichius patria Auguſtanus ſignum ipſius apothecæ erat Struthio camelus, ſcripſit ipſe vulgari noſtro idiomate librum de animaduerſionibus circa medicamentorum compoſitionem obſeruandis, eo quoque libro prodidit encauſtri eius ſequens exemplum, videlicet Cape gallæ vncias tres, vitrioli Romani vncias binas, gummæ arabicæ dimidium vnciæ vſque ad dragmas ſex, vini albi vncias xxxiii. quo gallam infundi iubet octo dierum ſpatio, ſemel ſaltem ſingula die rudicula agitentur eodem quoque tempore infundatur gumma ſeparatim in aliqua portione eiuſdem vini ſupra meriti, hinc elapſo termino dierum præſcripto coletur vinum à galla, eidemq, vino colato addatur altera pars vini in quo lique facta eſt gũma admiſceaturque eis vitriolum interdum agitando per quatuor dies longe à ſole, & ab igne, tandem ſeruetur, hoc enim bonum erit encauſtum.

Ecce alia encauſti exempla. Cap. XIV.

GAllæ vncias tres corticum recentium Orni, ideſt ſilueſtris, montani vel Fraxini corticumq; malorum punicorum ſiccorum ęquali portione infundantur in vnciis xxx. vini albi optimi, vt ſoli diebus ſex macerentur

rentur, quo tempore ſepties ſingula die agitentur, mox addere opetępretium eſt gummæ arabicæ vncias duas, & vitrioli Romani vnc. i. & ſic multa aliis quatuor diebus permaneant quibus peractis ſupereſt colare atque ſeruare encauſtum.

Alio modo.

Gallæ vnc. iii. corticum fraxini manipul. vnum vini albi clari lib. ii. cum dimidio, omnia igni leni miſceantur, & cum ebullire incipiant, tollantur ab igne, & colentur, & iterum colatura exponatur igni vſque ad feruefcentiam, tunc etiam deponatur ab igne cui obruantur gummæ arabicæ, & vitrioli Romani ſingulorum vnc. ii. & per medium horæ agitentur ligno hinc quatuor diebus quieſcere permitte aliquando tamen ligno admiſcere iuuabit vaſe cohoperto, tandem coletur, & vſui ſeruetur vaſe clauſo.

Aliter.

Gallæ lib. iiii. gummæ lib. ii. vitrioli lib. i. vini albi lib. 40. miſce incorporentur igni aut ſoli, quolibet modo euadet.

Aliter.

Vitrioli Romani vnc. iii. gallæ vnc. ii. gummæ Arabicæ vnc. i. hæc omnia trita immiſceantur in vnc. xxx. vini albi, aut nigri, quod melius eſt, & igni bulliant donec dimidium decreſcat, cęterum frigeſieri mittatur tunc infundatur in eo pugillum ſecundæ corticis ramorum recentium arboris nucis: & hoc modo conſtitutum erit optimum encauſtum.

Aliter.

Gallæ confractæ vnc. ii. infundatur per dies decem in vnciis viginti vini albi potentis reponendo omnia in vaſe terreo vitriato, & quoudie agitentur hinc coletur vinum, & colaturæ addatur gummę arabicæ vncia vna, & ſic iterum prędmacerentur octo diebus quo tempore agitentur, vt antea atque inde coletur, & iterum adde vitrioli Romani triti vnciam mediam, & ſic quatuor diebus permaneant tandem coletur, & ſeruetur encauſtum.

Alioquin.

Vini albi lib. iiii aceti acerrimi cyathus vnus, gallæ fractę vnc. ii. admiſceantur per quatuor dies, mox decoquantur vulcano vſque ad euaporationem ipſius quartę partis, tunc colentur, & colaturę addere licet gummę arabicę tritę vnc. ii. & optime admiſcendo exponatur igni, & bulliat tempore quo dicerentur tres pater noſter, hinc tollatur ab igne, & addatur vitrioli Romani triti vnc. iii. aſſidue ligno agitando donec ſit fere frigefactum deinde reponatur in cucurbita vitrea quę optime clauſa teneatur ſoli cęloq; ſereno per tres dies naturales, his expletis coletur atque ſeruetur.

Duo ſequuntur encauſta quę aliorum celerrima ex vſu ſunt.

Vnum eſt vbi capias vitrioli, gummę arabicę ſingulorum vnciam gallæ fractę vnciam cum dimidio obruantur omnia in decem vncias vini albi, aut aceti, & ſic per horam omittantur quieſcere mox enim ab hinc elapſa commodū in vſu erit encauſtum: Alterum ſuccedit ex gallę vncia ſemis ac totidem gūmę arabicę quibus commiſcere oportet vitrioli Romani drachmas octo, &

omnia

nnia ad inuicem maluatico immergere vino quantitate vnciarum octo inde ...tum calefacere expoſcit opus, nam ſtatim perfectum erit encauſtum ex vſu.

Mathioli Encauſtum. Cap. XV.

ALterum modum encauſti conficiendi ſcriptis prodidit Petrus Andreas Mathiolus in commentariis editis, in Dioſcoridem capite de galla, quem modũ ſi quis noſcere cupiat leget eſſe talem, vt ſequitur. Cape gallę confractę vncias quinque, vitrioli romani vncias tres, gummę arabicæ vncias duas, ſalis communis drachmam attamen vice ſalis admiſceri poteſt eadem quantitas aluminis, teſte Caſtore Durante in ſuum Herbarium, quod penitus fere tranſcriptum fuiſſe ex Mathiolo de verbo ad verbum, cuicunque legenti innoteſcere poterit verum quilibet eligat, quod ei magis arridet mox omnia ſimul admiſceri debent in olla figulina vitreata, ac ſuper eorum maſſam affundatur vinum album potens, & calefactum ad pondus librarum quinque, inde obſtruatur vas, quod exponatur ſoli quindecim dierum ſpatio, ſi æſtiuum erit tempus, quottidie vero virga, aut baculo ligneo admiſceantur, & agitentur omnia, at ſi hiemis tempus fuerit reponatur vas in hipocauſto reliqua ad vnguem obſeruando, & fiet optimum encauſtum.

Aliud Caſtoris encauſtrum portatile denſatum enim eſt, & abſque gallis, & vitriolo componitur. Cap. XVI.

ENcauſtum alterum ſcripſit Caſtor ipſe fieri abſque galla, & abſque vitriolo, hoc in peregrinatione aptum eſt, fit enim in forma miſturæ denſæ inſtar paſtę quapropter facilius ſecum deferri poteſt in omni itinere; & conſtat prout ſequitur.

Cape mellis libram, lutea ouorum cruda, ac optimè agitata numero ſint duo, quę admiſceantur melle, eiſque addit gummę arabicę tenuiſſimè tritę dracmas tres, & ſimul ſępe triduum miſce aliquo ligno demum his adde Tiporum fumi, quantum ſat ſit denſare miſturam, quę ſeruatur in hac forma, vbi vero ſcribendi exigat occaſio, ſoluatur portio aliqua ipſius miſturę ad libitum, vel quantum ſufficere videbitur, cum aqua communi, aut cum lixiuio.

Aliud in forma pulueris in peregrinatione aptum. Cap. XVII.

PAratur ex æqua portione gallæ, & vitrioli cum modica quantitate lachrymæ arabicæ, ac parum ſandaracæ Arabum, quam vulgus appellat vernicem ſcriptorum: ex his, itaque omnibus tritis, & ad inuicem commiſtis fit tenuiſſimus puluis, cuius eſt vſus vbi vrgeat ſcribendi occaſio, vt di-

gitis

Digitized by Google

gitis ducatur puluis ſuper cartam optime confricando, exinde ſuper illam chartam puluere infectam ſcribantur literæ, cũ aqua, ſtatim. n. nigerrimæ euadent.

Alter puluis in itinere accomodus ad faciendum ſtatim encauſtum. Cap. XVIII.

GAllæ fractæ vncias decem, vitrioli romani vncias tres, aluminis rochę, gummæ arabicæ ſingulorum vncias binas, ex prædictis omnibus tritis fiat puluis tenuiſſimus, qui vbique fieri, & vbicunque deferri poteit, & vbi exigat ipſius vſus occaſio reponatur huius pulueris pauxillum in aliquo cyatho cui modicum vini albi limpidi affundatur, nam illico fere, aut ſaltem ictu oculi nigrum euadet, & pulcherrimũ. Alter conficitur puluis aliorum ſatis maioris efficacię, ipſe enim facit encauſtum, quemadmodum & pręnominati pulueres, atq; in itinere vt ipſi aptus eſt, præterea huius pulueris facultas eſt perficiendi quodcunque aliud encauſtum, quod ita idoneum non eſſet, nam pauxillum pulueris iſtius ſi in encauſtum imperfectũ prout albeſcens, & nimium acquoſum imitatur, illico præſtat ei nigrorem corporeitatem, lucriditatem, & pulchritudinem, ſoluitur in quocunque liquore pro ſcribendi vſu, nempe aqua dulci communi, aut marina, aut vino, aut aceto frigidis, aut calidis quocunque modo euadit cum calidis tamen melius ſuccedit, nam melius conſtituit encauſtum iſte puluis, qui ſic paratur.

Cape perſicorum oſſa, cum nucleis amigdaliſve ſuis, & igni mittas vt comburantur, & in prunas vertantur, ac tandem carbones nigri remaneant, quorũ aſſumas partem vnam, cui adde fumi raſę vitriolique ſingulorum alteram partem gallæ confractæ, & in oleo frictæ, atq; exſiccatæ partes duas. gummæ arabicæ partes quatuor, cuncta hæc tenuiſſimè molire oportet, ac ſimul admiſta per ſetacium tranſigere cogantur, vt ex omnibus vnus fiat puluis pertenuiſſimus, qui demum ſeruetur in ſacculo lineo denſo, aut coriacio clauſo ſic enim melius conſeruatur, ac perficitur.

Nollem ſilentio pręterire admirabilem ſacchari cãdidi virtutem, quam experientia comprobaui in perficiendo encauſto, quod in probitate diminutum eſſet nigrorem. n. ei, atq; pulchritudinem cum decenti fluxione pręſtat: modus autem vſus ipſius eſt, vt pauxillus ipſius ſacchari cãdidi terratur, ac imitatur in vaſe atramentario quo ſcilicet atramentum ſcriptorium encauſtrum vocatum exiſtit, quamuis idoneum adeo non ſit, eum tamen perfici, quod mirum equidem eſt in natura nempe iſta operari rem candidam prout eſt ſaccharum.

Hæc omnia quoque præſtat fuligo, quę ex lucerna colligitur cuiuslibet olei ſit, quæ cum opus fuit diſſoluatur, cum ſappa liquida, aut cum vrina viri, in eis tamen multo magis conducet aquæ gummatæ modicum admiſcere.

Cardanus lib. 13. de rerum varietate, pag. 859. ſcripſit puluerem in itinere equitanti ſatis commodum, qui ſupplet pro encauſtro, vbi deſit illud eius. n. vicem gerit puluis iſte componitur autem ex ſandaracha Arabum ſcilicet, & chalcantho, & ſoluitur cum vino, aut aceto, vbi ſcribendi opus ſit.

M Sed ha-

Sed hactenus dicta ſufficiant de encauſtris, quæ in itinere facile deferri poſſunt, ea enim in forma ſolida paſtæ, aut pulueris exiſtentia verſari nequeunt, etſi verti accidat non difluunt non madefaciunt, nec inquinant, verum enim liquida encauſtra magis vulgata ſunt, & in frequentiſſimo vſu habita iccirco ad ea redire cenſeo.

Encauſtrum nigrum quo pingi poſſunt imagines, atque literæ ſcribi in laneis pannis, telisq; lineis, & veſtimentis quemadmodum, & in chartis, & conſimilibus. Cap. XVIV.

MOdus conſtruendi prædictum encauſtrum erit, vt capiantur limaturæ Martis binæ vnciæ, gallæ confractę vncia, aceti acerrimi albi geminæ bocciæ, hęc omnia ſimul admiſceantur mox igni exponantur leni, vt bulliant ſenſim ad conſumationem dimidij, reliquum vero coletur, & vſui ſeruetur: verumtamen huic negotio ſatis conducet admiſcere modicum lachrymæ arabicæ, quamuis abſque ea ſatisfacere poſſit.

Ne congeletur encauſtrum hiberno tempore. Cap. XX.

ETenim memini quandoque congelari encauſtrum tempore hyemis, quocirca nō omnino operam me luſiſſe puto ſi remedium ſcripſerim, quo encauſtrum præſeruari tueriq; poſſit à gelu, at opere pretium eſt ſcire prius fieri gelu terreo immiſto concreſci autem aqueo, quapropter ſi ea diſquirere liceat, quæ encauſtrum conſtituunt reperiemus, terreſtre exiſtere atramentum ſutorium, quod vulgo appellatur vitriolum; quemadmodum ſuperius explicatum fuit; aqueum vero dicitur, quod ex aqua conſtat, & ſuperfluit, vel pura, vel miſta, nam plurima quoq; vina paucifera natura ſunt adeo, vt aqueitatis aliquid ſapiant: alia vero ſunt arte, nempe admiſtione aquæ imbecillia, & aquoſa facta: hæc itaque ſunt, quæ vna cum gallis, & gumma faciunt encauſtrum gelu ſubiectum: quod ſi prohibere voluerimus eadem ratione eligemus oppoſita, quæ his aduerſandi facultatem habeant: & cum multa ſint ad hoc munus apta, quæ nobis tamen arrident magis adminiſtrabimus: ea inter quæ hoc magis præſtare poſſint efficaciſsimam percipiemus eſſe aquam ardentem, quam vitæ aquam vulgus appellat, præſertim puram ex optimo vino diſtillatam, ea enim nec terreum quicquam habet, nec aqueum, & ideo congelari non poteſt verum ad hoc ſummopere conducet fiat igitur encauſtrum cum aqua ardenti, aut ea ſuperaddatur encauſtro iam facto; his equidem obſeruatis non congelabitur: reliqua vero quæ idem poſſunt tranſeo breuitatis gratia, atque vt alijs locum relinquam ſuum exercendi ingenium.

Ad in-

Ad inſtaurandas literas ex antiquitate fere abolitas. Cap. XXI.

CVm perſæpe videamus literas aboleri ex ſe ac præ vetuſtate fere deperdi, multa enim temporis edacitate pereunt, quapropter modum patefacere decreui, quo inſtaurentur literæ ferme deperditæ, atq; adeo innouentur, vt optime facileq; legi poſſint tanquam ſi eſſent recenter ſcriptæ, quod eueniet ſequenti aqua ſtillaritia.

Cape gallam tritam quantumlibet eamque infundas in vino albo per diem naturalem repoſitis omnibus in boccia vitrea, cuius orificium claudatur ne diflari poſsit, & locetur in hipocauſto, mox elapſo termino conſtituto aptetur ipſa boccia furno, cum alembico, cui vas recipiens coniungatur, ſtipenturq; iuncturæ, & ſupponatur ignis, vt moris eſt, diſtillabitur enim aqua ad prædictum munus efficax, quæ igitur colligatur, & vſui ſeruetur vaſe vitreo, huius autem vſus eſt, vt in ipſa aqua madefiat ſpongia, aut goſsipij lanugo exinde, cum his madefiant literæ, nam adeo reſarcientur, vt antea legi potuerint.

Encauſtrum quo ſi ſcribantur literæ euaneſcunt per tempus è chartis. Cap. XXII.

NVnc ſequitur oppoſitum ſupraſcriptis, ibi namque modus explicabitur, ſcribendi literas, quæ cito deliteſcũt ex ſe vitio encauſtri, quod eueniet ſi fiat encauſtrum humidis, & tenuioribus vaporoſisque quorum natura eſt celerrime euaneſcere hoc itaque modo paratur: aſſumatur aceti albi acerrimi libra, aquæ coroſiue diuiſoriæ argenti ab auro vnciæ quatuor, his addere operæpretium eſt reſinæ terebinthi, picis liquidæ, & fuliginis modicum omnium, quantum ſufficiat aliquam afferre corpulentiam, cũ nigrore nempe aceto, & aquæ, & poſtea per diem omittatur compoſitio in vaſe tecto inde ſuper lapidem porphyritem eam molire conuenit, & ſic conſtitutum erit encauſtrum quale diximus ſenſim euaneſcere.

Quod ſequitur ſummopere conducit ad hoc Gallæ fractæ bulliant in aqua forti aurificum decem vndis, mox addatur vitriolum, & iterum parum bulliant, & addatur ſalis armoniaci procul ab igne tandem eo ſoluto immiſceatur gummа arabica: ex hijs eueniet nigerrimum encauſtrum, quod tempore quadraginta dierum euaneſcit.

Aliud ſimile encauſtrum quo literæ ſcriptæ paucis diebus, vt puta quadraginta euaneſcunt componitur aqua vitæ, & caphura, quam officinæ appellant camphoram, hæc autem in opere huius encauſtri conuenit, vt charta combuſta, vel alio ſimili denigrata ſit.

Aliud eſt compoſitum aqua vitæ, quæ ardens, & halituoſa fit addito chalcantho in ſpiritum redacto, fit atramentum ſcriptorium ſiue encauſtrum dicamus huius conditionis, vt ſi cum eo ſcribantur literę poſtquam ſcriptæ fuerint ſex menſibus ex toto euaneſcent e chartis.

Digitized by Google

Multiplex modus delendi literas. Cap. XXIII.

PRimus exequetur modus encauſtro ſequenti, quod prorſus à chartis tolli poteſt deleanturq; literæ, cũ ipſo ſcriptæ, aut ſtatim, aut vbi libeat adeo vt nullum in charta veſtigium literæ appareat. Modus autem conficiendi eum talis eſt; aſſumatur lapis niger, qui appellatus fuit Lydius à Teophraſto lib. de natura lapidum, & à Plin. lib. 33. cap. 8. Coticula; à latinis vero Index, & vulgo Paragonius dictus eſt; eius enim attritu aurum proditur, cuiuſmodi ſit, & ideo vtuntur eo aurifices, in eo ducunt, & confricant metalla, ea. n. poſt confricationem impreſſa relinquunt in lapide veſtigia coloris metalli ex quo agnoſcunt aurifices perfecta ab imperfectis: teratur itaq; lapis iſte, ita vt in tenuiſsimum pollinem redigatur: cęterum eſt pręparare liquorem, quo ſoluatur prędictus puluis, paraturq; hoc modo, peruratur tartarum optimum ex vino albo potenti, adeo vt reuerberatione ignis fornacis vertatur in calcem, quæ mox obruatur in aquam communem mundam limpidamq; ac calefactam in ipſa. n. ſoluetur tartari calx tunc percoletur hæc aqua tartarizata, & cum ea ſoluatur puluis paratus ex lapide paragonio, & ſic conſtituetur encauſtrum, quo ſcribantur literę, & vbi eas delere volueris confricabis cum medulla panis donec euaneſcant, quod facile, ac cito euenire conſpicietur.

Alterumq; modum delendi literas, penitusq; tollendi encauſtrum à chartis explicabo, quo non modo particulare tollitur encauſtrum, prout ſupra tractatum fuit, verum etiam cõmune, aut quodcunq; ſit encauſtrum deliteſcere cogit. Hic autem modus erit, vt capias ſalis gemmei, ſalis communis aluminis rochę ſingulorum geminas vncias, ſalis ammoniaci vncias quatuor, cũcta hæc trita, & vnita reponas in cucurbita vitrea diſtillatoria, quam inde furno locare debes, atq; ei ſubijcere ignem, & vt moris eſt, ex his aquam diſtillare vrgeas quam colliges vaſe vitreo ſatis amplo recipienti vocato, hoc optime coniunctũ ſit bocciæ, cum iuncturis ſtipatis: mox vſus erit, vt ipſa aqua ſtillatitia madefacias ſpongiam, qua eadem aqua imbuta leuiter tangantur confricenturque literæ donec madefiant ipſæ, ac emolliantur, ſic enim deliteſcent: hoc tamen negotium non ruditer tractetur.

Idem opus præſtare poterit aqua ſtillata, ex ſale nitro, vitriolo romano, & lachryma larigna.

Alia ad hoc opus pręſtantiſſima aqua diſtillatur ex infraſcriptis, videlicet, vitrioli romani libra, ſalis nitri libris tribus, cinabaris vncijs quatuor, aluminis iameni libris quinque, ex his omnibus tritis, & mixtis alembico vitreo diſtillatur duplex aqua: verumtamen prima quæ leuiori igne emanat in hoc operæ præualet ea itaq; balneentur literę, & fricentur linteolo aſpero ſic enim omnes tollentur literæ, mundaq; & alba remanebit charta tanquam intacta: præterea ſi calefiat aqua p̃dicta, mox ſuper eius vaporẽ exponatur pagina ſcripta ſtatim literæ eueniẽt veteres quemadmodũ ſi iam decẽ, & plus annis ſcriptæ fuiſſent.

Idem pręſtat ſequens aqua, diſtillata ex vitrioli romani libra cum dimidio, vſifur vncijs quatuor, aluminis iameni dimidiũ libræ ex his colligitur prima aqua, & in ipſa madefiat pannus aut ſpongia, & leuiter tanguntur literæ, & illico abſtergentur. Ad hoc opus gerendũ ſatis accomodũ, eſt oleũ tartari quouis modo fa-

Digitized by Google

modo factum ſit,nihilominus diſtillatũ alēbico efficacius eſt,nã ſi eo madefiãt literæ illico delentur,hoc enim oleum tollit nigredinem,& maculas abſtergit.

Delentur atque literę ſi liniantur ſequenti pigmento,& ſic omittantur exiccari mox abſtergantur panno, ac leniter abradantur aliquo tenuiſſimo gladiolo, hinc pagina remanebit alba, & munda, Pigmentum autem pollicitum fit ex polline oſſis albi vſti,& equali portione gipſi tenuiſſimè triti, hy admiſcentur puluetes, cum luteo oui pro vſu dicto.

Abradunt aliqui literas a charta tenuiſſimo gladio chalybeo, ſed vt plurimum lacerant cartam,vel eam debilitant adeo, vt amplius ſcribi non poſſit in ipſa quapropter talis omittendus eſt vſus.

Alter eſt modus, qui ſequitur: Cape ceruſæ tenuiſsimæ, quantumlibet, & cum lacte ficus confice paſtam,quam aſſicari permittas,tunc iterum mole eam atque lacte ficus pinſita aſſicetur, hæc autem ceruſſæ præparatio ſepties reiteretur, mox linteolum aqua imbutum, & expreſſum extendas ſuper chartam ſcriptam, & ſic omittatur donec literæ euaſerint madidæ, tunc ab eis linteolum auferas, literas autem tege ſupraſcripto puluere ceruſſæ iam præparato, & ſic per noctem omittas exſiccari ſequenti,vero mane concuties paginam, & altero linteolo mundo, & ſicco abſterges eam percutiendo, cum digito medio manus, decident enim litere,cum puluere, ac quæcunque eſſent in pagina encauſtri ſigna adeo,quod remanebit alba, munda, & apta recipere nouam literarum impreſſionem, at ſi caſu alba non reſtituatur pagina ex hac operatione ſemel facta renouetur altera vice, nam optimè ſuccedet iuxta optatum.

Aqua quæ delet literas ſi cum ea madefiant.

Cape ſalis nitri,calcis extinctæ veteris,vulgo dicitur calcinatio,quantumuis ab eis tritis æqua portione diſtillatur aqua vaſe vitreo retorto.

Idem præſtat aqua diſtillata ex ſale nitro, vitriolo romano, & menta.

Ad hoc etiam conducit aqua geniſtæ ſtillatitia:aut ſuccus limonis, vel citri: in vno prædictorum itaque madefiat ſpongia,ac eadem madefiant literæ mox altera ſpongia ſicca leuiter,& paulatione fricentur donec aboleantur prorſus, & remaneat charta munda, & apta recipere nouam ſcripturam.

Delentur quoque literæ ſi ſequenti pigmento liniantur, & per mittantur exſiccari, tunc poſtea percutiatur digitis e charta, ab ea enim literæ vna cum pigmento prorſus decident, pigmentum autem conſtat ex ceruſſa ſoluta, cum ſucco rutæ, & ducta ad linimenti formam.

Delentur atque literæ ſi confricentur, cum tenui pumicis ſcobe: aut pillulis ſphæricis factis cum ſale, & ſulphure; aut puluere aluminis rochæ triti, ac diu moliti,cum ſucco mali aurantij auſteri,deinde omittantur exſiccari, vt fiat puluis, quo confricentur literæ donec deleantur.

Ad reſarciendum chartam ex ſupraſcriptis operationibus imbecillem. Cap. XXIV.

SI vero charta præ ſua nimia tenuitate relicta fuiſſet à prædictis operationibus debilis adeo, vt videretur non poſſe amplius ſuſtinere literarum impreſsionem,tunc redintegrari poterit, quemadmodum ſi noua eſſet,aqua glu-

Digitized by Google

tur donec tota inficiatur, mox binis olei guttis tota illa facies chartæ infecta refricetur, vt vix linita videatur tenuiter ſaltem: hinc ſtatim ſi alicui abſenti epiſtolam mittere volueris, ipſaque contineat ſcripta, quæ vti arcana ab alio intelligi nolis præterquam ab amico conſcio modi ſcribendi, opere pretium eſt, vt ponas aliam paginam nonam mūdam, & albam ſuper infectam quam præparaſti mox ſtilo ligneo, vel ęſſeo non multum acuto, neque obtuſo, ſed medio modo exiſtenti, aut acu eburnea illius generis, quo vtuntur mulieres plebeæ ad ſuſtinendas comas, lineentur literæque ſcribantur abſque vllo pigmento, aut encauſtro, ſed dumtaxat ſtylo, quemadmodum veteres græci conſueuere, quamobrem ipſi vtebantur ſtylo ferreo, pro ſcribendo in tabulis cereis quē appellarunt γραφίον, nos vero obſeruabimus, quod ſupra ſtatutum eſt, mox iollatur ſeparetur folium epiſtolæ ſcriptæ à pagina infecta, demum à tergo ideſt, in oppoſita parte, ſiue dicamus facie ipſius epiſtolæ, reſcribere opus eſt, cum penna, & vulgati encauſtro quoduis ludibrium: hoc enim diuerſum ab eo ſcripto, quod continetur in epiſtola obtenebrabit eam adeo, vt nullo modo intelligi poterit præterquam ſpeculo, ſi enim obuiam ſpeculo oſtendatur pagina ſcripta cum ſtylo illico conſpicientur in ſpeculo epiſtolæ ipſius literæ intelligibiles huiuſcemodi ſcriptis multi contegunt arcana ne ab alijs percipiantur, inſidias eorum metuentes.

Vnus, & alter modus ſcribendi literas, atque imagines ſignandi in exteriori cortice oui crudi, quæ mox interius appareant in facie albuminis, vbi coctum induratum, & decorticatum fuerit.
Cap. XXVI.

ID primum oſtendam, vt capiatur aluminis rochæ quantumlibet, teratur, & in acri aceto obruatur donec ſoluatur, hinc eodem ſcribantur literæ in exteriori cortice oui crudi, quod inde ſoli exponatur vſque ad literarum exiccationem, tunc poſtea immergatur ouum in aqua marina, aut alia optime ſalſa, ſit modo natura talis, aut arte facta, aut in aceto immergatur triduo, vel quatriduo deinde tollatur, & per ſe exſiccari permittatur demum igni coquatur ad indurationem vſque poſtremo coctum decorticetur, tunc enim literæ, aut imagines, aut alia quæcunque ſignata fuerint in cortice deprehendentur in albumine indurato manifeſta.

Alter vero modus eſt, vt ouum cera peroptimè, & craſsè totam obtegatur hinc ſtylo, aut calamo æneo ſcribantur literæ in eadem cera vſq; ad corticem oui diuidendo ceram, lineenturq; figuræ, quæcunq; tamen fuerint ſignatæ ampłe aperiantur, mox impleantur rimæ aqua imbuta ſale, & alumine, poſtmodum obruatur ouum ſic præparatum in aceto per diem naturalem, quo elapſo remoueatur ab eo, & penitus à cera abſtergatur, in ouo enim mundo pulcherrimæ apparebunt literæ, aliaue qualia ſignata fuerint.

Vt Per-

Digitized by Google

Ut Perſica, Amigdalæ, Chryſomela, & conſimilia oriantur cum literis inſcriptis in eorum nucleis. *Cap. XXVII.*

PRimo perſicorum oſſa cum nucleis illæſa plantētur in terra, & vbi aliquod fluxerit tempus, quo exiſtimari poſſint recluſa exiſtere oſſa, ſolent enim aperiri ea, antequam germen à nucleis exeat, tunc ab oſſibus apertis eliciantur nuclei, quibus inde literæ quælibet ſcribātur, aut quoduis aliud ſignetur in eis cum cinabrio ſoluto in aqua gummata, hæc autem leuiter tractentur abſque nucleorum læſione, ne prolifica eorum facultas pereat, mox leui temporis mora exſiccari permittantur hinc nuclei, ita ſignati reponantur in priſtino naturalique eorum oſſium vacuo, & humo priori ſepeliantur ex eis enim debito orientur tempore plantæ, quæ fructus, iuxta promiſſa producent.: Hæc & in alijs ſimilibus ſemper euadent.

Alterum modum aliqua ex parte diſtantem à ſuperiori prodidit Ioannes Baptiſta Birellus Florentinus lib. xiij. de diuerſis arcanis cap. ccxxxix. de amigdalis & conſimilibus parandis, vt ex eis oriantur plantæ producturæ fructus literis ſculptis in nucleis, quemadmodum ex ſuis verbis depromere poſſumus ſcripſit enim ipſe capere amigdalas, & in aqua emollire eas donec recludi incipiant oſſa, tunc ab eis elicit nucleum, in quo leuiter cedendo cultro imaginem, aut literas efficit hinc iterum reponit nucleum in ſuis teſtis filoque ligat eas, & ait virgineo filo, quod inane, & anile dictum cenſeo, tandem terra plantat eas, nam ex his amygdalæ orientur cum literis ſculptis, nihilominus ſcripturam actam cum penna, & atramento ſcriptorio cuiuslibet coloris, in nucleo abſque vlla ipſius læſione ſufficere: imo ſculptura magis tutum eſſe ſcripturam cenſeo iuxta primum propoſitum, cui fauet Palladius de agricoltura inquit enim ipſe, Græci afferunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas obſeruetur itaque modus primus prout magis tutus vterque tamen effectuari poteſt in perſicis, armeniacis, quę Chryſomela appellauit Columella lib. v. de agricoltura cap x. pari modo fieri poteſt in amygdalis vt dictum eſt in prunis, & conſimilibus.

Triplex modus ſcribendi literas indelebiles, aut figuras in membris corporis humani. *Cap. XXVIII.*

MOs fuit veteribus Tyrannis, & infidelibus abſque humanitate ſignare Mancupia inſtar beluarum, nempe characteribus, aut litteris in facie inſtrumentis ferreis candentibus igne, vt cognoſcerentur vbique vincti; quamobrem ne fugam abriperent prout conſueuerunt Barbari Turcæq; falſi Mahumeti ſequaces, huiuſcemodi ſupplicio apud nos chriſtianos

tur donec tota inficiatur, mox binis olei guttis tota illa facies chartæ infecta refricetur, vt vix linita videatur tenuiter ſaltem: hinc ſtatim ſi alicui abſenti epiſtolam mittere volueris, ipſaque contineat ſcripta, quæ vti arcana ab alio intelligi nolis præterquam ab amico conſcio modi ſcribendi, operepretium eſt, vt ponas aliam paginam nouam mũdam, & albam ſuper infectam quam præparaſti mox ſtilo ligneo, vel ęneo non multum acuto, neque obtuſo, ſed medio modo exiſtenti, aut acu eburnea illius generis, quo vtuntur mulieres plebeæ ad ſuſtinendas comas, lineentur literæque ſcribantur abſque vllo pigmento, aut encauſtro, ſed dumtaxat ſtylo, quemadmodum veteres græci conſueuere, quamobrem ipſi vtebantur ſtylo ferreo, pro ſcribendo in tabulis cereis quẽ appellarunt γραφεῖον, nos vero obſeruabimus, quod ſupra ſtatutum eſt, mox tollatur ſeparetur folium epiſtolæ ſcriptæ à pagina infecta, demum à tergo ideſt, in oppoſita parte, ſiue dicamus facie ipſius epiſtolæ, reſcribere opus eſt, cum penna, & vulgati encauſtro quoduis ludibrium: hoc enim diuerſum ab eo ſcripto, quod continetur in epiſtola obtenebrabit eam adeo, vt nullo modo intelligi poterit præterquam ſpeculo, ſi enim obuiam ſpeculo oſtendatur pagina ſcripta cum ſtylo illico conſpicientur in ſpeculo epiſtolæ ipſius literæ intelligibiles huiuſcemodi ſcriptis multi contegunt arcana ne ab alijs percipiantur, inſidias eorum metuentes.

Vnus, & alter modus ſcribendi literas, atque imagines ſignandi in exteriori cortice oui crudi, quæ mox interius appareant in facie albuminis, vbi coctum induratum, & decorticatum fuerit.
Cap. XXVI.

ID primum oſtendam, vt capiatur aluminis rochæ quantumlibet, teratur, & in acri aceto obruatur donec ſoluatur, hinc eodem ſcribantur literæ in exteriori cortice oui crudi, quod inde ſoli exponatur vſque ad literarum exſiccationem, tunc poſtea immergatur ouum in aqua marina, aut alia optime ſalſa, ſit modo natura talis, aut arte facta, aut in aceto immergatur triduo, vel quatriduo deinde tollatur, & per ſe exſiccari permittatur demum igni coquatur ad indurationem vſque poſtremo coctum decorticetur, tunc enim literæ, aut imagines, aut alia quæcunque ſignata fuerint in cortice deprehendentur in albumine indurato manifeſta.

Alter vero modus eſt, vt ouum cera peroptimè, & craſsè totam obtegatur hinc ſtylo, aut calamo æneo ſcribantur literæ in eadem cera vſq; ad corticem oui diuidendo ceram, lineenturq; figuræ, quæcunq; tamen fuerint ſignate ample aperiantur, mox impleantur rimæ aqua imbuta ſale, & alumine, poſtmodum obruatur ouum ſic præparatum in aceto per diem naturalem, quo elapſo remoueatur ab eo, & penitus à cera abſtergatur, in ouo enim mundo pulcherrimæ apparebunt literæ, aliave qualia ſignata fuerint.

Vt Per-

Digitized by Google

Ut Perſica, Amigdalæ, Chryſomela, & conſimilia oriantur cum literis inſcriptis in eorum nucleis. Cap. XXVII.

PRimo perſicorum oſſa cum nucleis illæſa plantētur in terra, & vbi aliquod fluxerit tempus, quo exiſtimari poſſint recluſa exiſtere oſſa, ſolent enim aperiri ea, antequam germen à nucleis exeat, tunc ab oſſibus apertis eliciantur nuclei, quibus inde literæ quælibet ſcribātur, aut quoduis aliud ſignetur in eis cum cinabrio ſoluto in aqua gummata, hæc autem leuiter tractentur abſque nucleorum læſione, ne prolifica eorum facultas pereat, mox leui temporis mora exſiccari permittantur hinc nuclei, ita ſignati reponantur in priſtino naturalique eorum oſſium vacuo, & humo priori ſepeliantur ex eis enim debito orientur tempore plantæ, quæ fructus, iuxta promiſſa producent.: Hæc & in alijs ſimilibus ſemper euadent.

Alterum modum aliqua ex parte diſtantem à ſuperiori prodidit Ioannes Baptiſta Birellus Florentinus lib. xiij. de diuerſis arcanis cap. ccxxxix. de amigdalis & conſimilibus parandis, vt ex eis oriantur plantæ producturæ fructus literis ſculptis in nucleis, quemadmodum ex ſuis verbis depromere poſſumus ſcripſit enim ipſe capere amigdalas, & in aqua emollire eas donec recludi incipiant oſſa, tunc ab eis elicit nucleum, in quo leuiter cedendo cultro imaginem, aut literas efficit hinc iterum reponit nucleum in ſuis teſtis filoque ligat eas, & ait virgineo filo, quod inane, & anile dictum cenſeo, tandem terra plantat eas, nam ex his amygdalæ orientur cum literis ſculptis, nihilominus ſcripturam actam cum penna, & atramento ſcriptorio cuiuslibet coloris, in nucleo abſque vlla ipſius læſione ſufficere: imo ſculptura magis tutum eſſe ſcripturam cenſeo iuxta primum propoſitum, cui fauet Palladius de agricoltura inquit enim ipſe, Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas obſeruetur itaque modus primus prout magis tutus vterque tamen effectuari poteſt in perſicis, armeniacis, quę Chryſomela appellauit Columella lib. v. de agricoltura cap x. pari modo fieri poteſt in amygdalis vt dictum eſt in prunis, & conſimilibus.

Triplex modus ſcribendi literas indelebiles, aut figuras in membris corporis humani. Cap. XXVIII.

MOs fuit veteribus Tyrannis, & infidelibus abſque humanitate ſignare Mancupia inſtar beluarum, nempe characteribus, aut litteris in facie inſtrumentis ferreis candentibus igne, vt cognoſcerentur vbique vincti; quamobrem ne fugam abriperent prout conſueuerunt Barbari Turcæq; falſi Mahumeti ſequaces, huiuſcemodi ſupplicio apud nos chriſtianos

tur donec tota inficiatur, mox binis olei guttis tota illa facies chartæ infecta refricetur, vt vix linita videatur tenuiter ſaltem: hinc ſtatim ſi alicui abſenti epiſtolam mittere volueris, ipſaque contineat ſcripta, quæ vti arcana ab alio intelligi nolis præterquam ab amico conſcio modi ſcribendi, operæ pretium eſt, vt ponas aliam paginam nouam műdam, & albam ſuper infectam quam præparaſti mox ſtilo ligneo, vel ęreo non multum acuto, neque obtuſo, ſed medio modo exiſtenti, aut acu eburnea illius generis, quo vtuntur mulieres plebeæ ad ſuſtinendas comas, lineentur literæque ſcribantur abſque vllo pigmento, aut encauſtro, ſed dumtaxat ſtylo, quemadmodum veteres græci conſueuere, quamobrem ipſi vtebantur ſtylo ferreo, pro ſcribendo in tabulis cereis quē appellarunt γραφίον, nos vero obſeruabimus, quod ſupra ſtatutum eſt, mox ſollatur ſeparetur folium epiſtolæ ſcriptæ à pagina infecta, demum à tergo id eſt, in oppoſita parte, ſiue dicamus facie ipſius epiſtolæ, reſcribere opus eſt, cum penna, & vulgati encauſtro quoduis ludibrium: hoc enim diuerſum ab eo ſcripto, quod continetur in epiſtola obtenebrabit eam adeo, vt nullo modo intelligi poterit præterquam ſpeculo, ſi enim obuiam ſpeculo oſtendatur pagina ſcripta cum ſtylo illico conſpicientur in ſpeculo epiſtolæ ipſius literæ intelligibiles huiuſcemodi ſcriptis multi contegunt arcana ne ab alijs percipiantur, inſidias eorum metuentes.

Vnus, & alter modus ſcribendi literas, atque imagines ſignandi in exteriori cortice oui crudi, quæ mox interius appareant in facie albuminis, vbi coctum induratum, & decorticatum fuerit. *Cap.* XXVI.

ID primum oſtendam, vt capiatur aluminis rochæ quantumlibet, teratur, & in acri aceto obruatur donec ſoluatur, hinc eodem ſcribantur literæ in exteriori cortice oui crudi, quod inde ſoli exponatur vſque ad literarum exiccationem, tunc poſtea immergatur ouum in aqua marina, aut alia optime ſalſa, ſit modo natura talis, aut arte facta, aut in aceto immergatur triduo, vel quatriduo deinde tollatur, & per ſe exſiccari permittatur demum igni coquatur ad indurationem vſque poſtremo coctum decorticetur, tunc enim literæ, aut imagines, aut alia quæcunque ſignata fuerint in cortice deprehendentur in albumine indurato manifeſta.

Alter vero modus eſt, vt ouum cera peroptimè, & craſsè totam obtegatur hinc ſtylo, aut calamo æneo ſcribantur literæ in eadem cera vſq; ad corticem oui diuidendo ceram, lineenturq; figuræ, quæcunq; tamen fuerint ſignatæ ampIe aperiantur, mox impleantur rimæ aqua imbuta ſale, & alumine, poſtmodum obruatur ouum ſic præparatum in aceto per diem naturalem, quo elapſo remoueatur ab eo, & penitus à cera abſtergatur, in ouo enim mundo pulcherrimæ apparebunt literæ, aliaue qualia ſignata fuerint.

Vt Per-

Vt Perſica, Amigdalæ, Chryſomela, & conſimilia oriantur cum literis inſcriptis in eorum nucleis. *Cap. XXVII.*

PRimo perſicorum oſſa cum nucleis illæſa plantētur in terra, & vbi aliquod fluxerit tempus, quo exiſtimari poſſint recluſa exiſtere oſſa, ſolent enim aperiri ea, antequam germen à nucleis exeat, tunc ab oſſibus apertis eliciantur nuclei, quibus inde literæ quælibet ſcribātur, aut quoduis aliud ſignetur in eis cum cinabrio ſoluto in aqua gummata, hæc autem leuiter tractentur abſque nucleorum læſione, ne prolifica eorum facultas pereat, mox leui temporis mora exſiccari permittantur hinc nuclei, ita ſignati reponantur in priſtino naturalique eorum oſſium vacuo, & humo priori ſepeliantur ex eis enim debito orientur tempore plantæ, quæ fructus, iuxta promiſſa producent: Hæc & in alijs ſimilibus ſemper euadent.

Alterum modum aliqua ex parte diſtantem à ſuperiori prodidit Ioannes Baptiſta Birellus Florentinus lib. xiij. de diuerſis arcanis cap. ccxxxix. de amigdalis & conſimilibus parandis, vt ex eis oriantur plantæ producturæ fructus literis ſculptis in nucleis, quemadmodum ex ſuis verbis depromere poſſumus ſcripſit enim ipſe capere amigdalas, & in aqua emollire eas donec recludi incipiant oſſa, tunc ab eis elicit nucleum, in quo leuiter cedendo cultro imaginem, aut literas efficit hinc iterum reponit nucleum in ſuis teſtis filoque ligat eas, & ait virgineo filo, quod inane, & anile dictum cenſeo, tandem terra plantat eas, nam ex his amygdalæ orientur cum literis ſculptis, nihilominus ſcripturam actam cum penna, & atramento ſcriptorio cuiuslibet coloris, in nucleo abſque vlla ipſius læſione ſufficere: imo ſculpturа magis tutum eſſe ſcripturam cenſeo iuxta primum propoſitum, cui fauet Palladius de agricoltura inquit enim ipſe, Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas obſeruetur itaque modus primus prout magis tutus vterque tamen effectuari poteſt in perſicis, armeniacis, quę Chryſomela appellauit Columella lib. v. de agricoltura cap x. pari modo fieri poteſt in amygdalis vt dictum eſt in prunis, & conſimilibus.

Triplex modus ſcribendi literas indelebiles, aut figuras in membris corporis humani. *Cap. XXVIII.*

MOs fuit veteribus Tyrannis, & infidelibus abſque humanitate ſignare Mancipia inſtar beluarum, nempe characteribus, aut litteris in facie inſtrumentis ferreis candentibus igne, vt cognoſcerentur vbique vincti; quamobrem ne fugam abriperent prout conſueuerunt Barbari Turcæq; falſi Mahumeti ſequaces, huiuſcemodi ſupplicio apud nos Chriſtianos

Digitized by Google

tur donec tota inficiatur, mox binis olei guttis tota illa facies chartæ infecta refricetur, vt vix linita videatur tenuiter ſaltem: hinc ſtatim ſi alicui abſenti epiſtolam mittere volueris, ipſaque contineat ſcripta, quæ vti arcana ab alio intelligi nolis præterquam ab amico conſcio modi ſcribendi, opere pretium eſt, vt ponas aliam paginam nouam mūdam, & albam ſuper infectam quam præparaſti mox ſtilo ligneo, vel ſicco non multum acuto, neque obtuſo, ſed medio modo exiſtenti, aut acu eburnea illius generis, quo vtuntur mulieres plebeæ ad ſuſtinendas comas, lineentur literæque ſcribantur abſque vllo pigmento, aut encauſtro, ſed dumtaxat ſtylo, quemadmodum veteres græci conſueuere, quamobrem ipſi vtebantur ſtylo ferreo, pro ſcribendo in tabulis cereis quē appellarunt γραφίον, nos vero obſeruabimus, quod ſupra ſtatutum eſt, mox ſollatur ſeparetur folium epiſtolæ ſcriptæ à pagina infecta, demum à tergo ideſt, in oppoſita parte, ſiue dicamus facie ipſius epiſtolæ, reſcribere opus eſt, cum penna, & vulgati encauſtro quoduis ludibrium: hoc enim diuerſum ab eo ſcripto, quod continetur in epiſtola obtenebrabit eam adeo, vt nullo modo intelligi poterit præterquam ſpeculo, ſi enim obuiam ſpeculo oſtendatur pagina ſcripta cum ſtylo illico conſpicientur in ſpeculo epiſtolæ ipſius literæ intelligibiles huiuſcemodi ſcriptis multi contegunt arcana ne ab alijs percipiantur, inſidias eorum metuentes.

Vnus, & alter modus ſcribendi literas, atque imagines ſignandi in exteriori cortice oui crudi, quæ mox interius appareant in facie albuminis, vbi coctum induratum, & decorticatum fuerit.
Cap. XXVI.

ID primum oſtendam, vt capiatur aluminis rochæ quantumlibet, teratur, & in acri aceto obruatur donec ſoluatur, hinc eodem ſcribantur literæ in exteriori cortice oui crudi, quod inde ſoli exponatur vſque ad literarum exiccationem, tunc poſtea immergatur ouum in aqua marina, aut alia optime ſalſa, ſit modo natura talis, aut arte facta, aut in aceto immergatur triduo, vel quatriduo deinde tollatur, & per ſe exſiccari permittatur demum igni coquatur ad indurationem vſque poſtremo coctum decorticetur, tunc enim literæ, aut imagines, aut alia quæcunque ſignata fuerint in cortice deprehendentur in albumine indurato manifeſta.

Alter vero modus eſt, vt ouum cera peroptimè, & craſsè totam obtegatur hinc ſtylo, aut calamo æneo ſcribantur literæ in eadem cera vſq; ad corticem oui diuidendo ceram, lineenturq; figuræ, quæcunq; tamen fuerint ſignate ample aperiantur, mox impleantur rimæ aqua imbuta ſale, & alumine, poſtmodum obruatur ouum ſic præparatum in aceto per diem naturalem, quo elapſo remoueatur ab eo, & penitus à cera abſtergatur, in ouo enim mundo pulcherrimæ apparebunt literæ, aliave qualia ſignata fuerint.

Vt Per-

Digitized by Google

Vt Perſica, Amigdalæ, Chryſomela, & conſimilia oriantur cum literis inſcriptis in eorum nucleis. Cap. XXVII.

PRimo perſicorum oſſa cum nucleis illæſa plantētur in terra, & vbi aliquod fluxerit tempus, quo exiſtimari poſſint recluſa exiſtere oſſa, ſolent enim aperiri ea, antequam germen à nucleis exeat, tunc ab oſſibus apertis eliciantur nuclei, quibus inde literæ quælibet ſcribātur, aut quoduis aliud ſignetur in eis cum cinabrio ſoluto in aqua gummata, hæc autem leuiter tractentur abſque nucleorum læſione, ne prolifica eorum facultas pereat, mox leui temporis mora exſiccari permittantur hinc nuclei, ita ſignati reponantur in priſtino naturalique eorum oſſium vacuo, & humo priori ſepeliantur ex eis enim debito orientur tempore plantæ, quæ fructus, iuxta promiſſa producent: Hæc & in alijs ſimilibus ſemper euadent.

Alterum modum aliqua ex parte diſtantem à ſuperiori prodidit Ioannes Baptiſta Birellus Florentinus lib. xiij. de diuerſis arcanis cap. ccxxxix. de amigdalis & conſimilibus parandis, vt ex eis oriantur plantæ producturæ fructus literis ſculptis in nucleis, quemadmodum ex ſuis verbis depromere poſſumus ſcripſit enim ipſe capere amigdalas, & in aqua emollire eas donec recludi incipiant oſſa, tunc ab eis elicit nucleum, in quo leuiter cedendo cultro imaginem, aut literas efficit hinc iterum reponit nucleum in ſuis teſtis filoque ligat eas, & ait virgineo filo, quod inane, & anile dictum cenſeo, tandem terra plantat eas, nam ex his amygdalæ orientur cum literis ſculptis, nihilominus ſcripturam actam cum penna, & atramento ſcriptorio cuiuslibet coloris, in nucleo abſque vlla ipſius læſione ſufficere: imo ſculptura magis tutum eſſe ſcripturam cenſeo iuxta primum propoſitum, cui fauet Palladius de agricoltura inquit enim ipſe, Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas obſeruetur itaque modus primus prout magis tutus vterque tamen effectuari poteſt in perſicis, armeniacis, quę Chryſomela appellauit Columella lib. v. de agricoltura cap x. pari modo fieri poteſt in amygdalis vt dictum eſt in prunis, & conſimilibus.

Triplex modus ſcribendi literas indelebiles, aut figuras in membris corporis humani. Cap. XXVIII.

MOs fuit veteribus Tyrannis, & infidelibus abſque humanitate ſignare Mancupia inſtar beluarum, nempe characteribus, aut litteris in facie inſtrumentis ferreis candentibus igne, vt cognoſcerentur vbique vincti; quamobrem ne fugam abriperent prout conſueuerunt Barbari Turcæq; falſi Mahumeti ſequaces, huiuſcemodi ſupplicio apud nos chriſtianos

ſtianos

Digitized by Google

Multiplex modus delendi literas. Cap. XXIII.

PRimus exequetur modus encauſtro ſequenti,quod prorſus à chartis tolli poteſt delenturq; literæ,cũ ipſo ſcriptæ,àut ſtatim,aut vbi libeat adeo vt nullum in charta veſtigium literæ appareat. Modus autem conficiendi eum talis eſt;aſſumatur lapis niger,qui appellatus fuit Lydius à Teophraſto lib de natura lapidum,& à Plin.lib.33.cap.8. Coticula;à Iannis vero Index,& vulgo Paragonius dictus eſt; eius enim attritu aurum proditur, cuiuſmodi ſit, & ideo vtuntur eo aurifices,in eo ducunt,& confricant metalla,ea.n.poſt confricationem impreſſa relinquunt in lapide veſtigia coloris metalli ex quo agnoſcunt aurifices perfecta ab imperfectis:teratur itaq; lapis iſte,ita vt in tenuiſsimum pollinem redigatur: cęterum eſt pręparare liquorem,quo ſoluatur prędictus puluis,paraturq;hoc modo,peruratur tartarum optimum ex vino albo potenti,adeo vt reuerberatione ignis fornacis vertatur in calcem,quæ mox obruatur in aquam communem mundam limpidamq; ac calefactam in ipſa. n. ſoluetur tartari,calx tunc percoletur hæc aqua tartarizata,& cum ea ſoluatur puluis paratus ex lapide paragonio, & ſic conſtituetur encauſtrum, quo ſcribantur literę,& vbi eas delere volueris confricabis cum medulla panis donec euaneſcant, quod facile, ac cito euenire conſpicietur.

Alterumq; modum delendi literas,penitusq; tollendi encauſtrum à chartis explicabo, quo non modo particulare tollitur encauſtrum,prout ſupra tractatum fuit,verum etiam cõmune, aut quodcunq; ſit encauſtrum deliteſcere cogit. Hic autem modus erit, vt capias ſalis gemmei, ſalis communis aluminis rochę ſingulorum geminas vncias,ſalis ammoniaci vncias quatuor,cũcta hæc trita,& vnita reponas in cucurbita vitrea diſtillatoria,quam inde furno locare debes, atq; ei ſubijcere ignem, & vt moris eſt, ex his aquam diſtillare vrgeas quam colliges vaſe vitreo ſatis amplo recipienti vocato,hoc optime coniunctũ ſit bocciæ,cum iuncturis ſtipatis:mox vſus erit,vt ipſa aqua ſtillatitia madefacias ſpongiam, qua eadem aqua imbuta leuiter tangantur confricenturque literæ donec madefiant ipſæ,ac emoliantur,ſic enim deliteſcent: hoc tamen negotium non ruditer tractetur.

Idem opus præſtare poterit aqua ſtillata,ex ſale nitro,vitriolo romano,& lachryma larigna.

Alia ad hoc opus pręſtantiſſima aqua diſtillatur ex infraſcriptis,videlicet,vitrioli romani libra, ſalis nitri libris tribus, cinabaris vncijs quatuor, aluminis iameni libris quinque,ex his omnibus tritis, & mixtis alembico vitreo diſtillatur duplex aqua: verumtamen prima quæ leuiori igne emanat in hoc operæ præualet ea itaq; balneentur literę,& fricentur linteolo aſpero ſic enim omnes tollentur literæ,mundaq; & alba remanebit charta tanquam intacta: præterea ſi calefiat aqua pdicta, mox ſuper eius vaporẽ exponatur pagina ſcripta ſtatim literæ euenient veteres quemadmodũ ſi iam decẽ,& plus annis ſcriptæ fuiſſent.

Idem pręſtat ſequens aqua,diſtillata ex vitrioli romani libra cum dimidio, vſifur vncijs quatuor, aluminis iameni dimidiũ libræ ex his colligitur prima aqua,& in ipſa madefiat pannus aut ſpongia, & leuiter tanguntur literæ,& illico abſtergentur. Ad hoc opus gerendũ ſatis accomodũ,eſt oleũ tartari quouis

modo fa-

Digitized by Google

modo factum ſit,nihilominus diſtillatũ alēbico efficacius eſt,nã ſi eo madefiāt literæ illico delentur,hoc enim oleum tollit nigredinem,& maculas abſtergit.

Delentur atque literę ſi liniantur ſequenti pigmento,& ſic omittantur exiccari mox abſtergantur panno, ac leniter abradantur aliquo tenuiſſimo gladiolo, hinc pagina remanebit alba, & munda, Pigmentum autem pollicitum fit ex polline oſſis albi vſti,& equali portione gipſi tenuiſſimè triti, hy admiſcentur pulueres, cum luteo oui pro vſu dicto.

Abradunt aliqui literas a charta tenuiſſimo gladio chalybeo, ſed vt plurimum lacerant cartam,vel eam debilitanr adeo, vt amplius ſcribi non poſſit in ipſa quapropter talis omittendus eſt vſus.

Alter eſt modus, qui ſequitur: Cape ceruſæ tenuiſsimæ, quantumlibet, & cum lacte ficus confice paſtam,quam aſſicari permittas,tunc iterum mole eam atque lacte ficus pinſita aſſicetur, hæc autem ceruſſæ præparatio ſepties reiteretur, mox linteolum aqua imbutum, & expreſſum extendas ſuper chartam ſcriptam, & ſic omittatur donec literæ euaſerint madidæ, tunc ab eis linteolum auferas, literas autem tege ſupraſcripto puluere ceruſſæ iam præparato, & ſic per noctem omittas exſiccari ſequenti,vero mane concuties paginam, & altero linteolo mundo, & ſicco abſterges eam percutiendo, cum digito medio manus, decident enim litere,cum puluere, ac quæcunque eſſent in pagina encauſtri ſigna adeo,quod remanebit alba, munda, & apta recipere nouam literarum impreſſionem, at ſi caſu alba non reſtituatur pagina ex hac operatione ſemel facta renouetur altéra vice, nam optimè ſuccedet iuxta optatum.

Aqua que delet literas ſi cum ea madeſiant.

Cape ſalis nitri,calcis extinctæ veteris,vulgo dicitur calcinatio,quantumuis ab eis tritis æqua portione diſtillatur aqua vaſe vitreo retorto.

Idem præſtat aqua diſtillata ex ſale nitro, vitriolo romano, & menta.

Ad hoc etiam conducit aqua genitæ ſtillatitia:aut ſuccus limonis, vel citri: in vno prædictorum itaque madefiat ſpongia,ac eadem madefiant literæ mox altera ſpongia ſicca leuiter,& paulatione fricentur donec aboleantur prorſus, & remaneat charta munda, & apta recipere nouam ſcripturam.

Delentur quoque literæ ſi ſequenti pigmento liniantur, & per mittantur exſiccari, tunc poſtea percutiatur digitis e charta, ab ea enim literæ vna cum pigmento prorſus decident, pigmentum autem conſtat ex ceruſſa ſoluta, cum ſucco rutæ, & ducta ad linimenti formam.

Delentur atque literæ ſi confricentur, cum tenui pumicis ſcobe: aut pillulis ſphæricis factis cum ſale, & ſulphure; aut puluere aluminis rochæ triti, ac diu moliti,cum ſucco mali aurantij auſteri,deinde omittantur exſiccari,vt fiat puluis, quo confricentur literæ donec deleantur.

Ad reſarciendum chartam ex ſupraſcriptis operationibus imbecillem. Cap. XXIV.

SI vero charta præ ſua nimia tenuitate relicta fuiſſet à prædictis operationibus debilis adeo, vt videretur non poſſe amplius ſuſtinere literarum impreſſionem,tunc redintegrari poterit, quemadmodum ſi noua eſſet,aqua glu-

Digitized by Google

tinoſa infraſcribenda ea enim leuiter oblinitur vtraque pagina chartæ omittiturque aſsiccari, ſic enim fortis euadet pulchra,& Albâ : Aqua igitur glutinoſa fiet hoc modo.

Cape glutinum album,quod græce vocatur ξυλοκολλα & ταυροκολλα,quod ſcriptis prodiderunt Dioſcorides,& Paulus Aegineta,& diſſoluatur pauca ipſius quantitas,cum multa aqua limpida, ita vt modice fiat viſcoſa , alioquin ſi multum viſcoſitatis contraheret, hoc mali ex ea eueniret,nam vel nigreſceret, vel quodammodo rubeſceret, ſedulo itaque præparetur limpida , & pulchri coloris, demum huic aquæ immiſceatur tantilium ceruſſæ, vt vix percipiatur, ne incraſſcat aqua, & ſic optime parata erit corroborare paginas, quibus noua reſcribi poſſint nihilominus vhæ illis ſaltem in extremo die Iudicij, qui temere,& magna fraude, odio maiori digna audebunt hijs abuti modis, idcirco probis viris ſcripſimus,vt ſciant a maculis, & inquinamentis encauſtri abſtergere paginas , aut etiam à literis malis deprauatiſque reparare eas: propterea vnumquemque agere iuxta prouerbialem ſententiam exhortamur, quæ indicat colligere roſas , & omittere ſpinas , hoc eſt bonum eligere , & relinquere malum.

Plerique modi ſcribendi literas latentes. *Cap. XXV.*

SVperioribus iam explicatis feſtinanter accedebat modus delendi literas cęteraque ſigna carni impreſſa, exinde vero eum expuli,locumque ipſi delegaui ſequentem modum ſcribendi literas aliquo membro corporis humani;quemadmodum enim ei peculiarem illic recondere ſtatui : ibi autem proſequar pandere mòdos multos, verumtamen inter ſe diuerſos, quibus ſcribuntur literæ latentes,quæ adeo occultantur,vt legi non poſsint niſi aquæ immerſæ,Aliæ igni expoſitæ,Alię noctu lumine ſtellæ,vel obuiam candelæ,Alięque noctu abſque vllo lumine leguntur quemadmodum , & diurno tempore in loco opaco per vmbram aere, & Sole carenti : ſcribuntur, atque aliæ literæ, quæ nigræ apparent , verum adeo intricatę , vt nullo modo intelligi poſſint, quamuis ſit clara dies , & eo minus nocte opaca , vel aliquo lumine clareſcat non percipiuntur præterquam ſpeculo , nam ſi obuiam ei ponatur charta ſcripta, tunc apertiſsimè percipientur literæ ; cum igitur prædictos modos declaraturus ſim : incipiam propalare eum primum à nobis propoſitum , quo ſcribuntur literæ latentes,hæc enim palam non apparent, neque legi poſſunt niſi charta ſcripta immergatur aquæ facie laterali ſupina: & talis eſt modus videlicet, Capiatur itaque aluminis rochę,quantum ſcribendi opus exigit, & teratur per quam tenuiſsimè,& aqua obruatur pauca adeo,vt ſcribi poſsint literę, quæ ex ſe omittantur exſiccari : hæc nunquam in propatulo erunt , niſi charta immergatur aqua,ea enim obſcurat chartam in qua candicat alumen,tunc ergo apertiſsimè legi poterunt prout aliæ literæ.

Idipſum eueniet ſi ſcribantur literæ,cum aqua ſtillatitia gallarum, cui inde admiſtum ſit, atque ſolutum vitriolum.

Sequitur modus ſcribendi literas , quæ obuiam igni tantum expoſitæ apparent,&

rent,& legi poſſunt;alioquin prorſus latent: ſalis armoniaci vulgo dicti quantumlibet aſſumatur,& in ſcobem redigatur tenuiſſimam, quæ mox aqua communi admiſceatur, vt ſcribi poſsint literæ, quas exſiccatas ſemper latere experientia agnouimus prçterquam igni,nam conſpicuæ igni ſunt, aperteque percipiuntur ipſæ.

Idem præſtat ſuccus limonis, ſi cum eo ſcribantur literæ, nec eo minus ad hoc munus conducit cçparum ſuccus, hijs enim literç ſcriptç igni dumtaxat legi poſſunt,ſecus vero deliteſcunt: pariter atque modo ſequenti ſcriptç literç occultantur ſic,& igni obuiam expoſitç leguntur: Cape ergo cçpam ſalem, & vrinam cuncta hçc ſimul mole mox ab eis tuſis exprime ſuccum, quo literæ aperiuntur igni, & procul ab eo occultantur.

Idem ſuccedet ſi cum ſequenti ſcribantur literç videlicet, ſucci radicum ſambuci, fellis canis, & albuminis oui, portione equali quantum ſufficiat ex omnibus fiat pigmentum, quo ſcribantur literç, euadent enim, vt ſupra diximus. Aliç latent literç ſcriptç, cum pigmento ex ceruſſa, & aqua gummata: quç mox aperiuntur optimeque leguntur dum obuiam lumini ſtellç, aut candelç exponantur. Clam omnium oculis exiſtunt literæ ſequenti modo ſcriptç, verumtamen pateſiunt nocte obſcura, & tenebroſa, aut interdiu loco opaco per vmbram aere, & ſole carenti: ideſt Cape fellem ranç, lignumque ſalicis fracidum, & piſcis ſquammas,hçc omnia çqua parte adinuicem ſubacta, cum albumine oui,fiunt forma pigmenti liquidi,quo ſcribuntur literç,quæ leguntur nocte tenebroſa, alioquin prorſus latent.

Idem præſtat quod ſequitur: Cape chryſtalli ſcobem, eumque mole cum puluere ventriculorum blattarum lucificarum quas vulgus appellat luciolas, ſimulque admiſceantur cum albumine oui, & in formam fere liquidam reducantur,ita vt ſcribi poſſint literæ: quæ noctu percipiuntur nam ob chryſtalli luciditatem,cum ſplendore luciolarum fiunt literæ tempore,atque locis opacis fulgentes: verum vt omnibus magis,pateat quid ſit blatta lucifica vel luciola referam eſſe genus moſcarum,quæ noctu lucent ignis modo in parte poſteriori pennatum enim hiatu volitando refulgent,dum quoque pennas claudit obtenebratur corpus eius paruum laterum, & clunium colorem habet, & apparet tempore magni æſtus dicitur à græcis λαμπυρίς, à latinis vero noctiluca, & nitedula quemadmodum Hor. 4. Carm. ode. 6. rite creſcentem face noctilucam, proſperam frugum celeremque pronos voluere menſes: & Ariſtotiles,lib. 5. de natura animalium, cap. 19. appellauit Cicindelam, ab iſta aſſumpſit nomen lychnus penſilis vulgo dictus lampas, & cicindela, vel noſtro idiomate el ceſendelo, quæ tota nocte ſeruatur accenſa, ita vt lampiridis inſtar luceat: ſed redeamus ad noſtrum inſtitutum, quidam capiunt illam partem corporis poſteriorem, quæ noctu fulget dum noctiluca volat ex hijs multiſque congeſtis in vaſe diſtillatorio vitreo eliciunt aquam, vt motis eſt, & eadem ſcribunt literas aut madefaciunt vaſa,atque ſpecilla vt reſplendeant noctu.

Reliquum eſt explicare modum quo ſcribantur literæ adeo implicatç vt intelligi non poſsint, hæc ſunt in conſpectu prout aliæ literæ verum diſtingui nullo modo poſſunt præterquam ſpeculo; ideo vt conſequamur hoc; primitium ſic præparetur folium chartæ cuius facies prima atro carbone confrice-

tur donec tota inficiatur, mox binis olei guttis tota illa facies chartæ infecta refricetur, vt vix linita videatur tenuiter ſaltem: hinc ſtatim ſi alicui abſenti epiſtolam mittere volueris, ipſaque contineat ſcripta, quæ vti arcana ab alio intelligi nolis præterquam ab amico conſcio modi ſcribendi, opere pretium eſt, vt ponas aliam paginam nonam mūdam, & albam ſuper infectam quam præparaſti mox ſtilo ligneo, vel oſſeo non multum acuto, neque obtuſo, ſed medio modo exiſtenti, aut acu eburnea illius generis, quo vtuntur mulieres plebeæ ad ſuſtinendas comas, lineentur literæque ſcribantur abſque vllo pigmento, aut encauſtro, ſed dumtaxat ſtylo, quemadmodum veteres græci conſueuere, quamobrem ipſi vtebantur ſtylo ferreo, pro ſcribendo in tabulis cereis quē appellarunt γραφίον, nos vero obſeruabimus, quod ſupra ſtatutum eſt, mox tollatur ſeparetur folium epiſtolæ ſcriptæ à pagina infecta, demum à tergo ideſt, in oppoſita parte, ſiue dicamus facie ipſius epiſtolæ, teſcribere opus eſt, cum penna, & vulgati encauſtro quoduis ludibrium: hoc enim diuerſum ab eo ſcripto, quod continetur in epiſtola obtenebrabit eam adeo, vt nullo modo intelligi poterit præterquam ſpeculo, ſi enim obuiam ſpeculo oſtendatur pagina ſcripta cum ſtylo illico conſpicientur in ſpeculo epiſtolæ ipſius literæ intelligibiles huiuſcemodi ſcriptis multi conteguni arcana ne ab alijs percipiantur, inſidias eorum metuentes.

Vnus, & alter modus ſcribendi literas, atque imagines ſignandi in exteriori cortice oui crudi, quæ mox interius appareant in facie albuminis, vbi coctum induratum, & decorticatum fuerit.

Cap. XXVI.

ID primum oſtendam, vt capiatur aluminis rochæ quantumlibet, teratur, & in acri aceto obruatur donec ſoluatur, hinc eodem ſcribantur literæ in exteriori cortice oui crudi, quod inde ſoli exponatur vſque ad literarum exiccationem, tunc poſtea immergatur ouum in aqua marina, aut alia optime ſalſa, ſit modo natura talis, aut arte facta, aut in aceto immergatur triduo, vel quatriduo deinde tollatur, & per ſe exſiccari permittatur demum igni coquatur ad indurationem vſque poſtremo coctum decorticetur, tunc enim literæ, aut imagines, aut alia quæcunque ſignata fuerint in cortice deprehendentur in albumine indurato manifeſta.

Alter vero modus eſt, vt ouum cera peroptimè, & craſsè totam obtegatur hinc ſtylo, aut calamo æneo ſcribantur literæ in eadem cera vſq; ad corticem oui diuidendo ceram, lineenturq; figuræ, quæcunq; tamen fuerint ſignatæ am ple aperiantur, mox impleantur rimæ aqua imbuta ſale, & alumine, poſtmodum obruatur ouum ſic præparatum in aceto per diem naturalem, quo elapſo remoueatur ab eo, & penitus à cera abſtergatur, in ouo enim mundo pulcherrimæ apparebunt literæ, aliaue qualia ſignata fuerint.

Vt Per-

Digitized by Google

Ut Perſica, Amigdalæ, Chryſomela, & conſimilia oriantur cum literis inſcriptis in eorum nucleis. Cap. XXVII.

PRimo perſicorum oſſa cum nucleis illæſa plantētur in terra, & vbi aliquod fluxerit tempus, quo exiſtimari poſſint recluſa exiſtere oſſa, ſolent enim aperiri ea, antequam germen à nucleis exeat, tunc ab oſſibus apertis eliciantur nuclei, quibus inde literæ quælibet ſcribātur, aut quoduis aliud ſignetur in eis cum cinabrio ſoluto in aqua gummata, hæc autem leuiter tractentur abſque nucleorum læſione, ne prolifica eorum facultas pereat, mox leui temporis mora exſiccari permittantur hinc nuclei, ita ſignati reponantur in priſtino naturalique eorum oſſium vacuo, & humo priori ſepeliantur ex eis enim debito otientur tempore plantæ, quæ fructus, iuxta promiſſa producent: Hæc & in alijs ſimilibus ſemper euadent.

Alterum modum aliqua ex parte diſtantem à ſuperiori prodidit Ioannes Baptiſta Birellus Florentinus lib. xiij. de diuerſis arcanis cap. ccxxxix. de amigdalis & conſimilibus parandis, vt ex eis oriantur plantæ producturæ fructus literis ſculptis in nucleis, quemadmodum ex ſuis verbis depromere poſſumus ſcripſit enim ipſe capere amigdalas, & in aqua emollire eas donec recludi incipiant oſſa, tunc ab eis elicit nucleum, in quo leuiter cedendo cultro imaginem, aut literas efficit hinc iterum reponit nucleum in ſuis teſtis filoque ligat eas, & ait virgineo filo, quod inane, & anile dictum cenſeo, tandem terra plantat eas, nam ex his amygdalæ orientur cum literis ſculptis, nihilominus ſcripturam actam cum penna, & atramento ſcriptorio cuiuslibet coloris, in nucleo abſque vlla ipſius læſione ſufficere: imo ſculptura magis tutum eſſe ſcripturam cenſeo iuxta primum propoſitum, cui fauet Palladius de agricoltura inquit enim ipſe, Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas obſeruetur itaque modus primus prout magis tutus vterque tamen effectuari poteſt in perſicis, armeniacis, quę Chryſomela appellauit Columella lib. v. de agricoltura cap x. pari modo fieri poteſt in amygdalis vt dictum eſt in prunis, & conſimilibus.

Triplex modus ſcribendi literas indelebiles, aut figuras in membris corporis humani. Cap. XXVIII.

MOs fuit veteribus Tyrannis, & infidelibus abſque humanitate ſignare Mancipia inſtar beluarum, nempe characteribus, aut litteris in facie inſtrumentis ferreis candentibus igne, vt cognoſcerentur vbique vincti; quamobrem ne fugam abriperent prout conſueuerunt Barbari Turcæq; falſi Mahumeti ſequaces, huiuſcemodi ſupplicio apud nos chriſtianos

Digitized by Google

ſtianos à Prætoribus qui ius in vrbibus inter populos dicunt, quandoque fures ſententia plectuntur, vt eorum ſcelerum pœnas luant, atque dedecori turpiori notentur: & quamuis prædictorum omnium mos male habitus fuerit verumtamen pertranſiit in ludicram conſuetudinem iuxta Æthiopum plurimos, qui actualiter ſigna in eorummet facie imprimunt, non modo ferreis inſtrumentis verum etiam argenteis, & aureis iuxta eorum poteſtatem: non deſunt apud nos alii vulgares plebeiique propria ſua libertate fruentes qui ſolatij, aut amoris gratia, aut fatuitate, aut aliqua memoria ducti ſignant literis vel figuris faciem, aut manum, aut brachium, aut aliam quamlibet partē ipſius corporis: verum hy diſcriminatim à ſuperioribus procedunt quemadmodum enim actuali igne ſuperiores hæc operari conſueuerint, hy omiſſo actuali igne, ſed alijs lepidioribus modis vſi, quæcunque volunt in facie, aut alia quauis parte corporis ſignant, & ſcribunt: Prius itaque literas in membro ſcribunt encauſtro, aut aliquam ſignant imaginem, aut ipſius effigiem, hæc autem in hipocauſto agunt, mox cultro, aut nouacula, ſeu flobotomo quod tenuius inſtrumentum inciſorium eſt incidunt, & diuidunt ſummam cutim iuxta literarum, aut imaginum figuras, & inceſſus, rimasq; inciſorio diuiſas implere opus eſt minio, aut ceruleo, aut fumo taſæ, aut carbone trito, aut alio quouis colore magis optato, tunc ſtatim cutis ob hipocauſti calorem concreſcit coaleſcitq; colore contracto. Quidam omiſſo etiam inciſorio, cutim aperiunt acu punctim forando quodcunque volunt, & iuxta ſcriptum ſignatumq; fuerit hinc aliquo colore tenuiſſime trito confricant cutim deſciſſam, vt obſtruatur hoc enim modo infarcta colore concreſcit, & ita perpetuum in cute remanet veſtigium literarum aut imaginis, aut cuiuſcunque alterius rei deſignatæ. Tertio modo indelibiles ſcribuntur literæ in cute, aut huiuſcemodi enarrata cum ſequenti aqua videlicet, Cape aquæ diuiſoriæ argenti ab auro canthari dum tritarum omnium portionem æqualem, & adinuicem commiſceantur, ac ita pauſare permittatur per viginti quatuor horas, hac inde aqua compoſita ſcribantur literæ in cute, aut quæuis alia cū tenui penna, dum enim exiccari videris literas conſpicies, atque eas veſicarum inſtar eleuari, hæc inde ſanantur, & relinquunt ſignata veſtigia, quæ proculdubio deleri non poſſunt quamuis manibus, aut pannis licet aſperis cōfricentur; niſi noua cruentaq; fiant vulnera modis ſequenti capite exponendis fauente omnipotente Deo: à quo procedit omne bonum.

Quibus modis tollantur literæ, characteres, cæteraq; ſigna carni impreſſa. Cap. XXIX.

IMpium, & ab ipſa humanitate alienum equidem eſt, Hominis faciem deturpare, facta enim fuit à Domino Deo noſtro ad ſuam ſimilitudinem: icciτco ſcripſit Cicero pro Roſcio Americo, Monſtro, feræq; ſimilis eſt qui humana figura aliquem priuarit. Qui vero ius profitentur, legem pronunciāt Imperatoris Conſtantini A. Eumelia xvij. Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minime in eius facie ſcribatur,

cum

cum & in manibus, & in furis poſſit pœna damnationis vna inſcriptione comprehendi, quo facies, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cœleſtis figurata minime maculetur, & in Codice de pœnis, titulo xlvij. nemo eſt ſignandus in fronte, quia non debet facies hominis ad ſimilitudinem Dei formata fœdari, idem aſſeruerunt Baldus, & Salycetus viri grauiſſimi, in ſuis commentarijs: & ideo compatior mehercule hijs, qui huiuſcemodi ſignis, fœdati moleſte ferunt ea, aſſiduęque iactantur animo, qualitercumque ipſa delere poſſent: iterum cum eadem ſculpta carni, & cuti adeo ſint, & fixa, vt lauacris tolli, frictioneve vlla deleri non poſſint, videntur penitus indelebilia eſſe: quapropter mœrore maiori vexantur, quorum infelicitate dolorem animo ſuſcipiens, moueor ſumma vi, opem eis ferre, quod tribus modis agam, docendo eos tollere ſigna.

Primus eſt modus Alexis Pedemontani, qui docuit vt penitus characteris ſignum tollatur, cum inciſione nouumque vulnus fiat cruentum hinc inciſionis ipſius rima impleatur ceruſſa, aut farina frumentacea, ita enim coaleſcet abolitione ſigni characteris, qui iam erat in carne impreſſus adeo, vt facies, vel alia quæuis pars libera, atque expers ab ipſo charactere euaſerit: ſed de hys ſatis quatenus, ad tollendos characteres igne factos: verum ſi cum pigmento ſignatus fuerit character incidatur, vt ſupra dictum fuit, præterea ſpecilli cuſpide remoueatur, quod infectum erit, atque lauetur poſca donec optimè abſtergatur, mox ceruſſa obſtruatur vulnus, vt coaleſcat: at prædicta ſufficere cenſeo, vbi ſuperficialis conueniat inciſio, alioquin ſi concaua fiat, indigebit carnis reſarctione, vt cuti contiguæ æquetur, hinc ſigilletur, hæc autem cuncta euadent, cum olibano, & ſanguine draconis, omnibus tritis, & albumine oui leuigatis; & in compagem redactis; aut conſequetur opus, cum vnguento de pomo citri, quo pulchra fit cicatrix: Hoc tamen animaduertere licet, quod quamuis aboleatur quodcumque ſignum, tum characteris, cum & pigmenti relinquitur tamen cicatrix, quæ inciſæ cuti, & deperditæ ſucceſſit, hæc enim aliqualiter à naturali diſtare diſcernitur, cum ipſa non ſit vera cutis, ſed caro indurata, quę cutis vicem gerit eamque æmulatur: vera enim cutis, omitto epidermidem ideſt exteriorem cuticulam, at ea quę carni adhæret appellatur corium, & pellis ſpermatica eſt, videlicet, ex partibus, quæ non generantur niſi in ventre matris: ſed hactenus dicta de primo modo ſufficiant.

Reliquum eſt recenſere ſecundum, & tertium modum, quibus tolli poſſunt characteres, literæ, & alia quæcunque ſigna ferro, aut igne, aut quouis modo facta, modo ſint cum pigmentis, vel ſine eis: hy autem modi leguntur in Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 7. de ſtigmatis recenſuit remedium ad tollenda veſtigia ſtigmatum, & ſequitur, quod ſi illud non confert non erit excuſatio, quin conſequatur punctio veſtigiorum alguaſſem: diſtillando anacardos, & vlceret ea, & corrodant ipſa, præterea in Bartholomæum Maggium Bononienſem tractatu de vulnerum ſclopetorum cura, capite quibus modis pulueris ſclopetarij, granula carni infixa remoueantur.

Vnus eorum exequitur ferro inſtar ſpecilli formato, quo candenti ex igne ſenſim perforetur pars ſignata, & affecta nigrore, aut alio quouis colore donec tota vrendo auferatur, vſque ad partem in qua nullus ſit extraneus pigmenti

color

Digitized by Google

color, mox parti vſtæ linteola applicentur oui albugine, cum aqua roſacea imbuta, vt ignis caliditas miteſcat, ſequenti autem die butiro, vel alio ſimili præſtetur ei cura, vt eſchara decidat hinc vnguento citrino, ſiue dicamus de pomo citri ad conſolidationem deuenire licet.

Alter eſt tertius, poſtremuſque modus, quo literæ, characteres, ſignaq; cum pigmentis, aut granulis pyrrichi pulueris, aut alia carni ſculpta, & fixa tolluntur: & perficitur medicamento tantum ſed adurente, & ſeptico, quemadmodum eſt oleum chalcanthi validum, aut cauſticum, quod paratur ex aqua prima ſaponis, quæ magiſtra, & capitellum appellatur: at horum efficacius eſt ſepticum deſcriptum à prędicto Maggio mirabile ad diſſecādam cutem abſq; dolore conſtat hoc ex ſeptico concreto ex acriori capitello, quod inde ita concretum mittatur in Cellario, donec ex ſe vertatur in aquam, cui ad datur quinta pars humanæ pinguedinis, vt penetret, aut vituli ea deficiente, cum exigua parte opij: hoc ſupra modum gratum, ac mite eſt, quo ſi vti acciderit ſpecillum argenteum, aut ligneum buxeum, vel oleaginum fabricetur paruum, vel exiguum, prout exiget magnitudo, vel paruitas maculæ, quam remouere intendimus deinde ſpecilli cuſpis intingatur in ſupraſcripto medicamento, & cum eo perfricetur locus maculæ, ita vt cauſtico afficiatur, vbi vero apparuerit cutis exſicata lanceolę cuſpide incidatur, quod abſque dolore, ac toto fiet pars enim illa à medicamento ſeptico vſta, & mortificata remanet prorſus deſtituta ſenſu, quamobrem inciſa abſtergatur à puluere, & pigmento in cute infarcto ſi poſſibile erit, alioquin rurſus ſpecilli cūſpide in eodem ſeptico madefacta locus refricetur, vt profundius aduratur tamdiuque fiat hoc quoad macula aboleatur: hinc humidis cruſta medeatur, vt decidat ipſa, quemadmodum paulo ante diximus demum vnguento de pomo citri curam ei adhiberi opus eſt, vſque ad omnimodam ipſius conſolidationem quæ pulchra erit; verumtamen prædictorum primus magis approbatur modus, libentius enim faciliusque ſcindente ferro aperirem cutim iuxta Galeni ſententiam, & Pauli. ſecundus vero modus locum habere medium perſuadet ratio, approbatque experientia

Duplici modo literæ fiunt albæ in nigro paginæ agro. Cap. XXX.

PRædictis iure ſequeretur modus ſcribendi literas in ferro, hæc enim indelebilibus connumerantur: verum quia talis exequitur modus aquis corroſiuis, & metallicis, atque pigmentis metallicis diuerſicoloribus: hinc ergo inferius deducemus eum, vbi tractabimus de huiuſcemodi atramentis ſcriptorijs diuerſicoloribus compoſitis ex metallicis, vt recto ordine progrediamur inſtitutum opus: ibi vero exponemus duplicatum modum quo ſcribantur literæ albæ, vt remaneant albæ in nigro paginæ agro, primo modo paratur ſequens compoſitio videlicet, Collige ex cortice ramuli tenelli ficus, aut ex foliorum pediculis, aut ex immaturis ficubus vulneratis liquorem acrem lacti ſimilem, quem per medietatem horæ ſoli exponas inde eum diſſoluas, cū aqua

gummata

gummata forma conuenienter liquida, vt ſcribi poſſint literæ quas exſiccari permittas mox paginam, ita ſcriptam coinquines omnino opus eſt atramento ſcriptorio vulgari quod nigrum eſt, ita vt pagina ideſt tota chartæ facies nigrore inficiatur, & vbi pagina fuerit exſiccata optime confricetur cum linteolo lineo decidet enim gluten lactis ficus, & gummi, literæ autem plane apparebunt albæ ob virtutem lactis ficus, qui ab atramento ſcriptorio tuetur chartam, quæ alba, & munda remanet abſque vllo pigmento tamen, ſola enim charta remanet munda ab omni inquinamento adeo vt ſpatium chartæ vacuum videatur formare literas quæ cum ex charta tantum exiſtant neceſſario apparent albæ in agro nigro facto cum encauſtro in reliquo chartæ.

Secundo idipſum fieri poteſt ſi vice lactis ficus ſcribantur literæ cum luteo oui ſoluto aqua gummata, in reliquis vero omnibus ſeruetur ſuperior ordo.

Præterea literæ quæ in agro nigro relictæ fuerunt albæ poſſunt aureari atque argenteari quemadmodum, & pagina alba fieri ſolent nempe argento ad hoc munus parato, aut auro, aut purpurina quæ auri colorem inducit aut quouis alio modo, cum multi ſint inferius explicandi.

Verum atque niger ſolet in pagina formari ager, pingiturque cum fumo lucernæ exinde ſuper eum formant literas aureas cum auro foliato, & albumine oui, aut aqua gummata, idem præſtat aurum in tenuiſſimum pollinem paratum, & aqua gummata ſolutum, vt moris eſt, quod ex argento quoque fieri conſuetum eſt quemadmodum, & aliis metallis quæ aurum, & argentum æmulantur: ſat eſt quod ex hys ſcribuntur literæ quandoque in pagina alba, quandoque nigra vel diuerſi alterius coloris infecta prout viridis cærulei, rubei, purpureique, aut alii cuiuſque generis: verumtamen hæc omnia fuſius exponentur propriis locis.

Digitized by Google

DESCRIPTIO QVINTA

DE ATRAMENTIS SCRIPTORIIS DIVERSICOLORIBVS.

Expoſitio Vniuerſalis. Cap. I.

OStenſis omnibus Scriptorii atramenti nigri differentiiſs, exigit occaſio, vt de altero atramenti ſcriptorii genere tractemus, quod eſt indicum Dioſcoridis, hoc pigmēta comprehendit diuerſicolora quęcunq; tinctoribus, & pictoribus, necnō ſcriptoribus in vsū habita ſunt: Pigmenta autē pictorū colores ſignificant, quemadmodū aſſeruerunt Plinius lib. 35. cap. 5. & Cicero primo de Diuin. præter Dioſcoridem, & alios celeberrimos ſcriptores: etenim ſympathia conueniunt ſcribere, & pingere; hinc contingit vt aliquando ponatur pingere pro deſcribere teſte Cicer. ad Att. lib. 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione? & Plinius de Nicomaco pictore ſcripſit, & Apollinem, & Dianam, Denimq; Martem in Leone ſedentem, & picturas legere dicimus. Virg 6. Aened. Quin protinus omnia perlegerent oculis. Nil itaque mirum eſt ſi pigmenta ſcriptoribus ęque, & pictoribus ſatisfaciant, cum gerant atramenti ſcriptorii vicem: Quamobrem ea plerique merito appellarunt atramenta ſcriptoria, verum etiam addunt eis nomen coloris, quo prædita ſunt, quēadmodum alba, nigra, rubea, ſanguinea, purpurea, viridia, & lutea, ſaphirina, violacea & alia cuiuſcunque coloris, ſaturave ſint, aut diluta; principales autem colores ſunt Albus, croceus, purpureus, puniceus, viridis, cæruleus & niger. Tres tamen priores ſunt albus, niger, & rubeus nam alii nominantur per participationem prout medii, cum fiant atque mixtione diuerſi colores, videlicet ex albo, & nigro ſubſtituitur cinereus, plumbeus ac color, quemadmodum ex rubeo, & luteo ſortitur viridis, color, inde ex albo, rubeo, & cæleſti, fit pauonaceus, ita ex nigro, & rubeo, rouanus, & ſic alii ex aliis ſupponuntur colores pro vſu atramentorum. ſat eſt igitur conſtaſſe, quod ſiunt atramenta pleraque diuerſicolora. Iccirco Hieronymus Cardanus Mediolanenſis haud mediocris exiſtimationis ſcriptor, libro octauo de ſubtilitate rerum recenſuit atramentum ſcriptorium rubeum quomodo fiat, & paulo

inferius

Digitized by Google

inferius prodidit fieri atramentum ſcriptorium aureum, atque alterum cerulеum; deinde libro decimotertio de varietate rerum ſcripſit fieri atramentum viride pro vſu ſcribendi, & ſi improprium alicui videbitur eſſe atramenti nomen, inconueniensque prædictis pigmentis diuerſicoloribus, præterquam nigro, dictio enim atramenti indicat rem atri coloris, cui aduerſantur alij colores: nihilominus ſi meminerimus non modo veteres, verum etiam poſteriores nomen atramenti attribuiſſe indico (hoc tamen eſt pauonacei coloris ad cœruleum vergens) & inter pigmenta deſcripſerunt eum, quemadmodum cinnabarim, hematitemque ſanguinem imitantes, cœruleum lapidem, & armenum, & alia huiuſcemodi leguntur in quinto libro medicinalis hiſtoriæ Dioſcoridis: Quare nos etiam concedere iure poſſumus inter atramenta ſcriptoria connumerari pigmenta cuiuslibet coloris. Verum tamqnam peculiare nigro colori eſſe cenſeo hoc atramenti nomen; quanquam pro pigmentis ſcriptorijs ſingulis, & diuerſicoloribus vſurpatum ſit. Præterea Hieronymus Mercurialis primo de excrementis aſſerit Iſatim, & cerulеum lapidem nominari atri coloris. Hæc autem pigmenta ex triplici differentia ſubſtantiæ conſtituta ſunt: Quædam enim ex animalium partibus fiunt, Alia vero ex plantis, cæteraq; ex metallicis componuntur: Partes animalium huic negotio congruę ſunt, quemadmodum ouorum cortices præparati, ac in tenuiſsimam ſcobem candidiſsimamque redacti: Interdum oui luteum huiuſcemodi prouinciæ conducit & quandoque oui albumen, paruæ buccinæ, vulgo appellatæ porcelletæ, hæc aduehuntur ex maritimis Aegipti locis, & in vſum habentur à ſcriptoribus, verum etiam à mulieribus ad faciem decorandam, pro vt eſt legere in cōmentarijs Amati Luſitani in Dioſcoridem enarratione quarta: huiuſcemodi buccinam paruam voluit Antonius Muſa Braſauolus libro de examine rerum memorabilium, eſſe antale, quod ingreditur vnguentum citrinum: ibi tamen intelligendum velim de buccinis paruis albis inſtar lactis, quæ proprie dicuntur porcelletæ, harum teſtæ præparatæ ſatisfaciunt mulieribus præter vſum pingendi. Præterea ex Conchilijs ſunt Murices, magnæque buccinæ, & purpureę, ex quibus olim conſueuerunt Priſci elicere cruorem quem appellarunt purpuram nomine ipſius Conchilij: Alia parua animaluncula ad nos transferebantur alias pro rubro colore ſerici conficiendo; ſed tranſeamus ad plantas, quæ per plures diuerſæque extant, ex quibus diuerſi excipiuntur colores, variant enim colores, tum ob materię diuerſitatem, cum etiā ob varietatē modi conſtituēdi; verum aliquis eorū color à tota plāta habetur prout Indicum glaſto; cū & alij colores ex plātarum partibus hauriantur, quemadmodum ex ligno braſilio ſiue verzino dicamus, quod idem eſt; aut ex radicibus veluti Rubea tinctorum, & carota ſanguinei coloris; aut ex folijs prout Rutæ, & yreos, aut ex floribus, quales ſunt roſæ, & violæ, papaueriſque, gariophyllorum, lini, yrios, & croci fila: ex fructibus ſunt baccæ ebuli, & mirtillorum, baccæ ſpinæ infectoriæ, vulgo dicitur ſpina ceruina, & ſpina merla: ad ſunt atque baccæ grani infectorii, hoc appellarunt Græci Coccum Baphicum ex arbuſcula Ilicis humilis: ex fructibus mori celſi, aut ex fructibus rubi, ex granis ficus Indicæ Mexicani, quæ prout ſemina ſunt, eisque tinctores pro Carbiſino colore vtuntur: A Plantis diffluunt quoque lachrymæ, & gummæ, quemadmodum lacca rubea, &

bea, &

bea,& ſplendens: alia eſt etiam quæ vocatur lachryma ſanguinis draconis;alia dicitur gumma arabica, & huiuſcemodi aliæ. Reliquum eſt recenſere metallica,quæ pro ſcribendi vſu,præter picturam habentur videlicet ceruſſa, ſandix vulgo minium,auripigmentum,cinaprium,ochra,viride ęris,lapis cyaneus lazuli vulgo dicitur: terra nigra,zaphara hydrargyrium,chryſtallum. Marcheſitæ, atque metalla: Alia metallica factitia ſunt adhoc munus parata nempe picture, ſcripturæque quamuis alios habeant quoque vſus metallica factitia tam ad bonum, quam ad malum, quemadmodum ad medelam humani corporis, ad adulteranda metalla, gemmasve, & ad venena qui iacturam maximam,mortemque immaturam inferũt;hęc vero malefica deteſtantur,& væh illis, qui eis incumbent, ad inferos enim miſerrime degent nos itaque cogat amor proximi, vt vnicum ſit nobis votum cunctis mortalibus prodeſſe, & his nunc omiſſis ad cætera quæ noſtri ſunt negotij pergamus: Prout purpurina,& azurrum alemaniæ, & huiuſcemodi alia. Veruntamen prædictorũ vnuſquiſq; color certior,viuacior,diuturnior, magiſque durabilis producitur à metallicis potius quam à plantis; proprium eſt enim plantarum coloribus tempore mutari;Quapropter illico facti colores in vſum admitti debent,cum alioquin puri non poſſint penitus diu ſeruari. Plantarum enim materia eſt imbecillis, & humoris plena de facile corruptibilis. Verum è diuerſo euenit ex metallicis,in eis enim ineſt coloris firmitas æqualitas,ſplendor,& denſitas,preſſus non dilutus color, firmus non caducus, æqualis non varius, ac obſoletus, ſplendidus, non obſcurus: Verumtamen neque metallica vitio carent, eis enim ſcribere non poſſumus,niſi prius ipſa aliquo humore diſſoluamus,quemadmodum oui candido longa agitatione ad aquæ ſpeciem deducto: aut aqua gummi,ſiue lachrima arabica,imbuta,at ſi humoris plurimum admiſceas cum metallico colore,prægrauitate cito,facileque ſubſidet fundo, hinc euenit vt dilutior reddatur color, ni ſedulo animaduertatur; perſæpe dinque humorem cum colore molendo commiſcere, ſi vero parum humoris admiſceatur, quo diſſolui ſolet præcipue tempore ipſius vſus, vt optime incorporetur, celerrime abſumitur; metallica.n.immodice ſiccantur, ita vt ſcribi nil poſſit,ſed de his ſatis pro nũc, latius enim ſingulorum hiſtoria exponetur inferius. Quamobrem exordium erit ab atramento Indico ſeu ſecundo atramenti ſcriptorij genere conſtituto, ſub eo enim cætera referenda ſunt pigmenta, quæ in vſu ſcribendi ſunt,vel ad huiuſcemodi vſum apta.

De Atramento Indico. Cap. II.

INdicum eſt ſecundum genus atramenti ſcriptorij, quod inter pigmenta inſeruit Dioſcorides lib. quinto de medicinali materia, capit. 98 Verum enim ipſius textus inſcriptio legitur in veteri exemplari græco ινδικος λιθος,videlicet Indicus lapis.iſta autem inſcriptione caret poſtremum exemplar latinum,quod magis vulgatum circumfertur;in hoc enim conſpicitur tãtummodo Indicum nomen;proinde ſpectari datur,cum prima inſcriptio aduerſetur tex-

tur textu,in eo enim duo Indici genera nobis tradidit Dioſcorides, quæ non à lapide, ſed à plantis ortum ducunt; Quapropter argumento ſunt deprauatam fuiſſe inſcriptionem ipſam; iccirco conſultius erit inſcriptionem lapidis delere, & vice eius inſcribere, quod deeſt, & quod magis conuenit inſcriptioni vtriuſque exemplaris nempe cognomen, ei proprium, quod ab euentu Indici deſumi debet; Ipſius autem indici euentus eſt inficere pannos, & alia colore cæruleo, purpureove, dicto pauonazzo, & cum videantur colores iſti potius atri,æque ducti ſunt ſcriptores Clariſſimi appellare atramentum, hoc pigmentum à vegetabili planta deductum; indicumque denominarunt eum ex regione Indiæ, ex qua aduehitur ad nos; fuerunt alij eiuſdem ſententiæ, vt Gabriel Fallopius tractatu de foſſilibus cap. 34. & Amatus Luſitanus in Dioſcoridem,enarratione ſexageſima ſeptima; verum complures veterum etiam meminere atramentum Indicum, quemadmodum Vitruuius libro ſeptimo ſuæ Architecturæ, cap. 4. & Galenus libro 4. de compoſitione medicamentorum per locos,cap.4.& cap.7.atque Paulus Aegineta libro 7. vbi ipſe ait melan Indicum,quod indicat atramentum indicum; his aſſenſit Auicennas, lib.2.trac. 2.cap.689.de atramento librario; ibi enim inter atramenta ſcriptoria nominauit indicum; quamuis non ſit nigrum: hinc lib.4 fen ſeptima, tractatu primo, cap. decimonono, inquit, & indicum quidem bonum indum eſt, velocioris tincturæ, ſed eſt vehementius faciens colorem Pauonis; & flamitatem;ex quibus expoſitis conſpicuum deprehenditur voluiſſe veteres, atque Neotericos Indicum hoc nominari atramentum: Conſequitur ergo, vt inſcriptio fiat de atramento Indico, quod approbarunt tincturis idoneum, picturiſque, ac ſcripturis commodum, verum cum duo atramenti Indici genere fuerint à Dioſcoride conſtituta, eorum prodidit naturale, quod ſponte ab arundinibus in Indiæ paludibus, inſtar ſpumæ vi ſolis exiens humor concreſcebat colore purpureo,quo tamen prorſus caremus. Alterum vero Iridici Genus ſcriptum nobis reliquit eſſe arte factum; dum enim in Cortinis,hæc ſunt vaſa infectorum in quibus tingunt pannos, ebullit glaſtum, Iſatisve herba dicatur, & vulgo guado,tunc efloreſcit,innatatque ſpumma purpurea,quam ſeduli artifices detrahunt, & ſiccant, eademque ſiccata conſtituit indicum atramentum artificiale bonum,quod vulgus appellat Endego Corrupto vocabulo; hoc à Mercatoribus defertur ex India Alexandriam Aegipti, & in Aſſyriam,demum ex illis partibus in hanc Venetiarum Ciuitatem vniuerſi in vndi Emporium aduehitur;& ſi legitur in Herbarium Caſtoris Durantis fieri Indicum hijs temporibus in illa quoque parte Italiæ,quæ vocatur Flaminia,in ea ſeritur Glaſtum, ex quo inde producitur Indicum: Legi apud Cæſarem conſueuiſſe Britannos glaſto herba faciem tingere,vt hoc colore hoſtes perterrere facerent; id ipſum meminit Hieronymus Mercurialis libro primo de excrementis,capite quarto, de differentijs vrinarum. Fit itaque Indicum ex ſpumma purpurea glaſti, quæ eructata innatat Caldarijs infectorum, quemadmodum ſupra expoſitum fuit: ſpumæ autem addunt Incolæ ſuccum extractum ex Corymbis ebulorum maturis, & ad inuicem molunt ſpumam, cum ſucco, & modico aceti, mox ipſam compoſitionem igni leni. aut Soli exſiccant: hoc itaque modo conſtituitur Indicum, quo tinctores, atque ſcriptores vtuntur: Alij farinam

N amili

amili admiſcent ad pondus vnius vnciæ, cum triplicata portione ſpummæ glaſti, ſimulque omnia tenuiſſime molunt artifices cum vrina, & aceto inſtar paſtæ, ex qua formant placentulam, quam demum exſiccari dimittunt, & ſic perfectum euadit Indicum, quod ſi pulchrioris coloris cupiunt eum, rurſus idem conterunt, cui poſtea maiorem quantitatem addunt ſpummæ ipſius glaſti, adeo vt in compagem pinſent compoſitionem; inde ex ea tabellas inſtar teſſerarum formant, & poliunt, eaſque exſiccare demittunt. Alij vero aſſumunt glaſtum ita tritum, & præparatum, prout venditur; eumque ſoluunt cum vrina in aliquo vaſe, & Soli exponunt eum vt diu maceretur, & putreſcat, donec ex eo generentur Vermes, ex quibus exprimunt liquorem, quem percolant, & mox exſiccari ſinunt in formulas, ſiue teſſeras planas reducendo eum, quale eſt quod ex India Alexandriam, & Venetias fertur: Optimum eſſe, inquit Dioſcorides, quod Cœrulei ſpetiem præbet ſuccoſum, & lene, hoc etiam noſtra ætate obſeruatur; nam quod magis cœruleum eſt aliorum, tanto magis exiſtimatur à pictoribus, & à ſcriptoribus: Quemadmodum è diuerſo, quod minus Cœruleum exiſtit; adeo vt quodammodo albicet, vilius habetur, viliorique pretio venditur; vtriuſque materia eſt Iſatis herba, quæ ante florem colligitur, & ſub mola tunditur, & facto ex ipſa cumulo maceratur Soli, mox in magnos globos redacta, & ſub tecto locata aſpergitur aqua, vt magis, potiuſque maceretur tunc edit magnum fętorem, & nigreſcit, & ſic præparatio Iſatis, ſiue glaſti dicatur idem eſt, perficitur ad tincturas: nam ſi inde bullierit in caldarijs, cum aqua efficiet colorem azurrum, quo inficiuntur panni, tinguntur que lanæ, telæ lineæ, & huiuſcemodi alia cœruleo colore, & in illa ebullitione eructatur ſpumma, ex qua collecta fit indicum atramentum, quod apud veteres præſtantiſſimum erat medicamentum leniter aſtringens, & exſicans, inflammationes compeſcit, tumoreſque laxos digerit, & partim reprimendo corroborat, & reſoluit, vlceribus omnibus malignis, corroſiuis, & cacoethis mirifice ſuccurrit, ad vlcera oris præcipue præſtat, neque refert in vſu medicinæ ſi magis, vel minus cęruleum ſit: nam vtrunque æque bonum habetur, dummodo ex ſpumma glaſti exiſtat, quale deſcripſit Dioſcorides, non autem adulteratum rebus contrariæ qualitatis, & temperaturæ, quemadmodum monuit. Plinius fieri tempore ſuo, ſcripſit enim libro trigeſimo quinto, capite ſexto, quod deceptores tingebant vero Indico ſtercus columbinum, aut cretam ſelinuſiam, aut anulariam, quorum fraus detegebatur igne; dum enim vritur Indicum bonum emittit flammam purpuream, odoremque maris; ſed diuerſum accidit ex adulterato; nihilominus optimi etiam Indici vſus in medicina omiſſus fuit à Neotericis, quod mirum eſt, cum à veteribus præſtantiſſimum approbatum fuerit hoc medicamentum, vſus igitur Indici eſt hodierno tempore tinctoribus, & ſcriptoribus: nam diſſoluunt eum tinctores in caldarijs cum lixiuio, & aliis more ſuo, hæc tamen vos docere non eſt meum inſtitutum: at in medica facultate, quæ prodeſſe poſſunt aperire incumbo; quamquam alia memorari obiter inciderim, ne quid intactum relinquatur; quamobrem explicare adhæſi Indici vſum pro picturis

eſſe, at-

eſſe, atque ſcripturis, qui hoc modo exequetur ſi diſſolutum fuerit indicum attramentum, cum albumine oui optime agitato, aut aqua gummata ideſt gumma arabica imbuta, adeo quod redactum ſit ad quandam mediocrem conſiſtentiam, vt diffluere poſſit, atque vſu tum pingendi, cum, & ſcribendi congruat, & commodum ſit: Verumtamen varius eſt indici vſus; nam ſimplex quandoque hoc præſtat indicum nonnumquam etiam aliis pigmentis diuerſicoloribus componi conſuetum eſt, ex quibus inde diuerſa in colore euadunt atramenta ſcriptoria: nam ſi exempli gratia, æquali portione auripigmenti componatur Indicum conſtituetur viridis coloris atramentum: Si vero Indici vncia commiſceatur binis vnciis ceruſſæ, fiet atramentum azurri coloris: præterea ex cinaprii vncia, & tribus vnciæ partibus indici ſimul molitis, & cum oui albumine, aut aqua gummata leuigatis, euenit attramentum pauonaceum: Verum cum in mentionem vſus albuminis oui, & aquæ gummatæ inciderim, operæ pretium fore exiſtimaui explicare modum quo præparentur, vt diu tueri poſſint, atque melius operari albumen oui nempe, & aqua gummata.

Modus parandi aquam gummatam, & albumen oui vt à Corruptione præſeruentur. Cap. III.

PRimum ſi à candido oui exordium aſſumere liceat, neminem latere hoc exiſtimo viſcoſum eſſe, & glutinis tenaciſſimi vim habere, ità quod ſi albumen oui conquaſſatum calci viuæ admiſceatur vitri fragmenta ferruminat, ac teſtacea: Icciřco vt facilius colores in eo infundi, ac diſſolui poſſint; Vulgares equidem ſolent ad aquæ ſpeciem longa agitatione deducere illum, & quidam eum concutiunt pediculis fici minutim ceſimque ab vno capite diuiſis, vt citius in aquam vertatur, qua inde comiſcent pigmenta illius coloris quippe qui magis eis arridet, eumque molendo ducunt ad formam, qua ſcribere poſſint: Verum enim album oui cum frigidum, & humidum ſit, diu perſiſtere non poteſt quin corrumpatur, & mucidum fiat: Quamobrem alii maiori ſolertia nixi non deſierunt inquirere modum, quo albumen oui incorruptum ſeruari poſſit, neque in caſſum laborauerunt; nam reperierunt pro uoto ſuccedere, quod inde maxima experientia comprobarunt ad hoc conducere vt ſequitur, videlicet, integrum ex ouo albumen detrahunt, mox ſuper eum integrum abſque vlla concuſſione illico affundunt aceti albi acerrimi vix trigeſimam partem, tunc poſtea ſic permanere omittunt albumen oui cum aceto horarum vigintiquattuor ſpatio, quo elapſo colant fruſto telæ lineæ veteris, ſedulo animaduertendo ne dirumpatur albumen, mox octo quoque diebus ita quieſcere ſinunt, atque iterum colant, demum hoc modo præparatum albumen ſeruant in ampulla vitrea optime clauſa pro vſu diſſoluendi pigmenta

Digitized by Google

quibus ſcribere intendimus: Alio modo ſeruatur albumen oui, ſi tantillum riſigalli obruatur in eo: attamen hoc euenit incommodum ex albumine oui, id enim quamquam abſque mucore diu incorruptum ſeruari poſſit, pigmentis vero mixtum citius faciliuſque exſiccatur, & ineptum tunc redditur ſcribendi vſu, nec amplius refici, neque in priſtinum ſtatum vllo liquore reſtitui poteſt: Quapropter cogimur toties ferme pigmentum ſoluere, cum alio albumine oui, quotieſcumque ſcribere volumus.

Reliquum eſt nunc pandere modum parandi aquam gummatam quæ magis conuenit, quam albumen oui, vt infra palam erit: Cape lachrymæ, aut gummæ dicere malis arabicę, vnciam mediam, aquæ fontis, aut roſaceæ ſtillatitiæ vncias tres, in pollinem trituratione vertatur gumma, mox aqua commiſceatur; & ſic ad inuicem mixta manere opus eſt, donec penitus gumma ſit diſſoluta, & in Craſſata ſit aqua, quod citius fiet, ſi aqua fuerit calefacta, priuſquam gumma obruatur in eam: inde ſoluta percolatur, & ſeruatur in vaſe vitreo, ac tandem, cum opus fuerit ſoluuntur, cum ipſa aqua gummata quicumque colores pro vſu ſcribendi, aut pingendi, cum par ſit ratio in omnibus, ac diligentia, tum vſus: at ſi prædicta aqua bullierit, cum gumma ſaltem tribus vndis, ſatis diu perdurabit, atque litteræ magis ſeruantur, & ſi accidit exſiccari, facile tamen emoleſcit modico aquæ communis reficietur enim prout antea ſcripturæ congruum: Præterea plurimum confert commiſcere pigmentis aqua gummata ſolutis, modicum aluminis rochæ, & omnia ſimul molire licet; Alumen enim eſt media colorum materia, & ideo tincturam illuminat, eamq; ſplendere facit, & retinet, & firmat, diuque tuetur eam. Quidam etiam commiſcere ſolent. Colores cum vernice liquida, & oleo e ſemine lini, aut e nucibus, omiſſis oui candido, & aqua gummata; Liquida enim Vernix atque olea melius in ſe continent colores ad inuicem mixtos: ita quod magis ex hijs euadit atramentum picturæ ſummopere Idoneum: hoc vero nullum ſcriptoribus vſum præſtat, vnctuoſa enim cartæ aduerſantur: ſed redeamus ad pigmenta à quibus digreſſi paulo ante ſumus.

Atramentum Cęruleum multiplex, quod ex plantis deducitur. Cap. IV.

CVm prolixitatem euitare cupiam, aliquot exempla cœrulei coloris vobis proponere, videtur mihi ſufficere, eis enim alia multa ſimilia agere poteritis: vt puta à plantis exordiar, ſi ex lini floribus oſtendam elicere ſuccum coloris cœrulei, quales ſunt flores ipſi, vt inde ipſomet ſucco conſtituatur atramentum ſcriptorium cœruleum, nonne ſtatim accedent eis cicoreæ flores cęrulei, atq; condrillæ, verum etiam horum

Digitized by Google

horum viuatioris coloris extant Cyani flores, batti ſecola vulgò dicti, hy Cyani geminæ colorem referunt; his conſimiles ſunt Hyacintini flores, & anagallidis fœminæ cœleſtini, tam & ſi plerique huiuſcemodi reperiantur: Horum itaque vel conſimilium colligantur qui magis arrident, deinceps in mortario poſiti contundantur piſtillo, inde ab eis prælo ſuppoſitis exprimatur ſuccus, in quo parum aluminis rochæ ſoluatur, & ſeruetur ad vſum ſcribendi, miniandique. Verum vbi exiget opus, addi poterit parum gummæ arabicæ. Aliter quidam exſiccare mittunt ſuccum ita præparatum leni igni aut ſoli, & hoc modo facilius ſeruatur, mox cum ſcribendi opus fuerit ſoluunt eum molendo cum aqua gummata. Alij vero decoquunt ſuccum cum modico aluminis Rochæ ad euaporationem quartæ partis ipſius ſucci, demum obruunt in eum fruſtula lintei, quæ prius vrina fuerint madefacta, & ſiccata, eodem quoque modo ter ſucco imbuantur, & exſiccentur vmbra, ſiccataque ſeruentur, quorum talis erit vſus, vt eorum pars aliqua, ideſt quantum operi ſat eſſe videatur, diſſoluatur cum albumine oui, aut aqua gummata in aliquo cyato vitreo, præterea, vt omnibus exacte ſatisfaciam in præſenti ſilere non poſſum modum omnium pulchriorem eliciendi tincturam, verumque colorem à ſingulis floribus; & modus eſt ſequens, vt capiantur flores, qui magis arrident, immergantur que per diem in ſucco limonis percolato, & limpido, eo enim temporis ſpatio detrahetur a floribus tinctura, ita vt flores proprio eorum colore exutos conſpicere poteritis, tunc color ſeparatim colligendus eſt abijciendo flores, & ſuccum euaporando, hinc color leniter exſiccentur, & vſui ſeruetur, mox enim tempore ſcribendi, aut miniandi ſoluitur color ille iam ſeruatus cum aqua gummata, aut cum oui candido paratis modo ſuperius expoſito. E Flãdria aduehitur ad nos in corticibus, teſtisve tellinarum electum pulcherrimum quoddam pigmentum, quod vulgo eorum idiomate dicitur verdelis, ipſum vero ita parant, Iridis florum ſummitatem colligunt ante maturitatem perfectam hæc eſt pars floris lilij cæleſtis ſatura, quam tundunt in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, inde maſſam ſic tuſam recondunt in vitreum vas, & in cellario vel alio loco humidiori collocant per dies quindecim, vt digeratur, atque putreſcat, quibus elapſis eliciunt materiam à vaſe, & linteo veteri percolant; nam verſa erit ferè tota in liquorem, quem igni exponunt ollula vitrea, vt ferueat donec decreſcat tertia, pars cui tunc additur aluminis rochæ modicũ plus minusve donec diſſoluatur magis clareſcat, delecteturque color, qui experiri poterit, ſi in ipſo liquore madefiat fruſtum albæ paginæ, & conſpiciatur pulcherimus color, qui ſeruari poteſt in tellinarum teſtis iuxta flandrorum morem.

De luteo, atque virenti colore. Cap. V.

ACcedit duplex color exponendus, videlicet viridis vnus, & luteus alter, qui ambo diuerſi, & diſtincti colores iuxta temporum diuerſitatem, eueniunt, ex baccis, fructibusve ſpinæ infectoriç, alioquin dicitur ſpina ceruina, aut merula, aut ſpino guercio: Belgæ vero Galliæ populi

 fructum

fructum vocitant baccas rhenanas, & recentiores nominant rhamnum ſolutiuum, nam inſtar rhamni ſpinoſa ſit frutex. quæ producit baccas amaras cum aliquali aſtrictione, ita, & calidæ, ſiccæque ſunt ipſæ baccæ ordine ſecundo, & expurgandi facultatem habent craſſam pituitam, & billoſos quoque humores educunt per aluum: iccirco baccarum puluis exhibetur à drachma ad ſeſquidrachmam: Alij baccas exhibent numero quindecim, aut viginti, & plures robuſtioribus. Idem gerit baccarum decoctio in iure carnis, abſque ſale inde potu aſſumpta minori enim moleſtia, ac paucioribus ventris torſionibus euacuat, & ſi baccarum doſis, aut numerus duplicatur pro decoctione agenda, quemadmodum docuit experientia, reprimitur enim violentia medicamenti in elixatione, vt recte demonſtrauit Ioannes Meſues Theoremate ſecundo, libri primi de correctione medicamentorum, Præterea fit electuarium ex prædictis baccis ſpinæ ceruinæ, quod ieiuno aſſumptum per os ſummo mane ab adultis ad pondus vnius vnciæ, vſque ad drachmas decem commodo, ac placide ſoluit aluum educens pituitam, & alios humores craſſos, & glutinoſos, atque bilioſos. Quamobrem podagram patientibus ſubuenit iſchiadem, paralıſim, hydropem, luemque veneream, & alia multa præſtat: quod vt fiat, recipit ſpinæ ceruinæ baccas præ maturas, pro vt menſe nouembris ad libras duas, & mundas contuſaſque reponit in ollam vitriatam, & in ipſam tegumento clauſam quaternis diebus præ macerari demittunt loco potius calido, prout hypocauſto vaporariove, inde ex eis prælo ſuppoſitis elicitur ſuccus, cui addunt ſaccari ſeſquilibram mox leni igne coquunt ad ſyrupi conſiſtentiam, tunc colo tranſmittunt, & ad colatum adijciunt cinamomi; zingiberis ſingulorum drachmas quattuor, gariophyllorum Orientalium drachmas duas, deinum pharmatum hoc vſui ſeruant vaſe vitreo, aut figulino vitro obducto, & clauſo, cui aliquando comiſceri ipſe iuſſi pulpæ tamarindorum vnciam vnam pro libra electuarij. & melius ſucceſſit.

Inſuper etiam duplici vaſe ſublimatur aqua ex ipſis baccis, in qua ſi madefiant linteola, ac tepida iuncturis applicentur, earum dolores ſedat, ac penitus delet: Quod efficacius agit oleum ex ipſis baccis more ſpagirico extractum.

Quatenus vero ad colores, quos baccarum ſuccis, aut ipſarum decoctio præſtat pictoribus, atque ſcriptoribus, dixi eſſe varios ob temporum varietatem, nam baccæ prædictæ ſi colligantur octobris menſe, tunc non adhuc ſunt perfectæ maturæ, quæ ſi exſiccentur, inde contuſæ diſſoluantur aqua, luteum præbent colorem: at ſi maturæ legantur quemadmodum ſunt menſe Nouembris faciunt colorem virentem: Iccirco a quibuſdam exprimitur ſuccus ex baccis maturis, qui cum modico aluminis decoctus in vſu eſt pictoribus pro ſaturato virenti colore: Alioquin immaturas capiunt baccas, easque tundendo in mortario ſuffringunt, & lixiuio per noctem infundunt, inde bullire mittunt donec deſierit tertium, reliquum colo trãſeat; colatoque additur tantillum aluminis rochæ triti, & igni exponitur, vt in caleſcat ſuccus, & liqueſcat alumē, prope ebullitionem, tunc auferatur ab igne, ac iterum percoletur, & vſui ſeruetur, ex hoc enim euenit luteus pulcherrimus color, quo luſoriæ chartæ unguntur officinis, hic tamen color eo magis accenditur binis croci filis additis, cum modico gummæ arabicæ.

Huiuſcemodi

Digitized by Google

Huiuſcemodi coloribus inficiuntur panni lanei, liniciquo cum herba luto dicta à Virgilio in Bucolicis Aegloga quarta, eandem herbam Plinius lib. 33. cap. 5. nominauit luteam, quam Vitruuius lib. 7. vocauit luteum: ſicca enim herba luteſcit, & vſum habet in tincturis tantum: Iccirco pannos candidos inficit colore luteo; & quæ ceruleo tincta ſunt, Viridia efficit: hanc herbam Ruellius falſo exiſtimauit eſſe liſimachiam quamuis ſatis ab ea diſtet, quemadmodum exacte demonſtratum fuit à Petro Andrea Mathiolo in Dioſcoridem, lib. 4. cap. de liſimachia, necnon a Dodoneo pemptade ſexta lib. 21 cap. de geniſta, vbi hanc herbam connumerans inter geniſtæ ſpecies appellauit geniſtam tinctoriam: Alij vero cerretam dixerunt, & alij bragliam; quidam etiã coſariam, & magis proprie vulgus vocat herbam tinctoriam, hæc eſt humilis herba longe tamen differens à loto arbore magna in Africa, de qua legitur apud Homerum libro nono odyſſeæ, Perſimilem colorem luteum ſiue flauum præſtat lignum fructicis, quæ cotinus coriaria dicitur à ſcriptoribus, vulgo autem ſcotinum, ſcotanumve, & Roſo, Idiomate noſtro; huius fruticis foliis, ac tenuibus virgultis denſantur Coria, non minus quam cum Rhoe, Arabum Sumach, refrigerat, adſtringit, & exſiccat, vlcera oris ſanat, & genitalium fluxuſque omnes cohibet.

De Braſilio, Verzinove ligno tinctorio. Cap. VI.

PEragitur progreſſio coloris rubei à Braſilio ligno, quod & Verzinum dicitur, vtrunque enim ipſius ligni nomen deducitur à Prouincia Indiæ vtriuſque nominis, & colligitur braſilium apud Tamaſim vrbem in Prouincia Braſil dicta, & del Verzin, hoc lignum vetuſtate fit melius, rubeſcitque magis, leue eſt ſub dulce adſtringentisque ſaporis præclara igitur vis ipſius Braſilij ligni vulgaris nobis eſt pro tincturis, & adſcribendum: multis autem modis paratur rubrum hoc atramentum: cum etiam ex eodem ligno plerique, & varij colores coquendo diutius, aut breuiori tempore excipi poſſint, ac eo magis alterius admixtione, vt infra demõſtrabitur. Quidam tenuiſſime incidunt Verzinum, & per noctem infundunt in lixiuio, mox intus obruunt modicum aluminis rochæ, & igni mittunt, vt ferueat donec decreſcat tertia pars, inde colo tranſigat, & colatura adijciatur tantillum gummæ arabicæ tritæ, & vſui ſeruant. Alter modus erit parandi atramentum rubeum, ſi lixiuio potenti, & feruenti ſcobs braſilii imitatur, ſat erit eius octaua pars, addito modico aluminis rochæ inter cineres calidos per horam excoquitur, deinceps in vſum admittitur. Aliter quidam parant lignum braſilij in tenuiſſima fila inciſum, & aquæ decuplo pondere infuſum relinquunt horis ſaltem ſex, aut octo, inde cum ligno excoquitur aqua, donec tres, ex quatuor partibus decedant, ſic erit color rubeus, ſplendidus; at ſi paulo plus excoquatur ſanguineus ruber eueniet color, ſi etiam diutius decoquatur cæruleus fiet: Alii verzinum, ſiue braſilium dicatur, vt ſupra infundunt in aqua frigida per horas duodecim, deinde igni exponunt vt ferueat, & decreſcat dimidium, quod perco-

letur, tunc ſingulæ libræ colati additur vnciæ dimidium aluminis rochæ triti, & quarta pars vnciæ gummæ arabicæ, ac iterum bulliant exigit ars donec omnia penitus ſoluta ſint, tandem coletur quod perfectum erit atramentum rubeum, eo enim miniari libri, litteræque ſcribi commode poſſunt. Alij vitro aut cultro abradunt tenuiſſime lignum braſilij, cuius vnciam capiunt, & affundunt ei acetum acerrimum quantum expleat dimidium poculi, & vrinæ pueri, ac lixiuij ſingulorum quartam partem poculi, & omnia in olla repoſita mittunt igni, vt leuiter feruеant, donec tertium decreſcat; dum tamen bulliunt immiſceatur eis paulatim dimidium vnciæ gummæ arabicæ, ac ſæpe cum rudicula agitetur; Vbi vero fuerit fere coctum atramentum, additur aluminis rochæ triti ad quantitatem Caſtaneæ, & cauere opus eſt ne nimium ferueat, quia nigreſceret, ſæpe igitur extolle guttam ipſius tincturæ, eamque inſpicias, vt rubea pulcherrima ſit, tunc vas deponatur ab igne, & cum refrixerit, coletur, biduo eam committẽdo in vaſe recluſo, demum ſeruatur donec opus erit; hoc enim optimum erit atramentum rubeum: Verum enim ex eodem braſilio varij ſortiuntur colores, prout varii ſunt modi operandi eum: Icciteo offeram ibi normam omnium præter iam dicta vt coram omnibus ſit. Cape braſilium, & decoquatur in aqua donec decreſcat tertium, aut donec rubefiat charta in prædicto decocto immerſa, & illico elleuata, quod ſæpius experiri poteris, donec optimo colore rubeo infectum conſpicias, tunc inde in quattuor partes diuidas decoctum; Cuius pars prima inficit colore roſato per pulchro abſque vlla alia additione; at ex ſecunda parte vbi tepeat, ſi modicum aquæ addas, in qua extincta ſit calx, fiet atramentum pauonaceum: In tertia autem parte, ſi addatur lixiuii fiet violaceum atramentum: Reliquum eſt, quod euenit ex quarta parte; nam ſi in ea diſſoluatur aluminis fæcis vini modicum fiet atramentum leonatum. Alii capiunt verzini tenuiſſime inciſi vncias ſex, eumq; infundunt in libris tribus lixiuii acris, deinde igni mittunt, vt ferueant, donec relinquatur tertia pars, quam colo tranſmittunt, deinde colaturæ addunt modicum olei tartari, ac totidem aquæ gummatæ, his enim atramentum euenit pauonaceum, & huiuſcemodi color augetur, ſi magis olei affundatur, ſi vero plurimum olei è tartaro ſit immiſtum fiet atramentum violaceum, ianthinumve: nihilominus alioquin operatur oleum tartari, vbi ſolum abſque ſocietate alterius liquoris adminiſtretur; nam ſi in eo tantum imitatur ſcobs braſilii abſque aqua, vel alio liquore illico conſtituet atramentum rubeum, quod plurimum ad ſcribendum conducit, & fuci vim præſtantem habet, quę omnia agit ſua acredine, & tenuitate qua approximatur aquæ ardenti: Iccirco colorum materiam illico elicit. Prætetea eodem braſilio verzinove, diuerſimode tamen, vel cum aliis adminiſtrato, ſæpe fiunt fuci, quibus Mulieres vitia corporis præſertim faciei tegunt, & occultant; vt exemplum, experientiaque haberi poſſit ex ſequenti fuco, qui ruborem mirabilem inducit in faciem liuidam, ac eam niteſcere facit, & octo dies equidem perdurat, quibus diebus non aboletur ſudore, nec aqua.

Cape verzini tenuiſſime abraſi, lima aut vitri fruſto vncias tres, infunde in libris ternis aquæ communis triduo, mox adde glutinis piſcium contuſi, & inciſi drachmas ſex, & ſic omittas donec emolleſcat, inde exponatur igni ad-

dendo

dendo granæ tinctorum optimæ, Karbiſinii vulgo Cremeſe, ſingulorum binas vntias, a luminis tochæ vnciam vnam, chryſocolla, vulgo boraſe dragmas tres, & ferueat donec dimidium decreſcat, tunc coletur, & ampulla vitrea clauſum per octo dies ſeruetur, antequam vſui ſupradicto adminiſtretur.

Alter pulcherrimus fucus ſequitur.

Cape verzini vntias duas, Rubeæ tinctorum vnciam vnam, granæ tinctorum dimidium vnciæ, infundantur omnia in vino albo potenti per quatuor dies, demum addiiciatur aluminis tochæ dimidium vnciæ, & bulliant vſque ad diminutionem mediatatis, inde filtro coletur, & vſui ſeruetur; nam ſumma efficacia operatur.

Alter facilis valde pulcher fucus, qui rubore faciem inficit cum ſplendore, & pulchritudine.

Cape aluminis Rochæ, glutinis piſcium ſingulorum vnciam vnam, verzini ligni rubei vncias duas infundantur triduo in aqua exinde coquantur, colentur, ſeruenturque in vaſe vitreo ad libitum.

Pro vſu fuci deſcripſit Conradus Geſnerus aquam diſtillatam cum braſilio vt infra demonſtrabitur, quæ faciem ſplendidam, & rubram efficit ſine noxa, diu etiam permanet ipſius tinctura.

Braſilii optimi vnciam vnam, gariophyllos num. decem, totidemque grana minoris Cardamomi, cubebarum grana quinque, lignum braſilii in ſcobem, cæteraque in pollinem redigantur; inde omnia ad inuicem mixta obruantur in libram vnam aquæ ardentis ter diſtillatæ, & leni calore, vaſeque diligen. er occluſo macerentur per diem naturalem; inde duplici vaſe, aut igne per exiguo diſtillentur, vt moris eſt, emanabit enim aqua limpida inſtar fontis, & ſi actu non exiſtet colorata, potentia tamen tingere poteſt, hæc aqua innoxia eſt, vt potu aſſumi poſſit; Verum perſcriptis normis aliæ excogitari aquæ, ac conſtrui poſſunt.

De Atramento Scriptorio pauonaceo, violatoq; purpureo. Cap. VII.

ETenim huiuſcemodi atramentum, ex pluribus, ſingulatim tamen tum floribus, tum etiam radicibus, cum & fructibus confici poteſt, cum ſingulis eorum ſit propria tinctura. Quamobrem de pluribus ſingulatim in vno, ac eodem capite ſcribere decreui, exordium aſſumens a radice quadam eſculenta apud nos ſatis copioſa, & vulgaris, quæ appellatur Carota, cuius differentia duplex eſt, vna videlicet lutea, altera vero purpurea ſanguinoſa vergens ad pauonaceum, vtraque ſeritur æſtate, colligiturq; hyeme, & cocta pro obſonio editur, diuerſimode autem coquitur, tametſi quocunque modo cocta valet. Coquitur ſub prunis, aut in aqua dulci elixatur, aut muria inde mundatur, concinnaturq, aceto, & oleo guttatim inſtillato, prout alia acetaria condiuntur ad excitandum appetitum, conditur atque pro quadrageſimali obſonio, præcipue purpurea vna cum rapis in rotulis inciſis in garo, veterum more, quod eſt muria, addunt atque ſapam præter

vinum

Digitized by Google

vinum nigrum potens, & mel; Alij quidam adiungunt his modicum aceti, lutea vero radix paratur pro acetario, vt ſupra dictum fuit, præterea quidam coquunt eam cum iure pinguium carnium, & tanquam ſuaue obſonium comedunt: neutra huiuſcemodi carotæ radix ab vllo veterum, quem ego meminerim, recenſita fuit: Verumtamen ex recentioribus Rembertus Dodoneus, libro de ſtirpium hiſtoria inter paſtinacæ ſpecies connumerauit carotas, cui prorſus aduerſatur Andreas Mathiolus in Dioſcoridem: Præterea nos quoque experientia edocuit multum diſtare paſtinacas a Carotis: Verum lites omittendo eo magis cum in medicina nullum habeant vſum carotæ acco dam ad inſtitutum meum, quod antea adimplere non poteram, niſi prius explicaſſem quid eſſent carotæ radices, & quæ earum magis congrua ſit negotio coſtruendi atramentum ſcriptorium pauonacei coloris, hic itaque color conſpicitur in carota eiuſdem coloris pauonacei, quapropter ab ea eliciendus eſt. Iccirco capiatur pars atra ipſius carotæ, tenuiſſimeq; incidatur, & aceto acerrimo obruatur cum modico aluminis rochæ, mox igni exponatur, vt bulliat, euaporandoque decreſcat donec remaneat quarta pars, tunc ab igne deponatur, & frigefactum coletur, inde colatum omittatur inſpiſſari, exiccarique ex ſe; ita enim conſtituetur maſſa coloris pauonacei, quam molire oportet, mox iterum molendo ſoluere cum aqua gummata, tandem coletur, & perfectum erit atramentum ſcriptorium pauonaceum pro vſu miniandi, ſcribendiq; idoneum.

Huiuſmodi coloris atramentum præſtare conſtat ſuccus extractus ex ebuli Corymbis rutilo nigricantibus vbi maturi ſint; ipſi atque ſemina in ipſis contenta intus aſſumpta expurgant corpus educendo pituitam, & aquoſos humores quare aduerſus hydropem conferunt; prius tamen corriguntur cũ aniſis, & alijs aromatis; ſed vt fiat atramentum violaceum purpureum, capiuntur grana matura ebuli, ideſt humilis, herbaceiq; Sambuci, contundantur, & ab eis tuſis, & prælo ſuppoſitis exprimatur ſuccus, qui ad inficiendos capillos aptus, ac ſumme efficax eſt, iuxta Dioſcoridis ſententiam: Verum ſi in ipſo ſucco ſoluatur parũ aluminis rochæ inde coletur, magis illuminatur; alumen enim tincturam ſplendere facit, ac retinet eam, & ideo alumen eſt media colorum materia, ſic itaque conſtituitur atramentum quemadmodum ſupra pollicitum fuit quod pro ſcribendi vſu ſeruetur.

Idem compertum eſt euenire, ex ſucco expreſſo è nigris myrti baccis, eſt Myrtus arbor humilis notiſſima, & odorifera, tametſi ex floribus ſtillatitius elicitur liquor ſuaue redolens: Veneri olim Sacra dicata fuit myrtus, teſte Plinio libro decimoquinto naturalis hiſtoriæ capite vigeſimo nono. myrti quælibet pars aſtringit, & deſiccat, tam ſi foris applicetur, quam ſi intus aſſumatur, idcirco ex myrti baccis fit generoſum obſonium, quod dicitur myrtatum ſaporis præcipui: elicitur ſuccus ex baccis myrti, quem Plinius auctoritate Catonis Cenſorij appellauit vinum myrtinum, præterea dixit fieri nigrum vinum, ex baccis myrti nigri, & album ex baccis myrti albi addito vino mulſo vel albo, vel nigro prout ſunt baccæ vel albæ, vel nigræ.

Aliter vero tractauit Dioſcorides de vino myrtite, aſſerens ipſe fieri ex baccis nigris poſt maturitatem tuſis, & organo expreſſis: Aliud ſimile recenſuit

ſed

Digitized by Google

ſed coctum ad tertiæ partis euaporationem. Tertiumq; deſcripſit compoſitũ cum vino veteri, & aquæ dulci: cuncta tamen vina hæc decániantur vtilia ſtomaco. Ex ſucco baccarum myrti fit ſyrupus cum ſaccharo ex deſcriptione Ioannis Meſues aduerſus fluorem alui, & dyſenteriam, ſiſtit fluxum ſtomacalem, & menſes mulierum ſuperfluos, confert cordis tremori, eum enim corroborat, & omnia viſcera, ſedat tuſſim, ac ſanguinis ſputum cohibet, veſicæ eroſiones demulcet, tametſi prouocat vrinam: hæc atque aliæ ſimiles facultates procedunt ex myrtillorum ſucco; præterea, qui ieiuno ſtomaco ante alia aſſumit ſuccum myrti tuetur ab ebrietate: exterius vero applicitus confert aduerſus ictus phalangij, & contra ſcorpionum puncturas, oculorum inflammationes ſedat, ac fiſtulas lachrymales curat, reducit matricem relaxatam, & deſcendentem, & anum exeuntem introducit, & reconfirmat, vſcuſcula ſerpiginoſa tam capitis, quam totius corporis ſanat; prohibet diffluuium capillorum, & denigrat eos; quippe tincturis aptum eſſe myrti ſuccum aſſeruit Plinius loco ſupra citato, verum præparatur modo prædicto de ſucco granorum ebuli, ſic enim æque euadet atramentum ſcriptorium ex ſucco myrtillorum. Præterea violaceus deducitur color peculiaris a Viola, verum cum duo Violarum genera nos docuerint Græci in re medica valere, quorum multæ ſunt differentiæ in forma, colore, atque viribus diſtinctæ quamobrem genera ipſa explicare cogor, vt magis pateat quod efficit colorem pauonaceũ iam ſupra inſtitutum. Vnum itaque Violarum genus appellarunt Græci *ἴον*, Alterum vero *λουκοῖον*, hoc Arabes nuncuparunt cheiri, cuius ne vna quidem ſpecies reperitur habere huiuſcemodi colorem, prænominatum quare omiſſo hoc genere, accedam ad primum dictum Ion proprium Violæ, quæ a Græcis dicta fuit *ἴον ἄνθος* quod eſt viola flos, vbi autem ipſius violę colorem indicare voluerunt. *ἴον μέλαν*, *ἴον πορφύρουν* pronunciarunt: Latini vero expoſuerunt Violam nigram, Violamq; purpuream, & ab iſta fieri veſtem Ianthinam, ac ita nominari retulit Plinius. male confundit Seruius forte auctoritate Apulei, hunc florem cum hyacinto, & cum vaccinio: voluit enim Apuleius Violá dici Vaccinium à colore vaccæ, quod ſatis diſtat à veritate, & ſi plerique ſunt colores quibus inſunt vaccæ, nullus tamen eſt violaceus pauonaceusve neque purpureus: Verum odoriferus flos iſte appellatur, noſtra dictione Italica, Viola mammola, & Viola zotta, quæ principio veris, vt puta menſe Martii oritur: hæc prout percipere potui, dicta fuit a quibuſdam Viola, quaſi minime violam, aut non violanda, aut ab olendi vi, Aliam rationem violæ ab his diuerſam, fabuloſamq; priſci diuulgarunt Poetæ: ipſi enim prodiderunt Io filiam Inachi fluuii adamatam fuiſſe a Ioue, eumq; ob interuentum Iunonis in iuuencam transformauit Iupiter, ne agnoſceretur, & pro eius pabulo iuſſu Iouis creuerunt in campo violæ, quæ a Iuuenca, ſiue vt melius dicam a Vitula, idem eſt, aſſumpſerunt nomen. Violam enim quaſi Vitulam ex trita litera t dixerunt latini? odorifera eſt Viola hæc; frigida, & humida in primo ordine ſomnifera, inflãmationes extinguit, & ideo confert Cynanchæ, Vueę, & pleuritidi, lenit enim aſperam arteriam, & thoracem, comitialibus præſertim pueris auxiliatur; vim purgatricem habet, qua educit bilem quocunque modo aſſumatur per os, ex flore enim Violæ pleraque fiunt medicamen-

ta vi-

ta videlicet puluis, ſuccus, aqua ſtillatitia, trociſci de Violis, conſerua de Violis, ſaccharum candidum violatum infuſio violatum, tum ſimplex, tum ſolutiua, inde ex infuſionibus iſtis vel ſimplici vel ſolutiua fiunt ſyruppi addito ſacchato, videlicet, ſimplex, aut ſolutiuus prout eſt infuſio. Verum ſi vice Sachari componatur mel cum infuſione, fiet mel violatum ſimplex, aut ſolutiuum iuxta vires infuſionis, fit etiam Iulepum violatum, acetum violatum, & oleum violatum. Hæc omnia fuerunt deſcripta a Ioanne Meſue, nihilominus neque violaria herba innutilis eſt, celebrata ſatis fuit à Dioſcoride, aſſerente valere eam appoſitam more emplaſtri ſtomacho æſtuanti, oculorum inflammationibus, ac ſedi excidenti: ſed reuertamus ad florem violæ, a quo deducitur color quippe ab eo contuſo exprimendo ſuccum cum colore, aut per infuſionem floris in ſucco limonis, quemadmodum ſuperius expoſitum fuit, aut cum ſpiritu acido vitrioli, inde præparatur cum aqua gummata, & tantillo aluminis rochæ, vt perficiatur atramentum ad ſcribendum, miniandumque pulcherrimo colore violato.

Ex liguſtri baccis præ maturitate nigris elicere conſueuere ſuccum coloris pauonacei purpurizantis ſuperioribus conſimilis. Verum enim alios quoque colores extrahi ab eodem frutice deprehendi, operæpretium duxi explicare quicquid, & quomodò de eis innuerint ſcriptores. Memoriæ itaque nobis prodiderunt Græci, Latini, necnon Arabes auctores in vſum habuiſſe liguſtrum pro coloribus inducendis, diuerſimode tamen, Græci nanque liguſtrum appellarunt κύπρον cuius foliis oleæ ſimilibus, quamuis maioribus tritis vtebantur ad capillos rufos efficiendos teſte Dioſcoride. Eiuſdem ſententiæ fuit Arabs Serapio tractatu de ſimplicibus ex plantis cap. 110. vbi tractauit de liguſtro ſub nomine alcannæ aſſerens ſuccum foliorum efficere capillos ruffos. His fauet Proſper Alpinus vir præſtantis doctrinæ, ſummæque eruditionis, qui in facultate ſimplicium, fęlicitate, ſtudioque mehercule proſper fuit. Eam enim facultatem ſumma cum laude docens in almo Gymnaſio Patauino multa variaque opera medicis, & philoſophis perutilia proſpere edidit, & præ ceteris locupletiſſimum de plantis Aegypti maxima vtilitatis ſtudioſis: Vnde in eius libri, capite decimotertio recenſuit liguſtri ſtirpem, aſſerens appellari ab Incolis Aegypti elhanne, ſeu tam aharendi. Præterea voluit Alpinus ipſe eſſe hæc proculdubio Alcanna Auicennæ, & Serapionis; hinc de facultatibus ipſius diſcurrens ait, ex foliis confici puluerem, quem appellant Aegyptii archẽda, hac eorum mulieres vtuntur ornatus gratia, manus, ac pedes colore aureo tingentes: nam ſimplici aqua mixtus archendæ puluis eam facit auream, quæ omnia inficit aureo colore: Iccirco mulieres cum ipſa capillos aureare poſſunt: At Princeps Auicennas, lib. 4 fen 7. tractatu primo cap. 19. de tincturis capillorum explicauit radicem alcannæ inficere flauitate capillos, hinc Mauri ſuos inficiunt capillos radicibus alcannæ, quemadmodum etiam æquorum crines iuxta deſcriptionem Amati luſitani in Dioſcoridem. Præterea ſi denigrantibus componatur, & aſſocietur radix liguſtri, ſiue alcannæ dicamus nigrore capillos inficit, auctore Auicenna eodem in loco. Inde Latini vſurparunt liguſtri baccas per maturitatem nigras pro conficiendo atramento ſcriptorio: Veruntamen Auicennę exemplo eas denigrantibus aliis commiſcent, quem-

admodum

Digitized by Google

admodum ſuperius expoſitum fuit: Simplices enim liguſtri baccæ ſunt plenæ purpureo ſucco; prout aſſeruit Petrus Andreas Mathiolus in Dioſcoridem, ac prout melius experientia conſtat, nam colore purpureo violaceo coinquinat ipſe baccarum liguſtri ſuccus, tametſi Vitruuius Veronenſis libro ſeptimo de Architectura capite 14. de purpureis coloribus meminit fieri purpuram elegantem vbi ait, eadem ratione vaccinium temperantes, & lac miſcentes purpuram faciunt, &c. ſub nomine vaccinij diſſeruit de baccis leguſtri, quas, & Virgilius Maro appellauit vaccinia ſic canens in Bucolico.

Non ne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras
Atque ſuperba pati faſtidia, non ne Menalcam,
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes,
O formoſe puer nimium ne crede colori
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Carminum Virgilii ſenſus ſatis patet: hortatur enim poeta ipſa puerum non confidere nimium ætati eius viridi florentique, & pulchra quæ ceu inſtabilis, ac momentanea cito labitur cum omni pulchritudine, & tranſit ad ſenectam deformem ætatem, quæ album colorem efflorеſcentem amiſit, quippe eo caret, verum atra, & rugoſa fit ſenilis ætas. Quamobrem exemplis Maro ſuadet puerum animaduertere ex liguſtro albos prouenire flores pulchros & odoratos, quos bonę, gratioſeq; ætati ęquiparauit; ſed quum celeriter decidunt floſculi, ſic florida ruit ætas, ipſiſq; floſculis albis deciduis ſuccedunt fructus nigri videlicet Baccæ, quas vocauit vaccinia nigra, a baccis nigris mutata littera b in u. hæc itaque baccinia ſiue vaccinia non ſunt grata, quemadmodum flores, ſed aſpectu nigra, & tetra, prout ſenecta ætas mala, & præceps habetur. Ex præhabitis igitur depræhenditur apertiſſime oſtendiſſe Virgilium liguſtri fructus eſſe vaccinia; quamuis quidam male exponentes mentem Poeræ ſint nixi diſtrahere eam, non minus aliorum hanc in rem impegit. Seruius Grammaticus Virgilii Commentator, cui ignoſcemus tanquam cæco, plantarum hiſtoria pœnitus ignaro: Verum eo magis redarguēdi ſunt Petrus Andreas Mathiolus, Bellonius, Ruellius, Marcellus, Hermolaus Barbarus, & alij, qui aberrantes exiſtimarunt Vaccinia eſſe flores; & alii, vt Fuſchius, & Dodoneus decepti pro vacciniis, deſcripſerunt fructus diuerſos a baccis liguſtri; ita quod prædictorum quidam aliqua ratione ducti ſunt, alii quorundam auctoritate nixi, & alii diuerſis opinionibus imbuti, aut ex proprio ſinu diuerſam protulerunt ſententiam a veritate, & longe a mente Virgilii: ſæpe etiam contingit multis eandem ſententiam diuerſe interpretari, quā non intellexerunt; Iccirco ſi dixerit Seruius vaccinium eſſe violam aucto, itate Virgilij, reſpondetur male intellexiſſe Virgilium, ipſe enim Georgicorum Aegloga 10. diſtinxit violam a Vacciniis dicens, & nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra: Eadem differre apertiſſime oſtendit Vitruuius loco vt ſupra, & ſi Mathiolus non æque exiſtimans vaccinium eſſe hyacintum, attulit quandam friuolam opinionem nullius momenti, & a nemine probatam vel auditam; quatenus ad opinionem Dodonei ſi perpendamus ipſius verba, facile percipiemus eſſe Vaccinia ſua ex planta Boemiæ ab eo tantum excogitata, neque ab altero probata; ſed inter ſcriptores vaccinii videtur magis probari

Fuſchius

Digitized by Google

Fuſchius, adhæſit enim ipſe Græcis, qui appellarunt μορὸν βατῖνον fructum ipſius Rubi; nihilominus Amatus Luſitanus in hac re magis aliorum ſenſus apicem attigit mentisve ipſius poetæ, qui voluit equidem intelligi de baccis liguſtri, quæ aliquando dicuntur baccinia voce proxima dictioni Græcæ βατίνια: Verum diuerſitatis opinionum cauſa (me Iudice) fuit; nam Græci dictionem hanc prodiderunt πολυσημόν, ideſt communem, & quæ multa ſignificat: Hæc autem omittamus, vt accedamus ad explicationem facultatum liguſtri, quæ præter tincturas, iam ſupra deſcriptas ſunt aſtringentes, & exſiccantes; tametſi Auicennas libro ſecundo tractatu ſecundo cap. 50. inquit Alcāna frigida in primo, & ſicca in ſecundo; & ideo eius folia maſticata vlceribus oris auxiliantur; ſi vero carbunculis, inflammationibusque applicentur ſummopere conferunt eorum decoctum igni ambuſtis medetur; ex ipſis foliis liguſtri conſuetum eſt Aegiptijs conficere puluerem prout ſuperius dixi auctoritate Alpini mox puluere aqua mulſa parato vtuntur ad humidos pedes fluxionibus obnoxios, ac multum exudantes, fetentes emplaſtri modo appoſito per horam exiccat, & adſtringit; tametſi ad oris vlcera confert, gingiuarum, & pudendorum maxime præſtat, ex odoriferis liguſtri floribus diſtillatur aqua per alembicum odorifera, quæ æque refrigerat, & aſtringit; Iccirco eaſdem facultates poſſidet, & in potu aſſumpta vomitum ſiſtit, diſenteriam compeſcit, & quoſcunque alios fluxus, muliebria tum alba cum & rubea ſuperflua cohibet ſi bibatur, aut in ore matricis linteola eadem aqua imbuta immittantur: aſſumpta aqua aduerſus ſanguinis ſputamina confert, exteriusque mulieres vtuntur ea ad faciem decorandam, obtalmiæ ſuccurrit, ſi ex ea fiat collyrium cum tutia prohibet enim humorum fluxum, atque lachrymas: Præterea ex floribus fit oleum Cyprinum cum aromatibus, quibus compoſitum eſt, & magnæ efficaciæ ad multas ægritudines iuxta Dioſcoridis traditionem, quam vnuſquiſque legere poterit: huius olei Cyprini compoſiti duplicem prodidit, & differentem deſcriptionem Paulus Aegineta lib. 7. de re medica; fit etiam oleum Cyprinum ſimplex recentiorum more ex floribus oleo tantummodo inſolatis, hoc tollit vulnerum inflammationes, & capitis dolorem e bilioſo vapore ſedat. Aliud ſimplex oleum Cyprinum ſcriptum nobis reliquit Meſues lib. 3. conſtat autem ex florum Cypri vnciis quatuor coctis in olei veteris vnciis decem cum modico vino: Alterum ſimplex inſinuat Dioſcorides; Calefacit hoc oleum præſertim compoſitum, emollitq; neruos, & alia multa operatur, vt eſt legere in Dioſcoridem.

De purpura veterum, & ipſius differentijs. *Cap. VIII.*

ANtiquitus purpura fuit inſigne Romanorum Magiſtratuum valde ſplendidum, exinde Imperatorum, & Regum veſtes purpureo colore tingi conſuetum fuit: Verum enim veterum purpuræ vſus prorſus periit, icciroo, alia (hoc æuo) illius vicem gerit, illa ex animalibus, nempe ex conchis marinis detrahebatur: hæc autem ex planta ortum ducit: Præterea

terea cum habuerint priſci tot differentias coloris purpurei, hoc forte viſum fuit omnibus mirum, quibus cauſis ignotæ fuerunt; appellarunt enim veteres auroram purpuream, teſte Ouidio libro 3. Metam. & pronunciarunt Ver purpureum, atque aerem purpureum, vt Ouid. ſexto lib. Metam. Et Virgil. lib. 3. Aeneid. & ſanguinem purpureum ſcripſit Homerus, at non ne dictum fuit purpureum Indicum. quamuis pauonaceum ſit, & Dioſcorides ipſe prodidit fieri Indicum ex ſpuma purpurea, quæ innatat cortinis, quibus bullit glaſtum, cuius facultas eſt cæruleo inficere colore. Verum atque violam mamolam vocarunt purpuream quam vulgus nominat pauonaceam, prout eſt equidem: cęleſtinumq; hyacinti florem voluerunt ſcriptores nominari purpureum, & mare aſſeruerunt purpureum eſſe veluti Virgilius lib. 4. Georg. inquit. in mare purpureum violentior influit amnis: Vnde Cic. lib. 4. Acad. mare illud, quod nunc fauonio naſcente purpureum videtur. Idemquoque ſcripſit lib. 2. Acad. dicens, quod mare non ne cęruleum, at eius vnda cum eſt pulſa remis purpuraſcit: nihilominus purpureus color eſt equidem niger rubore quodam admiſto at rubeo clarior, qui nigricantis roſæ ſplendore ſubſucet omnium colorum gratiſſimus, & tingendis veſtibus maxime expetitus eſt; huiuſcemodi coloris prodiderunt ſcriptores fuiſſe veſtes Tyrias, quæ tūc temporis appellabantur purpureæ, ac aliarum pulchiores exiſtimabantur; noſtra autem ætate huiuſcemodi veſtes vocantur ſcarlati quibus Venetiis Illuſtriſsimi Senatores procedere conſpiciuntur: verum cum prænarrata videantur a ſcriptoribus confuſa, ea aperire ipſæ conabor, & à conchylijs exordiar, vt veterum purpuram recenſeam, ex conchyliis enim tanquam cauſa materiali tot euenerunt differentiæ: Murices itaque purpuræ & maris piſcium quædam genera inter conchilia ſunt connumerata, a quibus olim elici conſuetudo erat ſanguinem nobilem, ſuccumve illum mediis eorum faucibus contentum: iccirco incolæ venabantur conchylia, eaq; ferramentis ſcindebant, ex quibus purpureus liquor profluebat, quo inde tingebantur veſtes purpureæ? Quamobrem liquor iſte cruentoſus a purpura concha marina extractus æque purpureus color denominatus fuit, & quandoque dicitur purpura nomine conchylii, purpura Græcæ dicta fuit. hinc color porphyriacus, ideſt purpureus, quem a conchyliis appellauit oſtrum Vitruuius lib. 7. de Architectura cap. 13. vbi diſcurrendo diſtinxit plures, diuerſosq; colores purpureos quorum differentias a locis ex temperamento ſolis oriri aſſeruit; nam locis ex propinquitate ſolis illuſtratis pulchriorem prouenire liquorem e purpura experientiam habebant antiqui: quemadmodum margaritis euenit: orientalis enim Margarita ex mari Indico, & ſinu perſico circa Arabiam aduehitur ad nos candida cum diaphanitate in ſuperficie, occidentalis vero margarita tranſportatur ex Mari Britannico coloris liuidi ſuffuſci, & opaci. A ſole itaque cuncta elementa illuſtrantur, ſol enim eſt fax cæleſtis, & naturæ gratia; & ideo Vitruuius loco de purpuris, inquit, non in omnibus locis, quibus naſcitur vnius generis colorem, ſed ſolis curſu temperatur; itaque oſtrū, quod legitur in Ponto, & Gallia, hæc ſunt regiones ſeptemtrioni proximæ producitur atrum, hoc eſt purpuræ liquor ater, vt ipſe innuit, inter ſeptentrionem, & Occidentem liuidum, ſed ad Aequinoctialem Orientem, & Occidentem

Digitized by Google

cidentem inuenitur purpura, violaceo colore, quod vero Meridianis regionibus excipitur rubra procreatur poteſtate, & ideo rubrum Rhodo Inſula in mari Carpathio inter ciclades creatur; electiſſimam purpuram rubram producebat Tyros Phęnicię, prout legitur in Plinium lib.quinto, cap.19.& lib.9. cap.36.& 37. in hac purpurę hiſtoria pręuaricatus eſt Hieronymus Cardanus, lib.7. de rerum varietate veluti vnicuique legere eſt. Icciro ex prædictis ſatis apertum vnicuique eſſe exiſtimo, tot fuiſſe purpurei coloris differentias, quot ſupra expoſui, necnon purpureum rubrum eſſe decorum, atque alios colores excellere, hu uſcemodi purpuram fieri Inſula Tyros cecinit Virg. lib.4. Aeneid. Tyrioque ardebat murice lana; quamobrem vbique, ſed Venetiis præſertim maxime exiſtimatur purpura vulgari dictione dicta eſcarlatum pro Illuſtriſſimis Patritiis inſigniendis, huic accedit purpura violacea, quæ vocatur pauonacea, hanc celebrauit Cornelius Nepos, qui fuit tempore Ciceronis,obiitque principatu diui Auguſti, & ait me iuuene violacea purpura vigebat: ex quibus deprehenditur fuiſſe primam inuentam purpuram violaceam, mox rubra tarentina paulo poſt reperta fuit, inde Dibapha Tyria ſucceſſit; id ipſum aſſeruit Plinius locis ſupracitatis, nihilominus adeo creuit purpuræ rubrę exiſtimatio ob ſuam pulchritudinem, quod non modo ſeu prima, verum etiam vti ſola hæc purpura vulgo agnoſcitur, nominaturque hodierno tempore ſcarlatum. Et quæ prima fuit inuenta, nempe purpura violacea, amiſit purpuræ nomen, cuius vice ſucceſſit appellari el Pauonazzo. Reliquæ purpuræ differentiæ nullius ferè exiſtimationis habentur, præterquam ab eruditis, & literarum late verſatis, alioquin enim vulgus omnes purpuræ differentias in ſcarlatum præſtrinxit; quod magis conſpicuum erit, niſi deſiſtam referre purpurę facultates præter tincturam,picturam,atque ſcripturam, quas antiqui magnifaciebant, quamuis vanus mihi videatur labor explicandi eas,quibus caremus,quid enim eis operam nauare iuuat, nil mehercule,præterquam curioſis ſatisfacere, & ideo ſcriptis tradidit Galenus, lib.7.Methodi medendi, capit.7. de ratione curandi frigidam ventriculi intemperiem, ſummopere conferre lanam, pannumve è purpura Tyria, quando, & adſtringi ipſum modice, & cutis eius meatus obſtrui expedit: præterea ſi aer ambiens ſit frigidus docet applicare ventriculo purpuram vnguento nardino imbutam, & actu calefactam: nam calefacit ſtomacum actu, & virtute. Idem repetit, lib. 8.Methodi medendi, cap.5. de diariis febribus, quæ ſuperueniunt cruditatibus ciborum, ibi enim ait purpuram marinam præſertim Tyriam præſtare, cum vnguento nardino, quippe tenuiorem adſtringendi vim habet, tum ea purpura,tum optima nardus, ita vt vis earum ſiccando,calefaciendo,ac robur inferendo in corpora, quæ circa ventriculum habentur alte penetrare poſſit. Præterea libro vndecimo de ſimplicium medicamentorum facultatibus ex aliorum potius opinione retulit, purpuræ teſtæ cinerem lotam, & mox aceto, aut oximelite in potu aſſumptam lyenes tumidos ſanare, ſuffitam vero vteri ſuffocationem tollere,& ſecundas retentas dettrahere.Exterius autem applicitam aſſerit dentes illuſtrare confricando eos, & vlcera humore flaccida exſiccat cinis prædicta, malignaque corrodentia, ac diuturna curat, puttrida, cum eximelite aut oxicrato abſtergit eorum cauitates explet, & ad cicatricem perducit.

Digitized by Google

perducit. Hijs aſſenſit Aetius Tetrabili prima, ſermone ſecundo cap. 187. vltra prædicta Paulus Aegineta lib. 7. de re medica deſcripſit oleum, in quo ſit caro buccinæ viuæ excocta, quod ſi auribus inſtilletur, earum dolores diſcutit. Sed de hijs prætereat ſermo, cum, vt dixi, iam omiſſus ſit vſus venandi huiuſmodi Conchyllia ob difficultatem capiendi ea, præter quod capiuntur in pauca quantitate, latitant circa Canis exortum tricenis diebus, quemadmodum placuit Ariſtoteli lib. 8. de hiſtoria animalium, & lib. 5. eiuſdem Voluminis. ei Aſſenſit Plinius loco vt ſupra: Capiebantur igitur poſt canis Ortum, aut ante Equinoctium Vernum, reliquo fere tempore ſunt ſterilia, aut humorem nimis liquidum nullius momenti habent. Præterea viuas oportet capere purpuras: in mortuis enim liquor optatus illico euaneſcit. Captæ autem viuunt extra mare quinquagenis diebus Saliua ſua; ſi aquam dulcem guſtare illis acciderit illico moriuntur. Verum alia inuenta faciliora ſucceſſerunt hominum induſtria, quæ eundem purpuræ Colorem præſtant, & prout melius in ſequenti conſtabunt.

De Recentiorum Purpura. *Cap. IX.*

Præter buccinas purpuraſq; recenſuit alia duorum generum animalia Hieronimus Cardanus volumine de ſubtilitate rerum lib. 9. de animalibus, dicens quod tempore ſuo aduehebantur ad nos ex alijs longinquis Regionibus, præſertim ex Germania pro purpureo colore ſerici conficiendo animalia quædam cimicibus ſimilia, a quibus ſublata erant capita. Alia vero retulit eſſe vermiculos radici pimpinellæ ſaxifragiæ ad naſcentes, ex quorum ſanguine olim purpura fiebat, & ſi ab eo diſſenſit Petrus Andreas Mathiolus in Dioſcoridem, nullam enim ipſe egit verbum de Vermiculis pimpinellæ ſaxifragiæ, quos ſub ſilentio non obuoluiſſet; ſi res ita ſe habuiſſet, ſedulus adeo fuit ipſe inquiſitor rerum naturalium, verum aliter conſtat res: prodidit enim Mathiolus oriri in radice pimpinellæ ſaxifragiæ pillulas, non autem vermiculos, tunc illæ uſum habebant ad inficiendos pannos colore carbiſino, ſiue dicamus, more vulgari, cremeſino, qui tamen diſtat à purpureo colore: eiuſdem ſententiæ reperij fuiſſe Caſtorem Durantem in eius herbario, Mathioli exemplo. Hijs aſſenſit Amatus Luſitanus in Dioſcoridem lib. 4. enarratione quinquagenaria prima. Purpura vera olim inuenta perijt nam quæ nunc in vſu eſt, talis eſt nomine ſolo. Cardanus autem confundit Karbiſini coloris hiſtoriam cum purpura, quandoq; recenſendo coccum Baphicū purpureæ tincturæ proprium, vt lib. 13. de varietate rerum cap. 87. quemadmodum etiam de globulis pillulis vera radici pimpinellę adiacentibus tractauit; quarum vſus ante hac prorſus perijt, de animalunculiſq; ſcripſit colore purpureo inficientibus, pro vt ipſe dixit, cum tamen eis facultas ſit peculiaris colore cremeſino imbuere omnia; præterea addit idem agere grana ficus mexicani; at de hijs demonſtrandi locus non datur hic, quemadmodum in ſequenti capite; propterea vt rem purpuræ proſequamur relictis conchijlijs, cæteriſq; animalibus cuiuſcunq; generis, ac eiſdem pillulis pimpinellæ ad alias plantas properare coa-

cti ſumus. Cum fiat hodierno tempore purpuræ tinctura ex quodam grano rubro puniceo, producto ex frutice Ilicis humilis, quæ coccifera vocatur, adhæretq; granum ramulis abſq; pediculis erciliæ magnitudine; non vbiq; oritur, ſed in locis à ſolis ardore torrefactis: & Ideo Rembertus Dodoneus lib. de ſtirpium hiſtoria ſcripſit multis Equidem locis oriri, & creſcere Ilicem arbuſculam, non vbiq; tamen granum hoc gignere, ſed potiſſimum locis apricis verſus Mare Mediteraneum tendentibus quibus ſolis æſtus viget, veluti in Galatia, Armenia, & Cilicia; quemadmodum prodidit Dioſcorides, Idem aſſeruerunt alij vt Serapio libro de ſimplicibus ex plantis cap. 321. & Plinius de naturali hiſtoria libro decimo ſexto cap. 8. etſi addidit produci etiam in Africa, & libro octauo capite quadrageſimo primo fauet Plinius ipſe opinioni Amati Luſitani, qui ſcripſit gigni hoc granum in Luſitania: Regio hęc eſt pars que vlterioris Hiſpaniæ quam nunc Portogalliam appellant; nihilominus inter alia, vltimum eſſe granum tinctorium Hiſpanicum inquit Dioſcorides: Idem aſſenſit Serapio: prodidiq; Pauſanias lib. 10. oriri in Phocidæ Macedoniæ, præterea vero memini manibus meis ſæpe collexiſſe huiſcemodi granum curioſitatis gratia in agris Inſulæ Cretæ, atque Cephaleniæ Inſulæ Ionij maris olim Samos dicta, vbi indigenæ locopletem prouentũ accipiunt ex eo grano Coccifero, non eſt quoq; in præſenti ſilere quod dixit Petrus Andreas Mathiolus contra omnes ſcriptores, aſſerens ipſe Colligi granum prædictum ex quercu in Boemia, & Polonia regionibus frigidiſſimis, hoc appellatum fuit à Græcis κοκκος βαφικη Latine vero Coccum Baphicum, vel infectorium, & granum tinctorium, & noſtro idiomate volgari vocatur grana da tintori, quod populi Galli nominant vermillon, & grainel eſcarlate, hoc indicat ſcarlatum, quemadmodum aſſeruit Ioannes Ruellius; Arabes vero vocarunt eum cheſmes, & chermes, quod male interpretatus eſt Ioannes Ruellius lib. 1. de natura ſtirpium cap. 88. vbi confundit chermes cum cremeſino, quamuis inter ſe diſtent; ſed granum hoc dum tempore exiccatur in duas diuiditur partes, quarum altera eſt exterior, & corticoſa, quam Plinius lib. 16. cap. 8. vocauit cuſculium, & quiſquilium. Altera vero pars interior, & medullaris eſt nobilior, quamuis hanc partem grani puluerem appellent, nihilominus maioris valoris exiſtimatur; ſi forte autem acciderit corrumpi, & in vermiculum verti ſcolecion nuncupauit Plinius lib. 24. cap. 4. quippe fullones hoc vtuntur grano ad tingendas lanas purpureo colore, quem vulgo ſcarlatum vocant; mox ipſe Plinius lib. 21. cap. 8 aſſeruit animaduertiſſe tres eſſe principales colores, vnum in Cocco, qui in roſis micat, gratius nil traditur aſpectu, vt in purpuras tyrias dibaphasq; ac laconicas: ex hoc itaq; grano tinctorio elicitur illæ color purpurę præcipuus dictus coccinus à cocco baphico, quod idem eſt cum grano tinctorio, quo purpura noſtra inficitur. nam ſi in aqua, aut lixiuio decoquatur inde coletur, & colatura exiccetur per euaporationem; reſidebit color, qui ad purpuram tingendam adhibetur: ſi vero ſolutus fuerit cum albumine oui, aut aqua gummata, tunc eo miniari, pingiq; ac ſcribi poteſt. ab hoc grano chermes iuxta dictionem arabicam aſſumpſit nomen Alchermes compoſitio celebris, quæ aduerſus cordis affectus commendatur, nempe tremorem, palpitationem, ſyncopem, ac melancolicas affectiones; nam recreat animum exhilaratq;

Digitized by Google

fertur; quemadmodum fuſius legitur in Ioannem Meſuem libro tertio de antidotis, vbi tractat de electario ex granis tinctorijs, eſt granum hoc aſtringens, ſimulq; amarum, at citra morſum exiccat teſte Galeno lib. 7. de ſimplicium medicamentorum facultatibus: proinde ad ingentia vulnera conuenit, ac præſertim neruorum, ad vulnera capitis conducit cum mirra adminiſtratum, & magnum auxilium mulieribus præſtat abortire ſolitis, ſi eis pari pōdere thuris in ouo recenti ſorbendum propinetur, ſuperfluoſq; menſes cohibet.

De colore cremeſino. *Cap. X.*

ORtum eſt lolium inter ſcriptores vulgares, qui ob ruditatem deluſi fuerunt a quadam affinitate Vocum, cum enim chermes appellarint Arabes granum tinctorium, quo fit eſcarlatum, pro vt antecedenti capite expoſitum fuit, hinc euenit, vt quidam incaute exiſtimarint chermes Arabum eſſe vulgare chremeſe, quod latini vocant Karbiſinum ſiue cremeſinum, eo enim efficitur color ruber floridus, & viuidus verum ſatis inter ſe differunt colores ipſi, nempe carbiſinum, & eſcarlatum, quemadmodum atq; eorum materiæ inter ſe diſtant: fiebat olim cremeſinus color ex granis quibuſdam ortis circa radices ſaxifragiæ pimpinellæ ſimilis, quemadmodum, & Olyræ Farraginis ve, & parietariæ, & aliarum herbarum quæ colligebantur in Italia, Polonia, Germania, & alijs regionibus, veluti aſſeruerunt Amatus Luſitanus in Dioſcoridem, & Petrus Andreas Mathiolus: hæc autem grana erant magnitudine grani infectorij. Quamobrem quidam crediderunt granum ſaxifragiæ nominari coccum ſcolecion à Plinio lib. 24. c. p. 4. ſed à toto cælo aberrarunt, quod exactius legendo animaduertere potuiſſent, nam coccum ſcolecion appellauit Plinius Coccum Baphicum, quando corrumpitur, & in vermiculum mutatur, quod facilime contingit: niſi aceto irroretur; at paucis inde annis omiſſus fuit omnino vſus granorum quæ radicibus pimpinellæ ſaxifragiæ, vel alterius herbæ colligi tunc temporis conſuetum erat pro carbiſino colore conficiendo, dimiſſaq; fuerunt animaluncula ſuperiori capite recenſita cimicibus ſimilia, nam aliud carbiſinum maioris magiſterij ſupremiq. coloris ab hinc paucos annos aduectum fuit ex Inſulis Indicis in Hiſpaniam ac inde in Italiam, quemadmodū ſcriptis prodidit Amatus Luſitanus, ac pro vt quotidiana experientia oſtendit: hoc autem carbiſinum faciunt grana intus fructus ficus Indicæ Mexicani rubra: quamuis adhuc certet vulgus conſtare ea animaluncula iam prænarrata, quemadmodum erucæ quæ ex virentibus folijs ficus Indicæ oriri dicunt magnitudine milij, mox accreſcunt hæc, non os, non aliud ex membris, quod conſpicuum ſit poſſident. Præterea colligi aſſerunt ea cum forcipe, ac in ſcutellam cinere plenam demitti, hinc mortua eliciunt ſingulatim, & ita præparata ſeruant protincturis: vulgus autem Idiotarum à veritate diuagatur, & à tota via errat, cuius error facile deprehenditur experientia: nā ſi Karbiſinij grana vſitata infundantur in aqua calida, quæ iam exiccata erant,

Digitized by Google

& rugoſa intumeſcunt reaſſumpta humiditate, & priſtinam formam aquirunt, quæ non eſt vllius animalunculi, at ſeminis ſiue grani fructus figuram refert. Quare hæc grana ſunt ficus indicæ rubra, & ſplendida vt ſanguis, & in maiori copia habentur iſta, quam prædicta grana ſaxifragiæ pimpinellæ ad naſcentia: hijs itaq; in ſectores ſericum tingunt, & lanas: Verum Indicæ ficus duplex conſtituitur. genus à Hieronimo Cardano, libro decimo tertio de varietate rerum capit. 67. de mat. color. odor. ſaporq; vbi vtriuſq; generis Iconem aliquantis per inter ſe differre deſcripſit, & ſi aſſeruit atq; vtrunq; fructum conuenire non in figura, ſed in colore rubro; vtriuſq; enim pulpa interior ſuccoſa exiſtit rubicunda, & ſplendida; ſanguineoq; colore manus, veluti mora in ficit, & multis diebus perdurat infectio; adeo vt vix detergi poſſit: Comeduntur huiuſcemodi ficus, ſunt enim ſuaues dulciſq; ſaporis, ſed vrinam tingunt; ita vt ſanguis exquiſitiſſimus videatur, ex quo territi aduenę, qui eos comederant, ludibrio Indis incolis erant: ſed paulo poſt cum nil aliud mali eueniſſet certa experientia habuerunt, huiuſcemodi ficus abſq; metu comedi poſſe. Vnum eorum genus deſcripſit Cardanus auctoritate Theophraſti græci libro quarto capite quinto, vbi aſſeruit huiuſcemodi ficum appellari Pithaiam ab Indis, de quo tractauit Plinius libro duodecimo capite quinto, & ſexto; oritur circa Aceſinum Fluuium Perſiæ qui in Indum amnem cadit, eius folia ad inſtar amazonum peltæ ſunt, & fructus parui, & dulces: idem fere habemus à Strabone lib. 15. de Geographia. Alterius autem generis ficum eſſe inquit coronatum, & appellari tunc indica dictione, quod nobis indicat ficum Indiæ, cuius ſtirpem Incolæ vocarunt Nuchili, hæc autem abſq; caudice, & abſq; ramis arboreſcit folijs tantum; nam folium in terram plantatum radices agit, & alia folia emittit ex ſe, hinc tot ſuccedunt in alium, & à lateribus folia, vt caudicem atq; ramos excuſent, quemadmodum ipſa oſtendit Icon expreſſa à Mathiolo, & alijs plantarum hiſtoriæ ſcriptoribus, folia habet oblonga ad pedis magnitudinem, & lata ad palmi, craſſa quantum digitus, eorum color viridis admodum, aculeis validis tenuiſſimis, ac frequentibus cinerei ferme coloris, fructus optimi ſunt ſuo initio candidi, poſt virides, inde varij coloris, demum luteij interior vero pulpa, vtriuſq; rubea atq; rubea, & ſplendida. excipiuntur ſemina, e quibus nobis delatis fit color carbiſinus pro inficiendis ſericis, & lanis, aut quibuslibet alijs. Eandem plantam deſcripſit Plinius ſub nomine opuntiæ libro 21. capit. 17. vbi dixit oriri circa opuntem Ciuitatem Græciæ Phocidi proximæ, & aſſeruit eſſe homini dulcem, nec non mirum quomodo ex folijs oriatur, ex eis enim producuntur radices. Ecce quod Plinij verba referunt ad vnguem hiſtoriam tunc ficus Indiæ cuius plantam olim ipſe conſpexi prope menia arcis Lyeſinæ Inſulæ Dalmatiæ fructum proferentem in ſummitate foliorum, qui nunquam matureſcebat, cum aerem ex poſceret calidiorem pro vt eſt in ſuo proprio climate, cui cœlum fauet: nam vnicuiq; regioni ſuum proprium munus impertiuit, & in ea tanquam ſpecificam naturam inſeruit, ita quod diuerſis mundi partibus munera variæ expartiuit. Quare, & ſi in alias prouincias ex India illatam huiuſcemodi ſtirpem ferunt ſcriptores, quibus interdum eam reperiri contingit, haud quaquam fructum producere neque perfici, præterea nullum in medicina vſum

habere.

habere proditum reperij, quod meminerint, præterquam à Caſtore Durante; ipſe enim memoriæ reliquit in eius herbario, quod prænarratæ ſtirpis folia per medium reſciſſa, mox caleſacta, ac pectoris percuſſionibus applicita ſummopere conferunt, nec non articulorum doloribus præſtant. Sed de his ſatis, cum parum iuuet operam nauare eis, quibus caremus, verum ſatis ſuperque alia ad manus habemus medicamenta; quamobrem ſeminibus, granis vt dicamus ipſius Tunæ iuncti ſufficit, prout iam inſtitueram nempe pro colore carbiſino vulgo chremeſe conficiendo tinctoribus commodo, atque ſcriptoribus apto, qui tamen diuerſimode præparari poteſt, quemadmodum de aliis coloribus oſtenſum fuit.

De Rubeo colore laccæ gummi naturalis. Cap. XL.

LAccæ color æmulatur pulchritudine carbiſinum colorem iam prænarratum, quamobrem quidam deceptione, alii vero ob merum abuſi ſunt quandoque lacca pro carbiſino ad inficienda ſerica, cum tamen inter ſe diſtent. naturalis enim lacca eſt gummi, lachrymave rubea, & ſplendens, quæ tempore ſponte fluit. ex arbore abſque vllo artificio; & ſi ex arbore ſauciata citius emanat. Arbor autem oritur Inſula Portus ſancti, quæ prima eſt ab Hiſpania in Indiam tendentibus, fructum ferens ceraſo per ſimilem, ſed coloris cærulei, quemadmodum retulit Cardanus de ſubtilitate rerum lib. 8. de plantis, vbi exiſtimauit Laccæ arborem eſſe ex genere cytiſi; ſed regionum varietas efficit, vt illius lachrymæ pro lacca in vſu ſit. Cardani autem opinioni reſiſtit Amatus Luſitanus in primum librum Dioſcoridis enarratione vigeſimatertia, negat enim ipſe laccam eſſe gummi, neque aſſentit eſſe guttam, lachrymamve arboris, imo aſſerit eſſe potius formicarum alatarum ſtercus, fauaginemve tanquam apum in Regno Pegu, cuius ſententiæ fauet Chriſtophorus A costa Africanus tractatu de hiſtoria plantarum aromatumque Indiarum Orientalium, nihilominus exponens hiſtoriam laccæ ſermonem implicauit, tametſi in primis negat laccam eſſe gummi, aut lachrymam; Luſitani opinionem dentibus retinendo. Veruntamen in calce ferè ipſius capitis obſcene; incauteque fatetur formicas elicere ab arbore icorem tanquam materiam; nam coadunant eum ſuccum, qui tandem concreſcit in gummi, quod appellatur lacca; ex quibus itaque deprehenditur formicas ſauciare arborem, ex quo vulnerato fluit lachryma laccæ, imo formicæ ſcalpendo, ſugendoque, vt ita dicam, fluxionem materiæ ipſius laccæ accelerant; atque eam coadunant ſuper arboris ramos, quæ in vnum coacta exſiccatur in gummi rubeum, quod adhæret ramulis arboris; quapropter conſequitur non eſſe ſtercus, vel aliud ſimile formicarum excrementum, quod pro lacca vſu habetur; Verum equidem arboris ſuccum humoremve eſſe conſtat; qui ſuper abundans profunditur ex ſe, & in gummi concreſcit; quod hominum artificio quoque accelerari poteſt, quippe arboris corticem ſauciando ferro, aut alia re dura; neque his repugnat ſi à formicis morſu ſaucietur arbor, exinde diffluat humor, ac mox incraſſeſcat, & in gummi deueniat, in quo apparent aliquando formica-

Digitized by Google

rum alæ, poſſunt enim, & ipſæ eodem madore delectari, & inhæreſcere in eius viſcoſitate; ita vt inuiſcatę permaneant, dum humor ille concreſcit in gummi, aut etiã quia proprium eſt formicarum fugere terram aquarum alluuie inundatam, & ad humum ſiccum confugire, aut arbores aſcendere, ex quibus ſi prorumpat icor laccæ in eo inuiſcantur, & ſic in ipſomet concreto in gummi apparent: huiuſcemodi gummi credidit Andreas Mathiolus eſſe cancamum Dioſcoridis, cui etiam aſſenſit Antonius Muſa Braſauolus in examine gummium, aſſerendo laccam Serapionis eſſe cancamum Dioſcoridis. Præterea idipſum videtur probare Auicennas auctoritate Pauli Aginetæ. Verumtamen alii inſurgunt, optima equidem ratione aduerſus prædictos quemadmodum Don Garzia ab horto Luſitanus libro ſimplicium, aromatumq; Indiæ Orient. & Carolus Cluſius in annotationibus libri Garziæ: Inde quoque Briſotus Gallus magna eruditione præditus; hii omnes celebres ſcriptores, ac aliorum recentiores aſſenſerunt Vnanimes laccam eſſe aliud à Cancamo, præter quod odoriferum ſcripſit Dioſcorides eſſe cancamum; Verum enim lacca inodora eſt, nullumque pro ſuffimentis vſum habet; deinde diſtant in colore, quia cancamum deſcripſit Dioſcorides eſſe ferè coloris mirrhæ, ea vero non ruber, neque adeo ſplendet, prout lacca, quæ maſticata tingit pulcherrimo colore rubeo: Iccirco coquitur pro tingendis pannis colore rubeo, mox ex ipſius reliquijs poſt tincturam panni conficitur Maſſa, quæ dicitur lacca artificialis, qua vtuntur pictores; hijs vero cancamum inutile eſſe. cum neque Myrra deſeruiat tincturis. Præterea hac tinctura laccæ gummi ſæpe adulterant, effinguntque colorem carbaſinum, qui tamen longo tempore non permanet, ſed defloreſcit viuidus eius color: Verum tinguntur pelles rubeo colore, cum vna parte laccæ, & altera vrinæ fracidæ. Alii ex lacca trita, & pinſita formant virgulas rubeas longitudinis, & craſſitiei vnius digiti, quas venundant nomine ceræ hiſpanicæ ad ſigillandas literas, nam facile liqueſcit calore candelæ, & ipſius gutta tenaciter adhæret. Alii componunt ceram hiſpanicam, vt ſequitur; Recipe terbentinæ, picis naualis ſingulorum drachmas ſex, gummi laccæ, aut eius vice, lachrimæ ſanguinis draconis drachmam, ſulphuris citrini drachmas binas, hæc omnia commiſceantur igni, vt moris eſt, & formentur Virgæ. Alij capiunt gummi ederæ, gummi laccæ, ſandaracæ Arabum, maſticis, ſingulorum vncias duas; raſinæ vncias quatuor, terbentinæ dimidium vnciæ, cinaprij vncias binas, omnia ad inuicem componunt in mortario æneo optime calefacto, inde formant Virgulas ad libitum. Alij cap. gummi laccæ, maſticis, ſingulorum vnciam, lachrimæ ſanguinis draconis vncias tres, cinaprii dimidium vnciæ, terbentinæ vnciam; & omnia ad vnum miſcent. Recipe picis græcæ lib. 1. maſticis albi lib. 5. thuris vncias quinque, Cinaprii quantum ſat ſit inficere paſtam colore rubro, verum primo exponunt igni picem, vt liqueſcat mox addunt in puluerem redactos maſticem, & thurem, ac tandem cinaprium ſolutum cum modico olei, & illico incorporata auferunt ab igne, & erit perfecta; Alii ſolent etiam inficere laccam, alii coloribus, prout magis rubeo, aut viridi aut cęruleo, aut nigro, aut luteo, aut huiuſcemodi aliis; inde formant Virgas coloris paſtæ, Præterea ex lacca gummi præparant officinæ aromatariæ compoſitionem quandam Dialaccam appellatam, vt eſt legere in

gere in

gere in libro tertio Ioannis Meſue de antidotis, vbi multas aſſignauit ei facultates, Videlicet ventriculum, & hepar roborare, obſtructiones aperire, eius ſcirrhum diſſoluere, & ex his naſcentem chachexiam, & hydropem ſanat, vrinas mouet, lapidem renum, & veſicæ frangit, cordis tremori confert, & obeſos extenuat: Monachi vero exponentes antidotarium Meſues alta mente cecutierunt dicentes in compoſitione Dialaccæ, ſi defecerit lacca, eius loco inyciatur lachryma ſanguinis Draconis, at quanto errore omnes norunt, quum lacca ſit aperitiua, etenim menſes prouocat; ſanguis vero draconis tantum abeſt vt aperiat, vt potius miro modo conſtringat: Præterea vtuntur pictores, atque ſcriptores prædicto gummi laccæ pro colore rubeo pulcherrimo, quem ita parant, quippe per diem naturalem infundunt gummi laccæ in lotium puerile, vt emolliatur, inde igni exponunt, vt bulliat, donec pulcher appareat color rubeus, qui ſeruatur. Vbi vero vſus erit, ſolui conſuetum eſt cum aqua gummata. Et enim vero ex fęcibus laccæ naturalis relictis a tinctoribus poſt infectionem panni vel ſerici extrahitur color cum lixiuio inſtar paſtę, ex qua formantur tabellæ, aut globuli, pilæque rubeæ, quas appellant laccam artificialem: eodem exemplo, ac modo conficiunt laccam ex braſilio verzinoue dicto: Alia ex cocco reſultat, & alia ex Karbiſino: Hæc omnes laccæ quemadmodum arte fiant inferius palam demonſtrabitur ſic etiam ex earum materia denominantur, videlicet, lacca di verzino; lacca di grana; & lacca di Cremeſe; his maxime pictores vtuntur pro conficiendo colore, tum rubro obſcuro, tum viuido claro, & ſanguineo: Et ſi eaſdem paſtas artificiales inepte admodum confundunt cum vera lacca naturali; quæ eſt gummi à natura productum: Iccirco hodie quidam impudentiſſimo errore miſcere audent huiuſcemodi pigmenta artefacta in compoſitione dialaccæ, prorſus omittendo ipſum gummi laccæ; ſed væh illis in extremo die Iudicii ſupremi Numinis.

De Lacca Artificiali. Cap. XII.

EXplicata hiſtoria gummi laccæ naturalis, exurgit altera lacca arte facta inſtar paſtæ, ſub cuius vexillo aliæ accedunt laccæ artificiales, quę huiuſcemodi nomen ſibi vſurparunt ratione cuiuſdam ſimilitudinis, quam in colore habent laccæ omnes, licet ex diuerſis factæ, hinc alia aſſociantur eis nomina, quæ conſtituunt eiſdem quoque differentias, quarum gratia, omnes ſingulæque diſtinguuntur, vt inferius plane demonſtrabitur. Verum enim à lacca naturali nomen primum deduxerunt aliæ, quarum magis proxima magiſque naturali peculiaris eſt, quæ procedit ab ipſa naturali, quanquam arte fiat, quamobrem perſuadet ratio, vt exordiamur ab iſta antequam ad alias procedamus. Cape lotium optime deſpumatum igni, ad pondus librarum ſexdecim, & in eum obruatur vnica libra gummi laccę adiiciantur q; vnciæ quinque aluminis rochæ triti, & ſimul ferueant, donec optime coloretur lotium, quantum ſufficere videatur, quod experiri facile poterit, ſi linteum album immergatur in prædictam tincturam, mox illico extractum conſpice, an tibi arrideat, alioquin ebullire perſeueret, donec compos ſis voti tui, tunc po-

ſtea colo tranſmittatur, ac recipienti catino concreſcere omittatur: Demum iterum atque iterum coletur nouo linteo, donec colatura clara, & abſque colore videatur: tandem cum ſpatula lignea extrahatur è ſacculo lacca, quæ erit inſtar coaguli pulcherrima, ex qua formantur tabellæ paruulæ, aut globuli, & ſuper lateres nouos ponantur vmbræ vſque ad exiccationem; & vſui ſeruentur: duo tamen animaduertere velim; vnum ſcilicet, quod lotij vicem gerit lixiuium acre factum ex cinere clauellato; præterea ſecundum moneo, quod gummi laccæ excuſat cimatura panni infecti lacca; adhoc etiam præſtat puluis coloratus, qui à pannis tinctis decidit: Quare à gummi, vt prius dictum eſt, aut à limatura, aut à puluere prout reſiduo tincturæ elicitur paſta laccæ artificialis.

De lacca eſcarlati, appellatur de grana. Cap. XIII.

CApe cimaturæ eſcarlati libram, quam obrues in lixiuium acre in ollam figulinam nouam exiſtens igni, & ferueat; donec inficiatur lixiuium colore excarlati; & incolorata remaneat cimatura ipſa, tunc per ſacculum coletur, & cum duplici ligno exprimendo cogitur colo egredi lixiuium tinctura imbutum: Colligatur itaque colatura, ac rurſus igni exponatur, ſedulo animaduertendo ne ferueat, ſed tantum incaleſcat; quod ſic calidum conſeruetur, hoc interim propinetur igni ollula per quam parua aquæ plena; poſtquam vero fuerit calefacta, obruatur in ipſam alumen rochæ tritum ad pondus vnciarum quinque, cum autem ſolutum fuerit alumen, & in aquam verſum, inijciatur ita calidum in lixiuium colore excarlati imbutum, & calefactum, ſed antea lixiuium deponatur ab igne, mox commiſta ſimul verſentur in ſacculum, vt colo traijciantur recipiendo aliquo vaſe colaturam, quæ ſi colore infecta e ſacculo ſtillare conſpiciatur, hoc euentu alia ſimplex affundatur aqua in ſacculum, quæ ſit calefacta, atque rurſus in ipſum ſacculum vertatur colatura, quod ſæpius fiat, ita perſeuerando donec amplius à ſacculo non deſcendat colorata; Verum tranſeat prorſus expers colore; quod equidem indicabit colorem penitus concretum reſidere in ſacculo, tunc expedit quippe ſpatula lignea abradere ipſam ſubſtantiam coloratam eſcarlati à ſacculo, ex qua exiguæ pilæ atque tabellæ paruæ formari conſuetum eſt, & vmbræ exſiccari, quæ tandem picturæ quemadmodum, & ſcripturæ vſui ſeruantur, denominanturque idiomate vulgari lacca de grana.

De lacca Karbiſini vulgo di Cremeſe. Cap. XIV.

NE multis verbis rem agam, quæ legentis animum, mentemque angore, ac tędio quandoque afficere ſolent, leuiter, tranſeam, ac tantummodo hæc cum antedictis breuiter perſtringam: ea enim comprehendunt iſta, ac ſummatim complectuntur hæc ſub eadem norma, qua diximus fieri

mus fieri

mus fieri laccam artificialem ex proprio, naturalique gummi, aut alio eius reſiduo, aut vt diximus aliam laccam nuncupatam de grana; ſic fieri annuo de Karbiſinio, eadem enim regula reſoluitur hoc, aut in lotium, aut in lixiuium, proſequendo, in omnibus, vt ſupra. Nam pigmentum pulcherrimum euenſet, vt de illis, ſeruato eius colore iuxta ſuam differentiam: quippe enim conſuetum eſt à quibuſdam fieri laccam ex ipſo Carbiſinio, quemadmodum ab aliis ex cimatura panni infecti colore Carbiſinio. Et ab aliis ex reſiduo ſcobis ipſius coloris; quæ decidit e ſerico, & à pannis infectis eodem colore. Præparata igitur arte reſoluitur, ac reducitur ad coagulum laccæ, hinc manibus formantur tabellæ, aut paruulæ pilæ, vt moris eſt, demum ſuper lateres nouos, aut vaſibus figulinis ſemi coctis exponuntur vſque ad exſiccationem demum vſui ſeruentur.

De Modo conſtruendi laccam e Verzino. Cap. XV.

CApiantur cimaturæ lanæ cuiuſcunque generis libra, lixiuiique acris binæ ſitulæ, hæc ad inuicem ponantur in vaſe æneo, & igni mitte, vt ferueant donec cimatura in lixiuio prorſus ſoluatur, vbi vero ſit liquefacta effundatur in vas ligneum, aut figulinum vitreatum; & illico ei ſuper addatur ſenſim libra vna aluminis rochæ triti agitando radicula lignea; ac per optime commiſcendo compoſitionem ipſam, cui aſpergantur binæ aliæ ſitulæ aquæ fontis frigidæ, mox totum vertatur in ſacculum, vt coletur, ac inde expedit e ſacculo abradere corpus in ipſo concretum, quod ſeruatur in vaſe vitreato, abiiciaturque colatura ceu inutilis: Deinde verzini tenuiſſime inciſi libra immergatur in lixiuii ſitulam, & igni ferueſcere mittatur vaſe æneo, donec per digitum decreſcat, ac poſtea colo traiiciatur colaturaque recipienti vaſe collecta rurſus igni exponatur; eique adiiciatur gummæ arabicæ tritæ vnica vncia, ac ebullitione perſeueret, vt per medium digitum diminuatur; Tunc in ipſam colaturam obruatur corpus ſupra ſeruatum, & cum radicula optime commiſceatur igni, hinc ab eo deponatur, ac rurſus per ſacculum coletur in eo enim concreſcet paſta laccæ ipſius verzini cum corpore lanæ prius ſoluto in lixiuio; inde concreto, & infecto tinctura verzini; Iccirco igitur abradatur e ſacculo prædicta paſta rubea, ex qua formantur manibus globuli orbiculares: hii vero vmbræ exiccantur, demum vſui picturæ ſeruantur nomine laccæ verzini.

De lachryma ſanguinis Draconis, quæ eſt Dioſcoridis Cinnabaris Indica. Cap. XVI.

MErito pigmentorum numero habetur gummi, lachrimave, quæ nuncupatur ſanguis Draconis. pulchritudine enim coloris ſanguinei, & viuacitate præſtat in picturis; & aliis facultatibus plurimum eſt medicinæ vſui:

Iccirco

Icciroo cum in eius mentionem inciderim in præcedenti capite reſpectu abuſus illorum qui ſanguinem draconis confundunt cum lacca; & ſi ſatis inter ſe diſtant. Quapropter iure conſequitur, vt ibi perſpicue tractemus de illo; quemadmodum, in colore proximus eſt laccæ: liquor iſte ſanguinis Draconis eſt naturalis humor, qui lachrymæ inſtar, lucidus, & rubricans defluit à quadam arbore procera, in Inſulis Maderiæ, & Cannariæ, quæ olim fortunatæ appellabantur à fructuum vbertate contra extremam Mauritaniam ad occidentem exiſtentes, teſte Strabone lib. 3 ob id ſcripſit Dioſcorides libro quinto medicinalis materiæ defferri cinnabarim ex Aphrica, in hac enim regione cõtinetur Mauritania, quare cinnabaris Dioſcoridis, ac ſanguis Draconis ſunt vnum & idem, quippe lachryma emanans ab arbore, quæ tandem concreſcit in gummi, vt nos monuit Dioſcorides, vbi redarguit eos, qui falſo exiſtimarunt hanc lachrimam eſſe minium, de quo vberius tractabimus loco ſuo proprio diuinis fauentibus gratiis, deludítq; putantes nominari ſanguinem draconis, quia ſit ſanguis effuſus ex Dracone animali eliſo ab elephante; In quem errorem lapſum eſſe Plinium deprehendimus lib. 8. naturalis hiſtoriæ cap. 12. de ſolertia animalium, vbi ſcripſit pugnam Draconis cum elephante: eodem errore captum animaduertimus eum lib. 33. cap. 7. de minio, & cinnabari: verum equidem huic lachrymæ inditum fuit nomen ſanguis Draconis ab incolis, & à proximis Hiſpanis; nam ipſi Draconem vocarunt arborem, quæ prædictum liquorem inſtar ſanguinis rubrum emittit: hinc à ſimilitudine ſanguinis in colore appellarunt eum ſanguinem Draconis arboris, & ſi fatue credidit Serapio ſuccum herbæ Achilleæ Sydentis quartæ, quia rubeſcit, eſſe ſanguinem draconis, idipſum exiſtimauit Auicennas lib. 2. tract. 2 cap. 605. cum tamen re uera ſit liquor effluxus à Draconariæ arboris corticæ, qui concreſcit in gummi, ac facile diſſoluitur, vt gummi in omni liquore, & cum eo ſi lineas, aut picturam, ſcripturamve duxeris colorem profundiſſimum ſanguinis fieri conſpicies; ita quod nullus color magis fingit ſanguinem illo magiſque perdurat quam laccæ color, ac magis ſanguineus, & viuidus eſt; quæcumque tamen pictura, ſcripturave, pigmento ſanguinis Draconis ducta exſiccataque madefiat aqua imbuta verzino fiet violati coloris: Præterea rei medicæ plurimum prodeſſe aſſeruit Dioſcorides, & vim hematitis lapilli ſcripſit habere prædictum ſanguinem draconis, atque efficaciorem, qua cohibet ſanguinem a quacunque parte fluentem, tam ſi intus per os aſſumatur ſanguis Draconis, quam ſi extra applicetur. Dyſenteriæ confert, & muliebria coercet, ac ſanguinis reiectionem ſiſtit; oculorumque medicamentis præſtat, & vrinæ ardorem demulcet, vulnera recentia, & ſimplicia conglutinat, denteſque commotos confirmat, ſi vero cum cerato adminiſtretur ambuſtis igni confert, & papularum eruptionibus medetur; Adulteratur ſanguis draconis ſequenti compoſitione; ita quod vllo diſcrimine eadem apparet lachryma, cum tamen eaſdem vires non æque poſſideat, detegiturque fraus aciditate aluminis, cuius compoſitio eſt, vt capiantur gummæ arabicæ libra, aluminis rochæ binæ vnciæ, hæc tenuiſſime polita diſſoluantur in acri lixiuio in quo decoctum ſit braſilium inde omnia ad inuicem exacte decoquantur, demum immergantur in eo virgulæ, & frigeſcere permittantur, concreſcet enim gumma circa virgas

colorata

Colorata inſtar lachrymæ ſanguinis draconis. Alter ſanguis draconis adulteratus, & fictitius conſpicitur appenſus in officinis pharmacopolarum in rotulas circumuolutus, qui componitur ex pſeudobolo armeno, rubia tinctorum reſina, ac dragacantho ſimul mixtis; aut ex ſanguine hircino, ſorbis, ac laterum puluere in vnum redactis. hoc fallaces quidam pharmacopolæ aſſueti album pro nigro vendere, iam vſi fuerunt, vice naturalis, & veri ſanguinis draconis: olim quoque barbitonſores neſcientes bonum a malo ſeligere, huiuſcemodi ſanguine draconis ſophiſtico conficiebant malagmata, & fracturis oſſium medendis imponebat, quemadmodum, & fabri rurales ad equos, & boues medendos ab extra admouere conſueuerunt. Verum hodierno tempore huiuſcemodi rotulæ ſanguinis draconis falſi ab vſu medicinæ ſunt penitus exploſæ. Idcirco in quibuſdam officinis videntur potius ornamenti gratia, atque vt decantetur commune omnium verbum, videlicet, reperitur in officinis pharmacopolarum de quolibet genere muſicorum.

De Cinnabari, & Minio. Cap. XVII.

Conſtat e quidem diſſenſiſſe Veteres inter ſe de hiſtoria Cinnabaris, & Minij, quod nihilominus parum refert intelligentibus ſcriptorum mentes, quarum conceptus ſententiave facile percipitur, ſi ſtudioſe inſpexerimus materiam quam diſſeruerunt ipſi, ac eius facultates: & ſi apud Dioſcoridem tantopere cinnabaris, & minium pigmenta fuerunt diuerſa nomina, & ſubſtantia patet enim, corripere exiſtimantes cinnabarim eſſe idem cum minio, quos Dioſcorides ipſe deridet; Verumtamen, aliis antiquis ſcriptoribus celeberrimis fuerunt vnum, & idem, quippe cinnabaris, & minium apud eos enim hæc duo ſynonyma communionem nominis indicantia conſtituunt pigmentum vnum coloris rubei ſanguinei, quod vocarunt quandoq; minium, & vllo diſcrimine quandoque cinnabarim appellarunt idem quanquam ex pluribus differentiis extitiſſet, cum plura etiam ſint genera deſcripta ab eis ſub vno, aut altero nomine, cinnabaris videlicet, aut minii: vtrunque enim eſt cognatum, quod alterius vicem gerit. Quamobrem conſequitur, atque pluriuoca intelligenda eſſe, quandoque ſub eodem nomine: nam pluribus eadem eſt appellatio, prout ſimili ratione, pleraque poſſemus adducere exempla; attamen breuitatis gratia ſat nobis fore exiſtimaui proponere exemplum Sandarachæ, quæ iuxta Græcorum intentionem eſt mineralis auripigmenti, arſenicive rubei ſpecies; oritur enim cum eo in metallis Teſte Dioſcoride lib. 5. de Medicinali materia. Aliaque commemoratur Sandaracha à Plinio libro trigeſimo quinto, capite ſexto, quam factitiam, & adulterinam eſſe ait ex ceruſſa cocta, & in flammeum colorem verſa cum æqua parte Rubricæ quanquam Vitruuius docuerit lib. 7. cap. 12. fieri ſandaracham ex ceruſſa abſque rubrica in fornace tamen vſta, vt aſſeruit Gal. 9. de ſimpl. med. facult. appellans eam ſandicum, aut ſandicem, vt plurimi volunt, quam Aetius atque Paulu nominarunt ſericum, vulgo autem officinarum eſt minium rubicundiſſim coloris.

Digitized by Google

coloris. Verum ſi legere accidat apud Arabes Sandaracham, illico eligimus gummi Iuniperi plantæ Vegetabilis, hoc autem gummi vulgus appellat Vernicem ſcriptorum quando in Pollinem paratur: Præterea ex eadem Vernice ſicca ſi admiſceatur oleo è ſemine lini fit liquida Vernix: Verum atque aliam ſandaracham recenſuit Plinius lib. 11. cap. 7. de vocabulis operis apum in colligendo mel, cuius partem quandam mellis ceraginoſi amari ſaporis dixit appellari ſandaracham, & ab aliis cęrinthum. Ecce quam diſſimilia ſunt iſtæc, non modo natura, verum atque materia, & facultate, quamquam eodem nomine vocentur. Quid mirum igitur ob tantam rerum varietatem labi homines tirunculos, pręſertim ingenio rudi, & inexorabili, quibus ne amplius in hanc ruant foueam, mitto omnimodam explicationem omnium differentiarum minii, cinnabarisve; Iccirco animaduertere ita ſane cenſeo cinnabarim apud Dioſcoridem eſſe ſanguinem draconis lachrymam, quæ emanat a dracone arbore, ſiue draconaria dicatur planta illa vegetabilis, prout ſuperius expoſitum fuit vbi Dioſcorides improbat, qui cinnabarim ſuam productam a planta vegetabili confundunt cum minerali, quemadmodum eſt minium: Verum apud Ariſtotilem in calce lib. 3. Metheorum; nec non prope Theophraſtum, ac Galenum lib. 6. de ſimpl. Medicam. fac. quemadmodum etiam iuxta Plinii deſcriptionem lib. 33. cap. 7. & apud Vitruuium lib. 7. de Architectura cap. 8. & alios egregios viros pro cinnabari: miniove; quod idem eſt prope prædictos comprehenditur quid metallicum, diuerſimode tamen. nam Theophraſtus, Lesbius, Ariſtotelis ſucceſſor ſub nomine cinnabaris diſſeruit triplex genus minii naturalis foſſilisque; quod aſſumpſit nomen a minio Hiſpaniæ fluuio; nam prope eum colligebatur, tunc temporis huiuſmodi pigmentum, hoc minium appellabant, & Græce *αμμίον*. Primum itaque genus minii naturalis eſt lapis concretus durus, qui effoditur ex fodinis argentariis, & dicitur cinnabaris mineralis; ſecundum genus decutiebatur ſagittis, ex rupibus inaceſſis prope colchos; ad quos vt ferunt, iam nauigauit Iaſon Theſſalus cum Argonautis vt vellus aureum raperet, hoc autem ſecundum genus minii naturalis hominum ignauia deceſſit ab vſu, & commercio noſtro quapropter nobis ignotum eſt. Tertium vero genus minii naturalis eſt forma pulueris colorati exiſtentis in eiſdem fodinis, & vocatus fuit ab Ariſtotile loco, vt ſupra, cinis coloratus de quo Galenus intellexit cum aliis Græcis, iccirco ipſe Galenus dixit habere vim erodentem, prout habent metallica. Præterea quartum genus minii naturalis foſſilisq; additur expreſſe meminiſſe Cornelium Celſum lib. 4. de medicina cap. 15. de torminibus ex diſſenteria, vbi prope finem capitis dixit; valetisq; eſt etiam aduerſus vlcera inteſtinorum min. i gleba cum ſalis, &c. gleba vero indicat quodcunque corpus minerale, vel terreſtre ſolidum ortum operæ naturæ, nullo concurrente hominũ artificio. Quapropter minii gleba merito intelligitur eſſe minium naturale coloris rubei coccinei, quod a quibuſdam cinnabaris dicebatur, vt Retulit Plin. lib. 33. cap. 7. aſſeruit atque minium vocari *μίλτον* a Græcis; hinc in memoriam redigo legiſſe iam in antiquum Dioſcoridis Codicem Græcum capite de rubrica Sinopica; cuius inſcriptio erat *μίλτον σινωπική*: quod eſt minium interprete ipſo Plinio. Prædicta autem rubrica iam Troianis temporibus in

ſummo

ſummo erat honore Homero teſte pro picturis, ac medicinæ vſu, vbi opus erat refrigerare, exiccare, & omnem fluxum cohibere, iccirco ab omnibus fere ſcriptoribus celeberimis huius ætatis exiſtimatur eſſe communis, vulgarisq; bolus armenus coccinei coloris, qui non ex Armenia aduehitur, verum ex Germania, atq; ex mineris Italiæ effoditur præcipue ferri; cum tamen reperiatur etiam mineris argenteis, & aureis. Quintum vero minium naturale recenſuit Antonius Muſa Braſauolus libro examinis Metellorum, vbi prodidit hiſtoriam lapidis antracis, qui eſt gleba, & propria vomica argenti viui, ex qua fornacum igne faciebant minium, addit, quod gleba prædicta habet circa ſe puluerem rubrum à natura productum, pulcherrimumq; pro picturis, quem ipſe in fodinis argenti viui, ſed de hijs ſatis pro cognitione cinnabaris miniiq; dicamus naturalis, Accedunt enim aliæ differentiæ cinnabaris artificialis à veteribus deſcripti, quarum prima fiebat ex arena ſubrubra, & ſplendeſcente, quam colligebant ex cilbianis agris prope Epheſum Vrbem Ioniæ in Aſia minori, & prædictæ arenæ auctorem fuiſce Calliā Athenienſem aſſeruit Theophraſtus Græcus, Callias enim magna ſpe ductus Conficiendi aurum, coquebat arenam ipſam ſubrubram mox emolliebat, eamq; lauabat, & ſi tandem ſtu ſtratus, & à ſpe faciendi aurum deiectus fecit minium, quod cinabrium eſt, aut cinnabaris dicatur pigmenti genus adeo præſtans: ſecundaq; differentia cinnabaris factitiæ vocatur à Plinio loco ſupra citato minium ſecundarium, eo quod ſecundum locum præſtantiæ obtineret, hoc autem antiquictus fiebat ex lapide plumbario exuſto, & loto. Tertiam vero minij, cinnabaris ue differentiam elicere conſueuerunt priſci ex lapide antrace coloris ſubrubri, ex quo ui ignis extrahebant hydrargyrum, ideſt argentum viuum, mox iterum vi ignis fornacum ex reliquo faciebant Veteres cinnabarim, quam ſæpe appellarunt minium, teſte Vitruuio loco vt ſupra, de hoc quippe minio innuit Dioſcorides acriter redarguens eos, qui minium exiſtimarunt eſſe cinnabarim; ibi tamen ſcire licet intellexiſſe Dioſcoridem pro ſua cinnabari, lachrymā ſanguinis draconis, inde minij duas demōſtrauit differentias; Vnam vid. Minij quod fiebat ex lapide arenæ argenteæ permiſto, qui reperiebatur in Hiſpanijs naturę illius arenæ quam colligebant in cliuianis, cilbianis ue agris. Aliam vero ex antrace innuit elici differentiam vbi apertiſſime demonſtrat ſigna propria, quæ proueniunt ex argento viuo; quare ait eructare halitum ſtrangulantem, præterea prodit modum ad huc obſeruatum a foſſoribus vomicæ argenti viui, ex qua fit cinabrium, antiquorum minium: quamobrem immerito Ioſephus Quercetanus libro tetras vellicauit Dioſcoridem, quia ſcripſerit argentum viuum fieri ex minio, non vulgari tamen, cum intellexerit Dioſcorides de antrace vomica argenti viui, quam nominauit minium more antiquorum. Præterea Dioſcoridi Aſſenſit Amatus Luſitanus in commentarijs. Idipſum ſenſit Antonius Braſauolus examine metallorum dicens verum minium eſſe glebam in viui argenti venis, quæ ανθραξ nuncupatur, & circa ſe rubrum puluerem habet ab antiquis approbatum pro picturis, quod ſupra diximus eſſe natiuum minium, eo enim Iouem miniabant Triumphantes diebus feſtis; Iccirco ſatis patet intuenti Dioſcoridem non locutum eſſe hic de minio noſtro vulgari, vt exiſtimauit Quercetanus quod fit ex ceruſſa ad rubedinem combuſta,

quæ

quæ ſandix dicebatur ab antiquis, & non minium; quamquam hiis temporibus hoc ſit in frequentiſſimo vſu officinarum pro communi, & vulgari minio, neq; aliud habent minium officinæ præterquam hoc; Iccirco æque dicitur minium recentiorum ſed aliud nouum emergit cinaptium chimiſtarum inuentum quod à ſuperiori minio ſatis diſtat in materia, facultate atque nomine, hoc enim non minium dicitur, ſed diſtinctum ab eo cinaptium, & cinabrium, vice cinnabaris, arte equidem fit hoc adeo pulcherrimum, ac naturali cinnabari ſimile, vt difficile agnoſcatur vnum ab altero; nec aliud ſatius videtur optari poſſe. Veruntamen Vitruuius lib. 7. cap. 9. docuit nos modum dignoſcendi, cum experimento ignis, cinabrium naturale a factitio, nam ſi quodcunque eorum ponatur ſuper laminam ferream, & igni exponatur vt candeſcat, atrum eueniet cinabrium, tunc auferatur ab igne quod ſi refrigeratum ſuum oſtenderit priſtinum colorem rubrum cinabrii ſine vitio, & naturale ſe eſſe probabit; alioquin ſi nigrum retinuerit colorem contractum ab igne vitiatum, & factitium eſſe indicabit. factitium autem cinaprium huius temporis habitum in frequentiſſimo vſu officinarū ſcriptis prodidit Geber tertia parte ſummę perfectionis capite vigeſimo octauo, ita dicens, ſulphur mercurio aſſociatur, & per ſublimationem fit vſiſur, hoc eſt vocabulum corruptum, nam arabice dicitur Zengiufer, quod indicat apud latinos cinaprium Interprete Andrea Bellunenſi in noua expoſitione operum Auicennæ. Iccirco parum diſtans Bulchaſis vocauit cinaprium Zenzifur, docuit etiam fieri ex æqua portione argenti viui, & ſulphuris citrini; & ſi quidam alii ponunt minus de ſulphure. Idem ſenſit Albertus Magnus tractatu de Alchemia, vbi aſſeruit cinaprium vocari Vſifur, atq; fieri ex argento viuo, & ſulphure. Præterea ipſe quoque variauit doſim, dicens capi mercurii partes duas, & ſulphuris tertiam partem, contere ad modum Vermilionis &c. Veruntamen hac voce Vermilionis tanquam noua, & impropria admirandi datur occaſio, cum videatur propria tantũmodo cocco Baphico, ideſt grano tinctorio, quod Ioannes Ruellius libro primo de natura ſtirpium dixit in Narbonenſi Galliarum prouincia frequens eſſe, & à Ruſticis appellari vermilionem, quod repetit libro tertio: Verum enim Ruellius ipſe ibidem diſcurrens fuſius de hac voce aſſerit colorem rubeum appellari vermelum à Gallis: hinc memini conſuetum eſſe nobis etiam Italis rubeum colorem ſplendore roſæ nominare vermilium parum diſtans à voce vermelum, & vermilionum. Quamobrem exiſtimo hac ratione ductos quoſdam Tranſmontanos præſertim Gallos nominaſſe cinaprium ab eius colore rubeo vermilionem metaphorice loquendo, Iccirco Antonius Muſa Braſauolus aſſeruit cinaprium nuncupari Vermylon a Gallis, ſic etiam placuit Diodoro Euchyonti libro quarto de polychymia. fit itaq; hoc recentiorũ cinaprium vario pondere ingredientium, quod varie quoque operatur, prout varia eſt eorum menſura. Quidam enim partem æquam argenti viui, & ſulphuris Commiſcent igni, quo fit vt illico extinguatur hydrargyron. Alii vero capiunt argenti viui vncias nouem, & ſulphuris citrini vncias duas, ex quibus mixtis igni aſcendit ad ſummum aludel ideſt vaſis ſublimatorii, inibiq; Colligitur cinaprium & alii vncias tres ſulphuris addunt nouenario ponderi argenti viui, hoc quippe pondus vt plurimum obſeruatur. Præterea alii extinguunt

libram

libram argenti viui cum vnica ſulphuris vncia, quemadmodum, & alii vſi ſunt menſuris aliis iuxta eorum placita, & intentionem; hæc vtcunque concinnata, & quouis pondere exaltant ſublimatione, quam igne exequuntur omnes, excepto Diodoro Euchionti lib.4.de lapid. philoſoph.ipſe enim diuerſum ſcripſit modum conficiendi Cinaprium abſque igne, atque doſi ingredientium, ab aliis diuerſa, prout ſequitur exemplum, V. ℞. Sulphuris triti libras duas, & argenti viui libram vnam quæ omnia ad inuicem conteri iubet ſuper tabulam marmoream, donec adeo extinguatur argentum viuum, vt nil amplius de eo appareat, præterquam puluis, quem mox ita commixtum collocat in ampulla lutata, clauditq; eius os, inde ſoli exponit, vt exiccetur per ſeptem dies, demum aperit ampullam in cuius fundo aſſerit reperiri cinerem, cinabarim vero deſuper circunquaque ampullam, at ſi extrahere nequeas ait. frange ampullam. nihilominus potior ſuccedit cõficiendi cinaprium modus, quicunque ſit ſublimatione vi ignis, at variæ quoque cinaprii operationes deducuntur, ex variis ponderibus ingredientium in cõpoſitione ipſius. nam vbi maior ſulphuris quantitas ſuggeritur in conſtructione cinaprii, illud de magis accenditur colore ſanguineo, picturiſque magis cõducit, ſed quam minus de ſulphure ingreditur in eius compoſitionem, imo quanto magis exuperat argentum viuum, efficatius euadit in medicina; aliiſq; præſtat. Modus autem peculiaris cõſtruendi cinaprium, & magis in vſu receptus habetur duplex hodierno tempore: quippe vnus eſt, quando argentum viuum ponunt in catinũ figulinum, & vitriatum, ſitum in ſabulo, quod vndiq; circundet eum, & ſuperfundunt ſulphur leni igne liquefactum, & rudicula, aut ſpatula ferrea agitant donec ambo vertantur in pulnerem atrum, quo impletur quarta pars bocciæ, quæ breue habeat collum. & amplum, quam locant igni cinerum leui ab initio, inde ſenſim augetur per decem horas, & ſublimabit, tunc fortior vigoretur ignis per alias duodecim horas, etenim primo egredietur fumus niger, hinc luteus, tandem vero rubeus indicans perfectionem cinaprii, tunc ignis ſubtrahatur vt boccia frigeſcat, quæ demum frangatur, & pulcherrimum erit cinaprium. Quidam vice bocciæ vitreæ vtuntur vaſe figulino uitriato, quod ſuſtineat ignem, quod locant cum materia ſuper tripodẽ, aut furnum, ita quòd binæ partes ſaltem vaſis vacuæ remaneant extra furnum, cui ſupponunt ignẽ lentum per dimidiam diem, demum vigoratur, vt aſſerit per integrum diẽ, vel donec conſpicias ſuperius exire fumum rubeũ, ſignum completi cinaprii. Alterq; modus primo oppoſitus perficitur, dum in prioris ſulphur in ſartagine poſitum leni igne fundunt, fuſumq; ab igne tollunt, & ſuper eũ fuſum exprimunt per linteolum argentum viuum in eo ligatum, & cum altera manu commiſcent cum rudicula argentum viuum, & ſulphur liquefactum, donec refrigerentur, remanet enim mixtura nigra, quam tenuiſſime molunt inde eadem mixtura implent quartam partem bocciæ longæ luto ſapientiæ munitæ, & fumo locant eam ore aperto, cui leuem ſubiciunt ignem per duas, aut tres horas, quem poſtea ſenſim augent claudendo vaſis orificium, ita vt prius intromittatur infundibulum per quod tranſeat rudicula vſque ad imum fere ipſius vaſis, ac extra infundibulum ſuperet palmus. Verum neceſſe eſt, vt rudicula adhæreat globus luti, qui exiccatus opilet os

inſun.

nfundibuli, adeo quod os bocciæ reſpirare nequeat: mox elapſis quinque horis aperiatur extollendo rudiculam, tunc etiam ſuper addi poſſunt bina magna cochlearia prædictæ materiæ paratæ ad conficiendum Cinaprium, quæ aſſiduo tueatur prope ignem, vt modice calida proiiciatur in bocciam ne refrigeretur boccia, neq; remoretur opus, ſic autem augetur maſſa, quæ panis Cinaprii dicitur ad molem librarum centum, ac maioris quantitatis, addendo materiam ſingula hora, verum proiecta materia claudatur Vas rudiculæ globo; nam abſq; rudicula obſtrueretur orificium Vaſis, bocciæ ve ex ſublimatione materiæ, & perfringi facile poſſet. Præterea noua materia ſuper addi non poſſet, neq; augeri panis cinaprii. Quare rudicula patens ſeruat os bocciæ vt noua poſſit intromitti materia, quæ ſæpius affunditur, clauditq; rudiculę globo ne euaneſcant ſpiritus; Denìq; vero ne relinquatur vacuum in maſſa panis Cinaprii, auferatur penitus rudicula, ac ſemel noua immittatur materia, vt ad ſummum compleatur Cinaprii maſſa; tunc itaq; abſq; rudicula obſtruatur os bocciæ, & quandiu perſeueratur ignis, eo magis immaſſatur, ſolideſcitq;, atq; rubeſcit cinaprium: hoc medici quidam empirici vtuntur cum ligno aloes, cum Myrtha, & aliis aromatis quibus ſuffiunt lue Venerea Correptos, quo ſuffitu bis, ter, quater vtuntur, donec copioſus promoueatur ſputus, aut alui fluxus excitetur; Hoc etiam pictores in vſum habent eodemq; inficitur Cera rubro Colore, qua litteras ſigillamus, vt docuit Plinius lib. 33. cap. 7. dum vero pictores rubrum ſanguinei coloris velint atramentum hoc perficiunt cinaprio, quod tamen parant prius molendo ſiccum abſq; vllo liquore ſuper lapidem porphyritem, inde bis, aut ter aqua conſperſum, quibus peractis, madidum extendunt ipſum Cinaprium ſuper lateres nouos, vt exiccetur, tandem exigente occaſione molunt cum aqua gommata, aut cum albumine oui præparato, ac modico ficulnei lactis, tunc pro picturæ ac ſcripturæ vſu paratum, & aptum eſt. Præterea ex cinaprio ſternunt chimiſtæ ſolem, & lunam, planetas terreſtres hæc nobiliora ſunt metalla, quæ cruci bulo clauſa aut alio Vaſe figulino fornacibus vrunt, vt in calcem vertantur, ac ſua forma penitus exuantur, quam à Cinaprio aſſumptam exiſtimant, & in eo repoſitam eſſe virtutem ſui lapidis Phiſici: quamquam in cinabrio factitio, prout eſt, fruſtra explorent ipſam: nihilominus plerique nituntur eum reddere fixum, fuſibileq; arte ſpagirica. Alii vero incumbunt à cinaprio reuocare argentum viuum diſſociando eum à ſulphure, vt retrogradiatur in priſtinam formam, & naturam ſuam mobilem, & fluxilem, terſam, & ſine ſorde mundiòrem: hæc equidem eſt longe melior præparatio mercurii, quam alia ſit quæ multis modis fieri poteſt. Veruntamen ipſi reſeruantur exponendi libro de Sublimatione. Quidam etiam cinaprium vertunt in oleum, & in aquam, & quandoq; ſublimant eum in tenuiſſimos capillos inſtar argenti albiſſimos, & alia multa operantur. quæ fuſius alicubi ſcriptis, mittam, fauente ſummo Numine Trino, & vno, ſine quo nihil eſt factum.

De

Digitized by Google

De Azurro vltra marino, nec non de Viridi Azuro. Cap. XVIII.

IN contextu, ordineq; pigmentorum quæ ſatis ſuper quæ magna celebri tate famigerantur omnium ore, ſunt Viride Azurrum, nec non Azurrum tranſmarinum ſiue vltramarinum, vulgo dicatur, ambo ſunt pigmenta cõgenera Videlicet ſimili genere compræhenſa, nam ex duobus lapidibus metallicis vnius generis; & ſubſtantiæ fere procedunt. Quorum vnus, eſt lapis à Græcis dictus armenus à regione Armeniæ, ex qua aduehi ſolebat, licet noſtro æuo habemus eum ex Germania non minoris efficaciæ, quam ſit armeniacus; quem admodum aſſeruerunt Petrus Andreas Mathiolus, & Amatus Luſitanus in comment. Dioſcoridis. Idem ab Aetio Tetrabili prima ſermone tertio cap. 32. appellatur lapis armutheus, ex quo ſit pigmentum quod vulgo dicitur Viride Azurum. Alter vero lapis Cæruleus, vel Cyaneus, eſt quippe colore cœli, vt prodidit Hieronimus Cardanus lib. quinto de miſtis, cui aſſenſit Camillus Leonardus Piſaurenſis in calce libri ſecundi, qui ſpeculum lapidum inſcriptus eſt, vbi ait, lapis lazuli colore cæli, cum in maxima ſerenitate exiſtit, non tranſparens aureiſq; crepuſculis nitet, & ignem ſuſtinet, qui a ſua pulchritudine dicitur cæleſtis lapis, ex hoc fit color qui vocatur azurrum Vltramarinum: eadem aſſeruit Ioannes Meſues libro ſecundo de medic. ſimplic. Iccirco Albertus prodidit hunc lapidem cęlo. ſereno ſimilem eſſe. hinc Andreas Cæſalpinus lib. 2. de metallic. cap. 34. dixit Cyanus probatur colore cæruleo, quem hodie lapidem lazuli vocãt, & vulgari Idiomate pietra dell'Azurro. Verum præter aſſertionem cæſalpini, ſemper habui à barbaris antiquitus cæruleum appellatum fuiſſe lapidem lazuli; hæc enim vox barbara indicat Cęruleum, quare legitur in ſerapionem tract. de ſimplic. ex mineral. Hager alezaoard. ideſt lapis lazuli, eligatur cuius color, eſt cæleſtis multum. Veruntamen ſcire licet quod ambo prædicti lapides, armenus videlicet, & lazuli ſunt proximi, conſimileſq; naturæ, ac eiuſdem ſubſtantiæ, hinc Clariſſimus inter ſcriptores noſtri ſæculi Petrus Andreas Mathiolus ſenſit euenire his binis lapidibus, quemadmodum fit ex Miſy, chalcity, & ſory, iſtæc quamquam in tres differentias diſtinguantur forma nihilominus ſunt vnum, dubio procul, & idem in ſubſtantia, quodcunq; enim eorum commutatur in alterum; quapropter quodlibet appellatur atramentum metallicum, materiam ipſius calcant hi ſic itaq; placuit ipſi Mathiolo, & iure equidem, lapidem armenum eſſe materiam lapidis lazuli non ad huc exacte decoctã in viſceribus terræ, vt vertatur in ipſum Lazuli, ambo enim prædicti lapides reperiuntur in mineris eiſdem, tum auri, cum etiam argenti, atq; æris, ac proxime ad hærent, imo per ſæpe in vnum ad inuicem coniuncti ambo fodiuntur lapides iſti. ex quibus igitur conſpicuum depræhenditur eſſe lapidem armenum in fieri lapidem lazuli; nam inter ſe conferunt, & ambo eandem poſſident facultatem expurgandi melancholiam, & ſi aliquis exorbitat ſtulte exiſtimans prædictos lapides eſſe

P diuer-

Digitized by Google

diuerſos,ac inter ſe diſſidere:nam armenius Lapis Viridis obſcurus, & opacus conſpicitur ad cæruleum vergens, de quo fit viride azurrum pro pictoribus. Alter vero lapis dictus Lazuli eſt cęleſtini coloris intenſioris, & pulcherrimi, Cœli colore,intermicantibus aureis notis,maculis,crepuſculisq; fulget,ex hoc fit color,qui à Pictoribus dicitur azurrum vltramarinum,fortaſſe enim Maris aquæ colorem cæleſtinum ſuperat puriſſimus,ac ſaturus color lazuli,aut quia ex vltra marina regione, prout Armenia antiquitus deffercbatur. Prætereà Meſues lib.2.de medicamentis ſimplic. purgantib. cap. 13. deſcripſit lapidem armenum eſſe friabilem, quia non dum ad lapideam duritiem peruenit, & ideo tactu lenis eſt. Inde diſcurrens de lapide Cyaneo, ideſt lazuli auctoritate Alexandri Tralliani dixit eſſe marmoris ſpeciem, indicans habere duritiem marmoris, & ſæpe reperitur cum marmore mixtus qui albeſcit; ſed tanquam impurus reprobatur iſte; & in facultatibus actiuis, & paſſiuis, ac proprietatibus eis impreſſis à Cælo deſcripſit hunc quodammodo validiorem armeno; ex quibus videntur lapides iſti inter ſe differre colore,fortitudine, & duritie. Veruntamen definit omne dubium, & animus fluctuatione vacat illico, vbi intuiti erimus euenire lapidibus iſtis quemadmodum frugibus conſpicimus, quæ dum accerbæ ſunt,magis vireſcunt,ac molliores exiſtunt:vbi vero matureſcunt tempore acta naturali concoctione perficiuntur colore, ſapore,cæteriſq; qualitatibus alteratis ſecundum magis, & minus, vt diximus in explicatione differentiarum atramenti metallici: nam ſory poſtremum eſt atramentum metallicum, & in tertia differentia Conſtitutum, quod ob maiorem decoctionem magis aliorum congelatum, & ad lapidis duritiem peruenit. Sic etiam dicimus de materia lapidis lazuli ex qua producitur in primis lapis armenus lenis, & friabilis, demum indies magis exiccatur, ac ſenſim induratur donec perficiatur lazuli: Iccirco diutius teri ſuſtinet lapis lazuli quam armeniacus,hic magis ſoluit aluum,lazuli vero ſoluit paulo,minus, ſed magis vtit aliqua ſtipticitate; Verum etiam aliæ percipiuntur differentiæ in propria natura lapidis lazuli,prout maris,& fœminæ; idem habemus exemplum ex ſtibio, & aliis metallicis quemadmodum atque in plantis. Mas, Lazuli eſt qui colorem cæruleum magis ſaturatum poſſidet, fæmina vero dilutiorem colorem habet. Alia quoq; depræhenditur differentia in ipſo lapide lazuli; nam ex præcepto Meſues eligitur lapis prædictus maculis aureis ſtellarum modo radiantibus ſplendens purus, & grauis,cui aſſenſit Petrus Andreas Mathiolus aſſerens huiuſcemodi cæruleum cum lineis aureis reperiri tantum in fodinis auri: huic inferior eſt, qui deficit his notis aureis, foditur iſte ex mineris argenti,& ęris,expers lineis, maculis ue aliis aureis: hæc tamen differentiæ nullum conſtituunt Cæruleum contrarium,& diuerſum à cæruleo, cum huiuſce modi lapides ſint eiuſdem generis,præter quod magis approbatur,qui puritate, & pulchritudine alterum excellit; ſic inferri eſt de atramento cum lazuli, hæc enim differentiæ nullam habent diuerſitatem in eorum genere, quod eſt principium generationis reſpectu materiæ,& loci,cum ad vnum,& ad ſe inuicem quodammodo ſe habeant: Quamobrem deffinitur,quòd lapis armenus refertur ad cæruleum, & cognationem eius in ſe habet, qua à reliquis diſtinguitur. Quapropter eorum colores, ceu pigmenta congeneta in vno eodemq;

capite

capite poſui, cum etiam in medicina eaſdem poſſideant facultates, vterq; calefacit, & ſiccat ſecundo ordine verſus tertium cum leui actimonia, et ad ſtrictione, vt prodidit Galenus lib. 9. de ſimplic. medicament. facult. Vim habet tergere, digerere, & reſoluere. Præterea his addit Meſues vrit, vlcerat, putrefacit incidit, & detrahit atram bilem, euacuat etiam ex cerebro tutius quam elleborus, hæc aſſeruit auctoritate Alexandri Tralliani libro primo capite de melancolicis iam inueteratis: Vir iſtæ fuit Grecus doctiſſimus, & primus qui expertus ſit vim huius medicamenti; expoſuit ipſe lapidem armeniacum efficaciter, & ſine moleſtia atque ſine periculo purgare humores melancholicos, non modo infra per aluum, ſed etiam ſupra per vomitum, cuius doſim retulit eſſe à ternis ſcrupulis vſq; ad ſex plus minus ve pro virium robore, & Copię humoris noxij ratione: Idem habetur ab Aetio Tetrabili prima ſermone tertio cap. 32. quæ leguntur atque ſermone 2. cap. 47. vbi dixit exhiberi tertium dragmæ pueris pectoris morbo infeſtatis, & facit eos reuomere, nam Vomitorium exiſtit, & morbo ſacro obnoxiis, ac furioſis cum decocto Centaurij minoris exhibetur ſine periculo, adultis vero propinari conſuluit plus minus quattuor ſcrupulos armurthei, quem Græci Armeniacum appellarunt huiuſcemodi vomitorium ex lapide lazuli non præparato ſummis laudibus approbans Bartholomeus Montagnana Conſilio 236, de Elefantia, deſcripſit ſequens; ideſt cape lapidis lazuli non præparati, polipodii, ſingulorum ℈. 5. ſalis indi gran. vi. Cimini, aniſi. ſumac ana grā viii. Sacchari onc. 5. aceti onc. 1. aquæ fōtis tepidæ onc. iij. miſce omnia ad vnum, & totū detur in potu, hoc enim vomendi uim præbet: vbi vero velit euacuare per aluum exhibet lapidem armenum, atque lapidem lazuli præparatos, iuxta præceptum Alexandri Tralliani, qui docuit corrigere hoc pharmacum, ne vomitum inducat, hic enim lapis ex quo pharmacum ſit cum naturam metallicam participet præcipuæ æris exinde vires aliqua ex parte maleficas habet; quamobrem neceſſarium exiſtimauit prauam eius noxiamq; qualitatem emendare, quod agit lauando lapidem vſque ad vices duodenas: tunc enim ſic paratus lapis iſte, & Aſſumptus ad ſcrupulos quinque aut ſex in potu, cum etiam in catapocia aſſumi poſſit cum hierapicra aut aliis, quæ purgationem magis commouent minori moleſtia, & abſque turbatione ventriculi educit atram bilem, & ſine periculo purgat terreſtrem humorem vſtum quamobrem ſommopere approbauit cum pro vt tutum pharmacum abſolutum ab omni venenoſa qualitate: nam lotione exuitur ab omni inſuaui, acri, & amara qualitate, calorem, demitit. nec ad modum exiccat, prout aſſeruit Iacobus Syluius in Interpretationem Meſues, ita quod per imum ventrem ſolummodo euacuat vitioſum humorem craſſum ſanguini admixtum Iccirco confert melancholicis, & elephātiaſi correptis, renum affectionibus, & anhelosis, cum his conſenſit Meſues; & ſi Alexander, & Aetius videntur attribuiſſe has facultates armenio lapidi tantum, quas ſilentio præterierunt eſſe in Lazuli; nihilominus Arabes aſcripſerunt eas tanquā communes vtriq; lapidi vid. armenio, & cæruleo, & Galenus loco, vt ſupra Conſtituit eos proximos in facultatibus vti eſt legere; neq; mirum eſt ſi Arabes reperierint lapidem lazuli eaſdem facultates armenij poſſidere, cum pleraq; alia inuenerint veteribus ignota, quæ tempore, & vſu innotuerunt. Iccirco Sera-

pio,& Aueroes in vno capite ambos lapides confuſos nobis prodiderunt indicantes eiuſdem naturæ exiſtere illos, inde Meſues aſſeruit lapidem lazuli noxas habere cum armenio communes. Præterea vtriq; easdem vires præbuit expurgandi ſanguinem ab omni craſſitie & ſubueniendi cardiacæ paſſioni, & omnibus melancholicis affectibus, prout maniæ, epilepſiæ, vertigini, cephalalgiæ, merori, ſyncopi, cor enim roborat, & letificat, eius noxas aufert, animam exhilarat, corpus floridum diu tuetur, vitam reddit beatã, thoracem, & pulmonem craſſis humoribus expurgat, aſthmati, ſplenisq; affectibus iuuat: quartanas ſanat, Cancrum, & Lepram, menſtrua euocat tũ potu aſſumptus, quam ſuppoſitus vt naſcale, atq; hemorhoidibus conducit ſi vero lapis iſte geſtetur ab infantibus tollit timores, & facit yrios capillos, teſte Serapione loco vt ſupra, tritus lazuli, vel armenus cum aceto, & linctus curat morſeam, & barras, & adurit verucas, non; lotus aufert etiam pilos, verum ſi lauetur palpebrarum pilos gignit, abſorbet enim abſtergitq; nimiam humiditatem extraneam propter quam cadunt pili, Meminit Alexander Catapotia ex armenio lapide prout eſt legere in eius medicinæ lib. primo, quæ poſtea deſcripſit Meſues, verum, & aliam addidit ipſe deſcriptionem catapotiorum lapidis lazuli, quorum vſus maior eſt quam ex armenio, ex hoc enim Catapotia imbecillius clementiusq; purgant teſte Iacobo Syluio interprete Meſues, quamquam Manardus Ferrarienſis inſinuet omiſſum eſſe vſum catapotiorum armenij, quia deſideratur prædictus lapis, quod exiſtimo euenire ex hominum huius ſeculi ignauia, ſed de hijs ſatis quatenus vero ad pigmenta vtriuſquæ lapidis nobilia ſunt ac cæteris prælata, præſertim Azurrum vltramarinum appellatum hoc aliis excellit. Iccirco Carioris, maiorisq; prætij conſtat: nam maioris efficaciæ pigmentum eſt nam igni, & aquæ reſiſtit, & vix vlla vetuſtate vitiatur, cuius cauſa creditur denſitas ſubſtantiæ cum tenuitate facta à diuturna coctione naturali, & ſeparatione partium inutilium: hæc ſunt tormenta, quæ non ab omnibus ſubſtinentur pigmentis, quorum parandi modus exponetur inſra.

Modus eliciendi Azurrum vltramarinum e lapide Lazuli. Cap. XIX.

PLures dubio procul, atque diuerſos colores Azurri habent Pictores, quos diſtinguere neceſſario licet, (loquor tamen hic de mineralibus) cum ad fini eorum quidam factiiii, & alii quippe naturales. Verum enim præ aliis excellit tranſmarinum azurrum: Iccirco perſuadet ratio, vt ab eo exordiamur, ſed prius quam ſubiiciamus labori conficiendi azurrum experiri Conſulo, qualis lapis, & cuiuſcunque generis conueniat, & idoneus ſit, ne incaſſum fiat opus: quamobrem ibi omnium beneficio propalatur norma. Eligatur igitur lapis lazuli orientalis, qui plurimum habeat coloris azurri cum notis aureis; quamuis ex ignobiliori inferiorique lapide lazuli, aut alio mediocri fieri poſſit azurrum, eodemq; modo quo euocatur præſtantius vltramarinum è lapide lazuli pulcherrimo; verum tamen eueniet azurrum ſimili ipſi lapidi, a quo euocatum fuerit, exiſtunt enim eorum differentiæ

ſentiæ

Digitized by Google

rentiæ ex probitate, puritateve, & impuritate lapidis lazuli, quæ vt magis innoteſcant diuerſimode experiri conſuetum eſt, & in primis ſi madefiat ſputo lapis lazuli electus, & obuiam ei ponatur pannus albus laneus, pulchrum intus apparebit lumen coloris violati: alioquin vero conſpicitur euenire ex lapide deteriori: Præterea alio modo experiri expedit, vt ſi lapis exponatur ſuper prunas, & per horam follibus inſufflando igniatur, deinde lapis ita candens aufertur ab igne, mox frige factus ſi leui confricatione digitis comprimendo confringatur ad inſtar terræ nil confert, neque recte ſuccedit in opere azurri: e diuerſo autem approbatur lapis lazuli vbi poſt ignitionem, & refrigerationem permanſerit fortis, duruſque atque azurri colorem ſeruauerit, hui uſcemodi itaque lapis, qui poſt ignitionem ſuo colore permanſit, abſque vitio, capiatur ad pondus vnius libræ in fruſtula factus magnitudinis auellanæ, & per horam excandeſcat in crucibulo igne validiori, tunc vero obruatur in acetum album ſtillaticium, aut in vrinam puerilem diſtillatam, vt extinguatur, quamuis in hoc opere excellat acetum; verum ſepties reiteretur operatio igniendi, ac extinguendi prædictum lapidem lazuli, vt exacte calcinetur, ſatiusque triturari poſſit; ablato autem acero exiccari omittatur ex ſe, ac poſtea pila contundatur, demum ſequenti aqua infra deſcribenda tenuiſſime molatur per horam, mox recolligi expoſcit ars, & in vaſe vitreo lato, & plano ſterni, deinde mittatur vmbræ exiccari procul a Sole ne ipſi materiæ abripiat colorem; tunc poſtea redigatur iterum in pollinem, qui linteo arcte vinciatur, & ſeruetur donec paretur paſtillus, atque lixiuium, quibus euocatur è lapide pulcherrimus color azurrus; & ſi in primis præcedere aquæ expoſitionē iam ſupra pollicitum, æquum eſt, ea enim magis attenuatur pollis, & abſtergitur, ita quod magis adaptatur paſtillo: Iccirco ipſius erit exemplum vt ſequitur. Capias aquæ fontis limpidæ ac filtro colatæ binas libras, mellis albi optimi geminas vncias, mitte omnia ſimul in ollam vitro obductam, & leni igni exponatur: dum vero feruens ſpumat, ſedulo detergatur, & poſtquam ſpumare deſierit, omittatur frigeſcere, demum ei commiſceatur lachryma ſanguinis draconis ad quantitatem nucis muſcatæ tenuiſſime prius molita cū modico ipſius aquæ, inde cum reliquo aquæ mixàt, ac peroptime temperata, tunc coletur linteo albo in vas vitreum, ita quod aqua non nimis rubea eueniat, neque nimis diluta ſit, at potius vergat ad pauonaceum clarum, vt azurrum aſſumat aliquid coloris violati: hac igitur aqua molitur lapis lazuli, exiccaturq; vt diximus: tunc paratus erit commiſceri paſtillo, qui fit ex reſina e pinu alba, pice græca, maſtice, oleo, e ſemine lini, terebentina, & cera ſingulorum nempe vnciis duabus, & in primis liquefiat igni leni terebenthina in ollula. cui paulatine ſuper addatur reſinaè pinu, & poſtea colophonia inde maſtix tribus vicibus inyciatur ac ſubſequenter minutim inciſa obruatur cera, & ſemper ab initio vſq; ad finem aſſidue agitetur compoſitio hæc cum rudicula lignea donec perfecte commiſceantur omnia, ac tandem oleum è ſemine lini immiſceatur, confeſtim agitando vſque ad perfectam cocturam, quod fiet per quartam horæ partem, vel paulo plus, quo temporis ſpatio videbitur fere audiri bullitionis quidam rumor: verum equidem innoteſcet coctura perfectio, vbi eiuſdem compoſitionis gutta pertractetur digitis aqua madefactis, &

non ad hereat eis, neq; ipſos coinquinet: aut ſi gutta ex rudicula decidens in aquam frigidam, limpidamq; non diuidatur, neq; dilatetur, imo vnita, & contracta permaneat, hæc dubio procul perfectam indicant coctionem paſtilli: quibus actis, deponatur ab igne ollula, & ſic omittatur temporis ſpatio, quo dici poſſint duo pater noſter, mox non adeo feruens coletur paſtillus per ſacculum panni cannabini duobus lignis buxeis rotundis, & longis ſemibrachium, & craſſitiei vnius digiti exprimendo vice præli in vas figulinum vitriatum, & immenſum, pro vt catinum continens ſimul am aquæ frigidæ, & lucidæ, vt quã diu concreſcat, neq; ob aquæ frigiditatem potius induteſcat: nam feruens nequit manibus pertractari, neq; frigidus fluit paſtillus per colum, craſſus enim, & durus fit, quando frigeſcit, tandem extrahatur ab aqua, & per optime manibus oleo lini perunctis pertractetur, quoad penitus expers aquæ remaneat paſtillus, tunc etiam exiccari permittatur, hic eſt paſtillus perfectus: & ſi alter paratur differenti doſi factus, vt puta cape Terebenthinæ pulchræ vncias quatuor, Reſinæ è pinu vncias ſex, picis grecæ colophoniæ ue dicas vncias ſex, maſticis, ceræ nouæ anna vncias tres, olei ex amigdalis amaris, aut è ſemine lini purgati nempe ſepties loti vnicam vnciam, aut vnciam cum dimidio, in reliquis fiat vt ſupra tunc paſtillus exiſtet fortis per decem annos duraturus, dúmmodo irrigetur aqua quotidie ſemel in æſtate, quod ſat erit in hyeme ſingulo menſe ſemel obſeruari Alii conficiunt paſtillum magis lenem cum ipſis materialibus ac eodem pondere, excepto pondere olei lini, cuius pondus, & menſuram faciunt tres partes vnius vnciæ eſſe pro doſi aliorum nuper deſcripta, quæ omnia ad inuicem, vt ſupra commiſcentur, & fit paſtillus. Alii vero præſertim Aromatarii vt meminit Georgius Melichius Auguſtanus aromatarius ſigno ſtruthio cameli in hac Venetiarum vrbe libro de animaduerſionibus in compoſit. medicament. cap. de ellectuar. Alchermes. Aſſumunt Colophoniæ, maſticis, terebenthinæ vulgaris, quæ dicitur laricina, tandem ceræ omnium portionem æqualem ex quibus fit paſtillus inſtar pilæ. Verum adhuc calens coletur linteo, vt ſupra expoſitum fuit, & indatur in vas aqua frigida plenum, donec indureſcat, mox extrahatur ab aqua, permittaturq; exiccari, & perfectus erit paſtillus. Alii colophonia, & oleo oliuarum conſtruunt paſtillum, quo euocatur azurrum a lapide lazuli hoc ſequenti modo, videlicet lauetur poſtillus aqua frigida, & diuidatur in fruſtula, quæ vaſe æneo obducto ſtamno aut ollula madefacta ferue fiant leni cinerum igne, tunc ne, frigat, iniiciatur modicum olei è ſemine lini ad pondus vnius vnciæ ad plus vel quã tum ſufficiat condire acetarium; vbi vero paſtillus fuerit liquefactus, & ferue factus ſedulo agitetur rudicula lincta oleo e amigdalis amaris, aut è ſemine lini, & ſparſim ac paulatine obruatur pollis lapidis lazuli, iam ad hoc paratus, & reſeruatus optime commiſcendo, alij ſuffundunt paſtillum liquefactũ pollini, demum auferatur ab igne cinerum, & permittatur aliquantiſper remitti calor paſtilli ita vt manibus oleo vnctis pertractari poſſit, quod per duas horas fiat, vt optime in corporetur, & colore azurri infecta remaneat paſta, ideſt paſtilli compoſitio, quæ in panem inſtar pilæ reducatur, inde in catinum aquæ frigidæ, & limpidæ plenum reponatur, ibiq; octo aut decem dierum ſpatio quieſcat, & quanto plus, pulchrius euadit azurrum ac potius egreditur, quidã

autem

autem citra aquam ſeruant paſtillum per decem dies ſic compoſitum cum polline lazuli? vbi vero elicere velint azurrum affundunt paſtillo aquam tepidam, & ſenſim manibus pertractant, donec egrediatur azurrum, alioquin cũ non exiret, depellunt aquam, cuius vice vtuntur lixiuio calido è cinere vitis, & aqua facto, vt moris eſt, quandoq; lene adminiſtratur lixiuium, quandoq; magis acre, & prout melius ſuccedere videtur. Cum autem modica azurri quantitas exierit in aquam, vel lixiuium effundatur, & ſeruetur pro primo azurro; tunc iterum paſtillo nouum affundatur lixiuium. & æque manibus ſæpe voluatur, vt ſupra, donec extra paſtillum ſecundum emanet azurrum in lixiuium; tũc ſenſim effundatur lixiuium coloratum. & azurro imbutum, quod ex æquo ſeruetur: ſic etiam elicietur tertium. Hæc tamen azurra omnia euocantur tempore horarum octo; quæ inde horis duodecim deorſum à lixiuio cadunt, fundumq; petunt tunc effundatur lixiuium, & quodlibet azurrum aſpergatur humore fellis bouis, & optime manibus pertractetur, vt abſtergatur à paſtillo, & ab omni fęculentia, inde lixiuio lauetur, & loco vmbroſo exiccetur, deinde aſpergatur aqua vitæ fina, in qua iam in fuſum fuerit modicum verzini ſiue braſilii dicas, & per ſe exiccari pemittas, quod tribus diebus continuis fiat, tandem exiccetur, & quodcunq; ſeruetur per ſe in ſacculis e pelle hædina factis, primum azurrum omnium eſt optimum pulchritudine, & valore, primum hoc egreditur pondere quattuor, vel quinque vnciarum: ſecundum vero egreditur ad vncias tres, licet primo inferius ſit, Tertiumq; aliorum infimum eſt azurrum tamet ſi ad vncias tres emanet, vt plurimum, & quandoq, in minori quantitate, iuxta puritatem maiorem, & minorem lapidis lazuli, qui ita paratus, & ab omni terreſtreitate exutus ſit medicinę, atq; picturæ idoneus: & enim diximus ſumme approbari lapidem lazuli crepuſculis aureis plenum; vtile ſatisfare exiſtimaui, ſi modum eliciendi aurum a lapide docuerim: Quãobrem opere prætium eſt aſſumere lapidem lazuli paratum igne, & in pollinem redactum, tunc ex eo fiat amalgama cum mercurio purgato, inde exaletur ☿ & reſidebit aurum finiſſimum in imo crucibuli fuſorii, in quo deinceps funditur aurum cum Chryſocolla, vt moris eſt, & ſi rurſus redimi poteſt ☿ dum impellatur amalgama in phialam vitream, ex qua vi ignis vrgeatur diſtillare argentum viuum, & vtroq; modo aurum reſidebit fundo. quod tandem fuſum proyciatur in Virgam. Quidam vero recentiorum potiori modo absq; paſtillo euocant è lapide lazuli colorem nempe azurrum vltramarinũ. quapropter tenuiſſime molunt lapidem, quem poſtea obruunt in ſpiritum aceti ter apprime diſtillati ita vt quattuor digitus ſaltem ſuper emineat pollini ipſius lazuli in boccia vitrea, quam mox ſuper cineres tepidos locant donec ſatis imbuatur acetum colore azurro, tunc acetum iam cæleſtino colore infectum paulatine effundunt, quod clarum eſt, inde cinerum igne euaporare cogunt, vel appoſito bocciæ capitello recolligunt cum diſtillatione, reſidebit enim imo color ſiccus, & pulcherimus Saphirinus, quem azurrum vltramarinum appellant, hic eſt primus color; aliis excellit, & magis exiſtimatur pulchritudine, & prætio.

Sequitur azurrũ vltramarinum ſecundũ, & dicitur mediũ probitate pulchritudine, & prætio, quod fit, ſi extracto primo aceto colorato à polline lapidis

Digitized by Google

lazuli, nouum affundatur acetum ſtillatitium ſuper eaſdem fæces lapidis lazuli, & diu calefiat ſuper cineres, donec coloretur acetum, quod inde euacuetur clarum iuxta primum ordinem, mox euaporetur, aut diſtilletur, nam reſſidebit color azurri medii, eadem norma proceditur ad extrahendum tertium azurrum aliorum ſui generis infimum, proiciunturq; fæces terreſtres, & exutæ ab omni minerali virtute. Naturale autem azurrum, quod Alemaniæ dicitur, eſt fumoſitas quædam efloreſcens è fodinis argenti, & ſuper lapides reſidet coloris azurri, & ab eiſdem lapidibus, quibus adheret colligitur abradendo eos, inde ſcobem iam abraſam tenuiſſime molunt, & lauant, mox eam exiccant, & uſui picturæ, & ſcripturæ ſeruant, adhuc vero nullum in medicina vſum habet; Terra quædam cærulea aduehitur ex Hiſpania pauci momenti non intenſi coloris, imo diluti, & vilis prætii habetur.

Recenſuit Dioſcorides cæruleum colorem floridum haberi æuo ſuo ex litorali arena ſub cauatos ſpecus; qui tamen deſideratur.

Alij quoque colores azurri tranſmarino perſimiles conſtruuntur arte, & omni proba perfectum euenit azurrum ex hydrargyro diuerſis præparato, cuius norma pleriſque demonſtrabitur exemplis: Veromtamen omnia excellunt azurra, quæ ex Luna fiunt, ac eis magis ex Sole, ſic autem dicuntur planetæ terreſtres, indicantes metalla auri, & argenti &c. Propterea quattuor conſtituuntur gradus infra recenſendi, præter ſoperiores. Primus autem referens azurrum fere ſimile vltra marino exequitur, vt infra.

Cape ſalis ammoniaci, vulgo armoniaci vncias tres, viridis eris vncias ſex ſingula teræ, mox ea ad inuicem mole cum oleo tartari inde aliquot ſic omittantur diebus, tandem in vaſe vitreo perlutato reponatur paſta ex ſupraſcriptis compoſita, & in furno locetur, poſt extractionem panis, donec exiccetur, ita enim fiet azurrum. Alij vero prædicta materialia trita, & oleo tartari pinſita inſtar pultis includunt in ampulla vitrea, quæ fimo circumſepitur per quinque dies, quibus elapſis omnia in azurrum pulcherrimum verſa erunt. Aliud ſimile azurrum, ac mediocre habetur ex vſu Teutonico, quo equidē diuitē factum eſſe agnoui alias mercatorem (Patria Veronenſem) & honeſtiſſimum virum, cuius modus eſt; alembico diſtillare aquam erodentem ex libra vna vitrioli, & libra media ſalis nitri cum tribus vncijs cinaprii, hæc aqua diſtillatitia ſoluit omnia metalla; præterea ſi cum ipſa madefiat frons æqui illico pili euadent albi omnes cuiuſcunque coloris, ſed redeamus ad rem inceptam, in ipſam aquam ſtillatitiam mergunt æs, aut auricalcum, vt ſoluantur, inde his additur ſtammum calcinatum vſque ad perfectam albedinem, & ita ex his cōmixtis triduo omittendo fiet azurrum mediocre: Verum aliud pulchetrimū ſequitur azurrum. Cape aceti acerrimi, & diſtillati libram vnicam, & in ipſo aceto binæ ſoluantur vnciæ ſalis armoniaci triti, deinceps eodem diſſoluatur libra calcis albiſſimæ e corticibus ouorum factæ, atque vncia vna æris limati, hæc autem compoſitio optime claudatur vaſe æneo cum tegumento æneo, ita ne ſpirare, neque exalare queat, tunc ſub fimo locetur equino per menſem, quo elapſo factum erit azurrum optimum.

Sequitur exemplum conſtruendi azurrum ex hydrargyro, Videlicet, Cape vitrioli rubefacti partem vnā, ſulphuris viui partes binas, & hydrargyri par-

tes

tes tres, hæc omnia trita commiſceantur, & in boccia vitrea reponantur, mox ipſa clauſa contegatur ſub fimo per dies quadraginta, quibus elapſis extrahatur boccia, in ea enim conſpicietur compoſitio verſa in pulcherrimũ azurrũ. Alterum accedit, quod per ſublimationem fit, vt puta. ℞. ☿ vnciam △ vncias tres ✳ vncias octo terantur omnia, ac permiſceantur vaſe ſublimatorio, & igne ſubmiſſo in ſublime exaltentur, vt moris eſt donec appareat color azurrus. Alterum eſt ſi aſſumantur Apyron ſiue AlchebriK vnciæ quatuor, & Mercurii libra, ochab, ſeu aquilæ volantis vnciæ binæ, mox omnia tuſa commiſceantur, & vaſe proprio leni igne ſublimentur donec fumus egrediatur e boccia azurrus, vulgo dicitur blauius, tunc auferatur ab igne, & vſui ſeruetur. Alterũ habetur experientia optimum, & igni reſiſtere, videlicet. Cape mercurii vncias binas, ſulphuris vncias tres, ſalis armoniaci octauam partem, alii ponunt quattuor partes omnia tenuiſſime molita commiſceantur modico aquæ communis; inde compoſitio hæc reponatur in ampullam vi tream igni remiſſo per tres, aut quatuor horas, & ſic ignis ſedulo perſeueretur, quouſque egredi conſpiciatur ab ore bocciæ fumus azurrus, quo viſo tollatur ab igne, boccia, inde frigefacta frangatur, nam azurrũ reperies perfectum; Alii vero aſſumunt mercurii ſublimati vncias tres, ſulphuris ſublima ti vnciã vnam, ſalis armoniaci octauam partem, hæc omnia molunt, concinnantq;, & ſublimãt in vaſe vitreo, & idoneo donec fumus cõſpiciatur azurrus.

Verum iam accedit norma conſtruendi azurrum ex argento, & auro vt infra exponetur: Quidam enim ſolariatim ſternunt argenti laminas ſale armoniaco trito, & in vaſe figulino, claudunt, quod inde ſub fimo calido contegunt per dies quadraginta quibus fit azurrum.

Alii in aceto acerrimo ſoluunt portionem parem ſalis gemmæ, ſalis alchali, & aluminis rochæ, mox eo aceto madefaciunt laminas ipſius Lunæ argentive dicas, & vaſe figulino recondunt eas, ac fimo, aut vinaceis humant per decem dies, hoc enim temporis ſpatio vertentur in azurrum.

Alii vero ſalis armoniaci vncias ſex obruunt in libras ſex aceti acerrimi donec penitus liqueſcat ſal hinc ſuper acetum ipſum in olla poſitum ſuſpendũt argenti laminas ad pondus vnciarum duarum, ita tamen ne tangant acetum, ſed acri vapore ipſius tantum corrumpuntur, quod vt ſatius eueniat obſtruũt vas, & ab omni ſpiramine tuentur, & fimo calido ſepeliunt per dies decem, & ſeptem, quibus elapſis reperiuntur laminæ cum ſale, & omnia in azurrum verſa inſtar efflorescentiæ pulcherrimi azurri quod colligitur, & vſui ſeruatur; hoc nobile azurrum reſiſtit igni, & cuicunque alio examine, ceu Azurrum vltramarinum ex lapide lazuli extractum approbatur, hoc tamen ſuperatur ab azurro ex auro factum eodem ordine.

Alia fiunt atramenta cęrulea, aut ex ſmalto, quemadmodum Venetiis fieri ſolet, aut ex zaphara, qua tingitur vitrum, hæc tamen longe aliis inferiora ſunt.

Smaltum vitri genus videtur, quo aureæ Cauitates implentur, vbi imagines ſculpturæq; cedendo fiunt in anulis, monilibus, ornamentisq; omnibus aureis, quod fieri retulit Cardanus ex alumine, chalcantho, & lapidoſo ſale: Verum alii vitro colores metallicos commiſcent; nam omnis generis colores

recipit

recipit vitrum; ita vt variato colore venuſtate eximia ſplendeat; quippe ſmaltum ſi azurrum cupiant, vitri tenuiſſime triti libram commiſcent cum binis vnciis terræ cæruleæ, & aqua globulos effingunt, ac vaſe apto per noctem leni igni exponunt, inde ignem augent ad colliquationem, & ſic azurrum eueniet ſmaltum, quemadmodum viride cum æris cinere, vel album cum plumbo; prout talia eodem exemplo proprio marte effingi poſſunt. Zaphara autẽ eſt minerale foſſile, & ponderoſum ſic a natura productum, quo vtuntur figuli atque vitriarii; tingit enim in modica quantitate colore azurro vitrum vſitatum, vaſaq; figulina; nempe ex argilla facta: Iccirco huiuſcemodi minerali deceptores effingunt ſaphirum gemmã, & ſi magna quantitate ſuggeratur nigro colore inficit omnia. Præterea ſolet diſtillari aqua a lembico ex infraſcriptis, qua ſcribuntur litteræ azurræ finæ, videlicet ſulphur viuum ſalnitrum, ſal ammoniacum, Riſigallum, calx viua, & oricellum omnia æqua portione parantur ſimul, & diſtillantur vt moris eſt, demum vſui ſeruetur aqua in ampulla vitrea clauſa cum cera. his vero omiſſis, quæ ob ſimilitudinem colorum fuerunt obiter aggregata, redicmus ad inceptum de lapide armeno congenere lapidis lazuli, de quibus ſuperius tractauimus: Iccirco nunc vt ſequamur inſtitutum ſupereſt exponere modum parãdi viride azurrum lapidis armeni, tam medicinæ quam picturæ commodum.

Modus parandi viride azurrum Medicinæ, ac Picturæ commodum. Cap. XX.

FActu quippe facilis eſt modus parandi pigmentum ex lapide armeno, quod viride azurrum vulgo appellatur, minorique labore fit, quam azurrum vltramarinum, ſi ſequemur, modum iam recenſitum ab Alexandro Tralliano vbi prodidit ſatis fore molire lapidem armenum, & ad pollinis leuorem redigere eum, quem poſtea lympha limpida ſæpius lauare, ac expurgare requirit opus, demum exiccari docet, tunc vſui tum medicinæ, cũ etiam picturæ. nec non ſcripturæ cuſtoditur: eodem igitur modo paratur; nẽpe pro vſu vtriuſque facultatis inde neceſſitatis tempore adminiſtratur; nihilominus ſatius fore exiſtimaui ſegregare colorem a lapide, & ab omni terreſtreitate ac immunditie abſtergere eum, vt magis purus habeatur color, hinc enim in picturis perpulchrius efficiet opus, & in medicina efficacius operabitur, quod vt fiat operæpretium eſt lapidem tenuiſſime molire, & in ſcobem redactum obruere in ſpiritum aceti ſtillatitij, aut vini æque ſtillati, vt mos eſt, vtrunque pollet, mox leni cinerum calore aut balnei maris maceretur donec penitus colore lapidis inficiatur liquor ſuper eminens, vt ſupra expoſitum fuit de lapide lazuli, inde per inclinationem ſenſim euacuetur liquor, acetumve ſit imbutum viridi colore lapidis armeni, abijciantur q; fęces terreſtres ipſius lapidis tanquam inutiles, deinum igni cinerum tepido euaporetur acetum, aut diſtilletur; nam rea quiritur acetum: inde color viridis purus a lapide ſegregatus reſidebit, qui tandem aqua frigida ablui poteſt, inde exiccari, & medicinæ, picturæq; vſui ſeruari.

Alterum

Alterum autem viride azurrum a natura producitur in æris ſodina vbi exalat tanquam effloreſcentia æris ſuper lapides, quibus adhæret cum quadam miſcela argenti, quemadmodum indicat duplex iſte complicatus color: nam viridis euenit ex ære, alter vero color azurrus ex argento, & iuxta quantitatem prædominantem aut æris, aut argenti ſaturatur color vnus, & remittitur alter; ita vt quandoque viridis color ſuperet; interdum vero azurrus magis, & minus, pro ut magis aut minus exuberat minera, ex qua fit exalatio prædicta, quæ colligitur, molitur, ac pluries lauatur, & ita perficitur abſque paſtilli opere; ipſa enim effloreſcentia producitur a natura penitus munda a lapidea, & terreſtri ſubſtantia: Quamobrem lauatur tantum, vt tenuiſſimus fiat color, ad poſtremum exiccatur, ac pro vſu picturæ ſeruatur: nam huiuſcemodi pigmentum medicinæ nullum præſtat auxilium.

Viride q; aliud fit atramentum æris eruginæ, quæ vulgo appellatur viride æris, paraturę; pulchrum cum aqua gummata.

Aliudq; paratur dum Viride æris teritur cum ſucco rutæ & modico croci, mox aqua gummata ſoluatur hi ſi addūt quidam luteum oui cum modico aceti, ex quibus euenit pulcherrimum atramentum Viride. Alterum eſt ſi viride æris pulchrum in paſtillos cogatur cum aqua ſtillata ex gallis viridibus, & modico aceti inde paſtilli ſiccantur, & cum vſus exigat in conſimili aqua gumma arabica parata diſſoluatur.

Aliud quoq; conſtat ex æris ærugine litargirio, & argento viuo æquo ſingulorum pondere ad inuicem omnibus tenuiſſime ſubactis, ac tādem aqua gummata molitis & ſolutis.

Aliud efficitur atramentum inſtar aquæ viridis ſi capiatur acetum album acerrimum, & in eo diſſoluatur viridis æris, ſucci rutæ, & modicum aluminis rochæ.

Verum, etiam ex capparibus recentibus tritis, & in puluerem ſubactis diſtillatur aqua alembico, quæ reiterata diſtillatione rectificatur tantæ efficaciæ, vt nil ſatius optari poſſit: nam Viridi colore ſmaragdino inficit omnia (teſte Cardano lib. 18. de mirabilibus pag. 935.) & corpori humano ſalubris eſt, nam ſi potu hauriatur omnes obſtructiones ſoluit.

De Pigmentis Mineralibus tum luteis Flauis, cum etiam aureis. Cap. XXI.

ET ſi partim demonſtraui ſuperius normam faciendi pigmentum luteum ex Vegetabilibus, pro vt ex fructibus ſpinæ infectoriæ, aut lutea herba, aut cotino ligno, & huiuſcemodi aliis iam recenſitis Reliquū eſt in præſenti fuſius oſtendere alia pigmenta lutea, quæ ex mineralibus, metallicisq; fiunt. quamuis cum admixtione alicuius ſucci vegetabilis quandoq; & animalium partibus interdum, verum enim horum multa ſunt inter ſe conferentia, & proxima, quemadmodum color flauens cum luteo, & croceus cum citreo, aut aurantio; ac tandem omnes prædicti colores conueniunt

cum

cum aureo: Quapropter ſatius, ac Commodum fore exiſtimaui huiuſcemodi omnia, ſeu vnius generis in vno capite definire. exordiarq; a terra lutea, quam Dioſcorides ſcripſit nomine ochræ, ipſa vtuntur pictores, & ſarcinatores pro ſignandis pannis. Verum enim caremus ochra attica Dioſcoridis; Alteraq; ochra Plinij deſideratur. Vnde fruſtra eſt diſſerere de eis, quæ nos non habemus ſatius vero expedit ad vulgaris ochræ deſcriptionem accedere: ochra eſt terra lutea quæ noſtro æuo defertur ex Germania, prout fidem faciunt Petri Andreæ Mathioli ſcripta in Dioſcoridem, & Gabrielis Fallopij; quippe duplex eſt ochra genus pigmenti lutei, vna enim reperitur terra in fodina plumbi ex ipſius vaporibus infecta luteo colore. Altera vero fit arte ex plumbo vſto; hæc magis approbatur a pictoribus; & ſi vtraq; ochra tam natiua foſſiliſq;, quam factitia eſt lutea; attamen earum quælibet vſtione rubeſcit; vtraq; etiam facultatem refrigerandi, & exiccandi habet, quamquam nullum habeat in medicina vſum.

Sequitur de auro pigmento. Vox hæc indicat pigmentum coloris nempe auri vſitatum a Pictoribus, quamobrem ab effectu, & ſimilitudine coloris vocarunt ipſum latini auri pigmentum. quod Græci appellarunt ἀρσενίκον, citrinum eſt micans aureo, & fiſſile exiſtit laminoſumue, ac fragile lapidis ſpecularis more. Retulit Plinius lib. 33. cap. 4. Caium Principem auri auidiſsimum ſpe captum fuiſſe, in aurum verti poſſe auripigmentum, ob eius magnam ſimilitudinem coloris cum auro. Quare iuſsit Princeps ipſe excoqui magnū pondus auripigmenti ex quo equidem extraxit auri optimi portionem, ſed adeo modicam, quod diſpendium ſuperabat lucrum. Auripigmenti genus duplex prodidit Dioſcorides, vnum eſt ſupradictum, alterum vero ait pallidum glandis effigie, & colore ſandaracham imitans gleboſum. De auro pigmento diſſerens Galenus libro nono de ſimpl. medic. facult. ait arrhenicum facultatis eſt cauſticæ, & carnem pilis denudat, eos enim decidere cogit, quod etiā patet experientia, vbi pars piloſa coinquinetur auripigmento mixto calce viua, & lixiuio inſtar pultis (prout in conſuetudinē habent barbitonſores) nā cito abſtergitur cum pilis, alioquin, ſi diutius inhæreat cutim vrit ceu ignis, vt meminit Galenus lib. 2. de arte curatiua de Glauc. Iccirco Dioſcorides aſſerit auripigmentum erodere, & inducere eſcharam abſumereq; excreſcentias carnis, eas vero reprimit aſtringendo ac erodendo: Verum cum eaſdem dotes auripigmenti attribuerit ſandarachæ, ac conſtituit ſecundum genus auripigmenti ſimile eſſe in colore ſandarachæ; ſuſpicor ſuperflue additam fuiſſe ab inſcio aliquo inſcriptionem alterius capitis: auripigmentum enim, & ſandaracha vtrunque ceu vnius ac eiuſdem naturæ foditur ad inuicem ex eadem minera; præterea conſpeximus auripigmentum quamquam flauum citrinumve ſit, igni tamen noſtro artificiali decoctum in vaſe figulino aut boccia vitrea, facile aquiſiuiſſe colorem rubeum ſandarachæ, & in eius formam, & naturam, verſum eſſe; quare animaduertimus ambo idem eſſe, neque differre prͤterquam ſecundum maiorem & minorem decoctionem vnius vel alterius, ſandaracha eſt ruffa quippe inſtar cinnabaris, quia eſt magis decocta ac diuturniori tempore elaborata a calore naturali vigenti in viſceribus terræ, ac ideo tenuiorum partiū exiſtit, eiuſdem ſententiæ legitur in ſuis commentariis fuiſſe Petrum Andreā

Mathiolum,

Digitized by Google

Mathiolum, & huiuſcemodi erat ſecundũ genus auripigmenti deſcriptum à Dioſcoride ſimile ſandarachæ; Præterea addit vtrunque pari modo comburi in teſta noua ſuper prunas ardentes; quibus aſſenſit Galenus loco præcitato, tum eſſe ſandaracham vrentis facultatis ceu arſenicum, cum etiam fieri tenuiorum partium vſtione ſed ſemper vrit arſenicum vt ignis tam combuſtũ, quam vſtionis expers; arſenici vero vnum prodidit genus, prærerquam locutus eſt Galenus de ſandaracha tanquam cognata ipſi arſenico: Icitrco libro 4. de compoſitione medicam. ſecund. loc. dixit ad ſcabtas in palpebris affectiones conferre ſandaracham, & quod a veteribus Græcis arrhenicum noſtro æuo arſenicum appellatur, ac pleraſque alias facultates aſcripſit Dioſcorides Sandarachæ, vt vnuſquiſque apud eum legere poterit: Verum ex præhabitis ſatis conſtat duplex fuiſſe genus arſenici foſſilis, vnum videlicet eſt auripigamentum de quo inſtituimus agere pro picturis flauis aureisve: Alterum genus eſt Sandaracha, hæc a pictoribus non vſitata eſt: his accedunt alia duo arſenica artefacta, & a recentioribus inuenta: nam veteribus prorſus ignota fuerunt, & Primum eſt Arſenicum album vulgare, quod chriſtallinum ob lucidatem cum albedine, dicitur, hoc fit igne per ſublimationem auripigmenti cum ſale communi: Alterum vero dicitur Riſagallum eſt citrinum, & lucidum inſtar fere chriſtalli, fit enim pariter per ſublimationem ex arſenico chriſtallino, & auripigmento vt moris eſt, ſed iam exigit tempus vt redeamus ad inſtitutum colorem auripigmenti, quod aureum referre videtur; ita vt ipſo ſcribi poſſint litteræ aureatæ, aut ſaltem ſimiles abſque auro, quod vt conſequaris. Cape ſuccum ex floribus croci recentibus expreſſum, quippe ex filis aureis ipſius floris, aut deficientibus eis aſſumatur crocus ſiccus, & cum iotidem auripigmenti aurei coloris pulcherrimi molire opus eſt cum felle capræ aut lucii piſcis fluuiatilis, hæc inde mixtum immittatur in ampullam vitream, quæ optime clauſa ſepeliatur per aliquot dies ſub fimo, demum tollatur, & vſui ſeruetur.

Alii detrahunt externam partem croceam ex cortice malorum aurancioriũ, ac eam modico ſulphuris citrini lucidiq; molunt, & in ampulla vitrea recondunt, ipſamque ſtipatam locant humidiori loco decem dierum ſpatio, demũ tollunt; exigenteq; ſcribendi occaſione calefaciunt prædictam compoſitionem pigmenti lutei, quo ſcribuntur litteræ pulcherrimi coloris lutei.

Aliud componitur ex auripigmento aureo lucido, & folioſo non terreſtri opaco, cum æqua portione criſtalli, hæc molita ad inuicem miſcentur cum albumine oui adeo, vt ſcribi delineari, atque pingi poſſit.

Alioquin mole criſtallum cum aqua gummata ita vt ſcribi poſſint litteræ quæ mox exiccatæ confricentur aureo anulo, aut lamina aurea, & illico fient litteræ coloris aurei, aut coloris alterius metalli euenient litteræ cum quo fuerini confricatæ.

Alter fit aqua alembico, cum qua ſcribuntur litteræ aureæ.

Ex polline auripigmenti pinſita cum aqua Roſmarini ſtillatitia reiterata diſtillatione elicitur aqua idonea ad ſupraſcriptum munus. Alter fit liquor aureus etſi abſque auro fit, ad hoc tamen conducit, vt ſcribi poſſint literæ aureæ, necnon aureati poſſunt oſſa, ligna, ferrũ, atque vitrum, & infra. Capias ouum

recens,

recens,& ab eius vertice corticem frangas,ita vt ipſius fruſtulum eleues,& tollas,orificiumque facias, ac per eum euacues oui ipſius albumen tantum, intra corticem vero omittas luteum oui: mox hydrargiri partes duas admiſce cum vna parte ſalis ammoniaci, & in compagem conſiſtentiamque reducas ea; deinceps eadem compoſitione locum albuminis euacuatum re impleas,atque ipſam cum luteo oui; iam inteſta propria relicti optimæ commiſceas Virgula lignea. ex inde teſtæ orificium obſtrue cum eiuſdem corticis fruſtulo, & cera, vel alio glutine,quemadmodum ex oui albumine, & calce viua, & obliniatur orificium tegendo cum altero cortice oui,ne aliud extranei ingredi poſſit, neque ex compoſitione quicquam egrediatur, tunc locetur in fimo æquino, ita vt fractura ſita ſit in ſuperiori parte inſtar cacuminis;hinc totũ cooperiatur fimo,quo omittatur vigintiquinque dierum ſpatio, quibus elapſis tollatur à fimo,& vſui ſeruetur:pulcherrimus enim erit aureus liquor, qui ſi forte euenerit tempore denſus, aqua gummata eum ſoluere præſtabit.

Aliud ſequitur pigmentum metallicum, quo e fingi poſſunt litteræ aureæ abſque auro. Cape Iouis vncias binas, & funde eum in Crucibulo, inde age amalgama cum vncia mercurij,vt moris eſt, quod actum proiicias ſuper lapidem marmoreum,& mole cum altera vncia ſulphuris viui, & perfectum erit pigmentum,hoc inde ſoluitur cum albumine oui vbi erit occaſio ſcribendi litteras,quæ aureæ,& pulcherimæ apparebunt.

Verum enim præ omnibus pigmentis, quæ referant colorem aureum celeberrimum eſt, & in frequentiori vſu, illud compoſitum arte ſumma exaltatũ, quod vulgo appellatur purpurina, & aurum muſaicum; quo pingunt, atque ſcribunt colore aureo:nam aurum imitatur,ſi optima fuerit purpurina,hoc ſolo differt ab auro, quod non reſiſtit iniuriis cæli,nec diuturna admodum eſt. Conſtat autem ex plumbi albi, quod vulgo dicitur ſtamnum, argentique viui paribus portionibus,ſalis rurſus ammoniaci,& ſulphuris paribus iterum inter ſe portionibus,& in primis funde ſtamnum, cui adde hydrargirum igni calefactum,& miſcendo virgula fiat amalgama. quod inde mole cum ſale,& ſulphure, & omnia ſimul trita ponantur in boccia ſublimatoria luto ſapientiæ munita, omittatur tamen orificium apertum,& locatur furno ſub dio vt exalet fœtidus vapor eius materiæ ſubiiciaturque ignis carbonum quattuor horarum ſpatio, eo enim tempore ſublimabit ad collum bocciæ purpurina coloris auri; tunc tollatur ignis vt frigeſcat boccia, demum frangatur, & extrahetur purpurina abiiciendo fęces in imo reſidentes,& vſui ſeruetur: Vbi vero exiget occaſio operandi ea pręparetur ſic cum digito, & melle mole ipſam, inde ſępius laua cum aqua fontis,donec aqua egrediatur limpida, tandem ſolue eam cum aqua gummata, quidam vero addunt modicum croci, vt pulchrius efingatur pigmentum aureum: ſed de ſuppoſitis ſat eſt; vt me conferam ad explicationem aurei coloris ſynceri,qui præſcriptis prorſus opponitur vt verum falſo; Verus quippe color aureus,& ſincerus ex auro fit;falſus autem dicitur alienę rei commixtione adulteratus,& pro vero quadam ſimilitudine ſubſtitutus; ſed auri præparatio,vt eo ſcribi,& pingi poſſit,multiplex habetur,vt palam demonſtrabitur.

Prima pręparatio fit vbi elimata ſcobs auri infundatur triduo in ſucco à foliis

Iuniperi

Digitized by Google

Iuniperi expreſſo, eo enim temporis ſpatio ſoluetur aurum inſtar aquæ, quæ in colore, & ſubſtantia erit aurea, qua pingi, & ſcribi poterit ſincero colore aureo, quod ſequenti etiam æque ſuccedit. Cape folia auri, eaq; cum ſale communi optime mole ſuper lapidem porphyritem, hinc ſæpius aqua calida lauetur, donec penitus a ſale exuatur, mox aqua frigida mundetur, ac tandē exiccetur, & vſui ſeruetur, quo tempore ſoluitur cum aqua gummata, vt moris eſt. Alioquin etiam præparatur aurum pro ſcribendi vſu.

In primis cum limpida aqua madefiat poculum vitreum planum, & latū, in quo multa extendantur auri folia, quæ digito ſedulo mole, ac ſenſim continua, quandoque digitum aqua madefaciendo, vbi vero tenuiſſime molitū conſpicies aurum, ſuper funde aquam, vt poculum fere impleatur, aſſiduo leuiter molendo, mox quieſcere permittatur, donec aurum ſubſideat fundo, tunc ſenſim effundatur aqua, neque aurum diſpergatur, at exiccari omittetur, inde clauſum ſeruetur, vt a puluere extraneo, & ab omni ſorde tueatur, cum eius vſu erit opus, diſſoluitur aqua gummata.

Nec ſuperioribus minus efficax erit ſequens modus præparandi aurum in pollinem pro pingendi, deaurandi, ſcribendiq; vſu affunde igitur mellis, aut ſyrupi de limonibus, quantum ſufficere videatur proportioni auri ſuper lapidem porphyritem expoſitum ſoli, vt incaleſcat, tunc ſuperponantur auri folia, quæ tenuiſſime molire requirit opus, cum ipſo melle, aut ſyrupo, inde lauetur aqua calida, aut lixiuio, quod ſatius erit, inde exiccetur, & ſeruetur vſui. Idipſum eueniet aurum præparari, vbi ipſius folia molita ſint mucagine tragacanti gummi ſoluti aqua, inde lauentur vt ſupra expoſitum fuit.

Soletq; præparari aurum, dum vna eius pars amalgametur cum quattuor partibus mercurij more chimiſtarum quod amalgama optime lauetur, inde per corium cum expreſſione cogitur tranſire mercurius, & ſeruetur; nam eo amalgamari poteſt aliud aurum: quod reliquum eſt ab expreſſione cum auro amalgamatum, mole tum totidem ſulphuris, & in crucibulo cohaperto recunde, atque modico igni exponas, donec euaporet mercurius, & reſideat aurū tenuiſſimum, quod lauatur, mox exiccatur, & ſeruatur pro vſu ſcribendi. His ſequuntur argenteæ litteræ quæ ſcribi poſſunt argēto ſincero ad hoc munus parato, poſſunt etiam effingi abſque argento vt in præſentiarum demonſtrabitur.

Cape marcheſitæ ſtamneæ quantum libet teratur, & lauetur vt munda ſit exiccetur, & in pollinem redacta ſeruetur eueniente caſu ſcribendi, ſoluatur aqua gummata, mox ſcribantur litteræ, quæ poſtea quam fuerint exiccatæ poliuntur dente lupi, aut buccina marina, vulgo dicitur porcelleta. hæc ſunt inſtrumenta ab aurarijs vſitata ad expolienda eorum opera aureata, aut argento ornata.

Sequitur alia compoſitio, qua effingi poſſunt litteræ argenteæ; fiat amalgama ex æqua portione ſtamni, & argenti viui, iuxta ritum auri fabrorum, quod tenuiſſime molire oportet, & aqua gummata ſoluere inſtar pigmenti quo ſi ſcriptæ fuerint litteræ apparebunt argenteæ.

Præterea poteſt præparari argentum eiſdem modis, quibus paratur aurum, quo ſcribi poſſint litteræ argenteæ ſinceræ, & non adulteratæ fiat amalgama:

ex

ex foliis argenti cum hidrargiro mundo inde molire exped t lapide porphiritic. acetoq; acerrimo lauare demu n exiccare, vbi vero exigat opus diſſoluitur tcum aqua gummata. Reliquum eſt oſtendere quomodo ſuper laminas, vaſaq; aut aliud opus argenti, ſcribi poſſint litteræ nigræ, & indelebiles, vt ſequitur videlicet.

Cape plumbum uſtum, & tritū, quod incorporetur cū modico ſulphuris, & aceto, quātum ſufficiat componi pigmentū, quo ſcribantur litteræ ſuper vaſa argentea, quæ exiccari omittantur inde igni parum calefiant, & ſic perficientur. Verum enim vt plurimum conſuetum eſt ſcribi litteras in ferro, quemadmodum in armis, in gladijs, ſcutis, lorica, Galea, & huiuſcemodi aliis, quamobrem plane demonſtrabitur modus per quam facilis ſcribendi literas aureas in prædictis. Infundatur igitur per diem naturalem in aceto marchesita aurea in pollinem redacta, hinc comittatur igni Vaſe figulino Vitreato, & feruеat per diem alterum ſuper addendo aliud acetum, vbi per deſiccationem deficiat, tandem deponatur ab igne. & alibi reponatur, vt per ſe reliquum deſiccari poſſit, tunc alembico Vitreo immittatur, & leni igne diſtilletur liquor, quo ſcribantur literæ in quouis inſtrumento ferreo, & illico apparebunt nigræ nihilominus exiccari permittantur, poſtmodum panno lineo ſi perfricentur litteræ euenient aureæ.

Liquor alter inſtar aquæ fortis vſitatus eſt ad eroſionem ferri, ita vt in eo appareant litteræ, vel aliud inſigne lineamentum quod deſignetur, Cape ſalis ammoniaci ☿ ſublimati, Viridis æris anna quantumlibet, gallarum parum, & omnia ſoluantur in aceto acerrimo, & vſui ſeruetur: Vbi vero acceſſerit occaſio ſcribendi in ferro; requirit opus, vt muniatur ferrum ſequenti paſta Cape Ceræ nouæ, Colofoniæ, raſæ pini, terebentinæ ſingulorum parem portionem, hæc omnia igni liqueſiant ad inuicem, & optime mixta, craſſe ſuper inducatur ferro, cum vero frigefacta fuerit inſtar paſtæ, in qua delineare, aut ſcribere poteris cum calamo, aut ſtilo ferreo acuto, vt paſtam diuidat, & penettet ad ferrū, inde vacuum lineatum vel ſcriptum impleatur liquore ſupra ſeruato, & ita omittatur duodecim horarum ſpatio, quo tempore corrodetur ferrum, & remanebit veſtigium litterarum vel alterius lineamenti facti; quod ſi quis aureare cupiet in primis opus madefacere ferrum ſequenti aqua cuius munus eſt, quod cogit amalgama aureum adhærere ferro, & ita fit. Cape Viridis æris, tartari calcinati, & ſalis communis ſingulorum portio equalis, quæ omnia ſoluantur in aqua communi, inde hac madefit ferrum, & linitur amalgamate, & poſtmodum leni calore euaporatur argentum viuum, & remanet aurum ſuper ferrum, quod permanet aureatum.

Qui vero vice amalgamatis vtuntur foliis auri ſynceris abſque hydrargiro hoc agere nequeunt, niſi prius lineant ferrum, aut marmorem atramento vulgo ſiſa appellato, quod autem conſtat bolo armeno tenuiſſime molito cum oleo nucum, vt moris eſt, aut aqua decoctionis atramenti Sutorij rubificati vt colcótar.

Modus

Digitized by Google

Modus Conficiendi Pigmentum albiſſimum, quo ſcribuntur litteræ albæ in pagina alba. *Cap. XXII.*

SEquitur pigmentum per quam albiſſimum quod, & ſi atramenti ſcriptorij aut alterius cuiuſuis coloris, vicem gerit, attamen à quocunque eorum prorſus diuerſum eſt in colore, præſertim à vulgari, illud enim nigrore in ficit chartam albam, quemadmodum, & alia atro colore iuxta eorũ facultatem, hoc autem albedine inficit, Imo ſuperat eam adeo, vt ſi hoc albiſſimo pigmento ſcribantur litteræ in charta quamuis albiſſima, optime diſcernuntur, & legi poſſunt: Iccirco albus color è directo opponitur atro qualicunque colori, quemadmodum, & candidus diſtat à nigro, nihilominus ſub nomine albi intelligitur candidus, quemadmodum, & niueus, atq; lacteus, quanquam inter ſe aliquo modo differant, albus enim indicat liuorem, pallorem ve qualis eſt in cæruſſa; candidus vero eſt cum ſplendore, pro vt candida terra, & ouorum cortices præparati, nec non gypſum, lacteus atq; color conſpicitur in paruis buccinis albis, ſicut, & in calce niueus: ſcripſit de coloribus pigmentorum Plinius lib. 35. cap. 2. vbi aſſeruit parethonium, & melinum pigmenta eſſe candida, quæ nobis deficiunt, inde accedens ipſe ad expoſitionem ceruſſæ, ait eandem eſſe tertium colorem. Præterea duplicis generis conſtituit eam, vnam enim naturalem prodidit, quæ tunc temporis è plumbi mettallis effodiebatur, alteram vero factitiam eſſe meminit ex plumbo corrupto vapore aceti, vt docuit vitruuius libro ſeptimo de architectura cap. 12. de Ceruſſa, &c. & ante ipſum Dioſcorides lib. 5. de med. mater. & alij innumeri ſcripſerunt modum conficiendi ceruſſam. Verum expedit, vt horum aliquod afferam exemplum, quo parari poſſit pigmentum adeo candidiſſimum, vt facile conſequamur quod ſupra pollicitum fuit, hinc enim huiuſcemodi alia cōmode aſſequi poſſunt. Aſſumuntur igitur, cortices ouorum recentium, & optime lauentur tenuiſſime molendo ſuper lapidem porphiriticum, quod ſæpe fiat reiterando cum aqua communi munda, & limpida, tandem quieſcere, ac reſidere permittantur, quibus actis effundatur aqua, reſiduumq; ſoli exiccetur, fiet enim puluis albiſsimus, cui par non reperitur: vſus autem eius eſt, vt ſoluatur cum infraſcripto liquore videlicet.

Capæ gummæ ammoniaci quantum ſufficiat ad opus, mundetur à lignis, calculis, & ab omni ſorde lauetur, mox infundatur per noctem in aceto ſtillatitio, & tepido, vt diſſoluatur gumma, quæ inde coletur, & cum iſta colatura, quæ albiſſima erit, ſoluatur ſupraſcriptus puluis paratus ex corticibus ouorũ, & ita perfectum erit pigmentum albiſſimum. Præterea ſilentio hoc ferre ne queo, cum ſcitu dignum mihi videatur, nempe quod ex calce corticum ouorum pinſita aqua gummata, & albumine oui formantur vaſa, Imagines, & alia perpulchra, quæ ſoli exiccantur, ac inſtar lapidis indureſcunt, & alia ex his conſtrui poſſunt, quemadmodum ex ligno multa fabricantur, quæ tamen induſtriæ hominum relinquo.

Quomodo Pagina vno ictu pingi, ac diuerſis coloribus, varijſq; figuris impleri poſſit. Cap. XXIII.

DVm autem de diuerſis coloribus diſcurro, in mentem reuoco quandoq; ioco pinxiſſe chartas integras diuerſis coloribus, atq; figuris vno ictu tantum, quæ vage, ac ita iocundæ apparebant, vt ſtupor cunctis & admiratio ſumma eſſet. Quamobrem omnibus, vt ſatisfaciam, modū tam cito, ac variæ pingendi eas notifico, hæc eſt potiſſima chartarum figuratio, Varijs coloribus ornata. quod vt conſequatur opus, præparentur paginæ aqua aluminoſa; facilius enim ſatiuſq; coloribus inficientur; quamobrem madefiant cum ſpongia immerſa in aquam aluminatā alumine rochæ, inde exiccari omittantur, tunc paratæ erunt ſuſcipere omnes colores, vt ſequitur infra.

Cape uarios colores, ſingulos tamē per ſe, ac tenuiſſime molitos eosq; obrue in catinum magnum, & amplum aqua communi plenum, & vnum poſt alterum colorem infundes æquali portione; hij vero omnes decidunt fundum, tunc ſuper aſperge fellem vituli, cum tantillo ſaponis ſoluti in aquam, & illico conſpicies in aquam ſingulos e leuari colores, qui diſtincti natare apparebunt; tunc paginas extendes ſuper ipſam aquam diuerſis coloribus imbutam, vt madefiant, mox ſtatim ab aqua extolles eas, & deponantur, vt exiccentur: nam diuerſis coloribus, & figuris infectæ, pictæq; remanebunt.

Elegans Induſtria ad pingendas, varijs coloribus, pilas vitreas ſphericas quamuis amplas cum ore anguſto, quibus manus impelli neq; penicilla pigmentis illita vbiq; duci nequeant. Cap. XXIV.

COn ſtruatur à vitreariis pila vitrea orbicularis cuiuslibet magnitudinis cum orificio fiſtulari in ſummitate, quod trans verſali digito ſuperemineat pilam, ſitq; oris anguſti, vt vix peniculum ingredi poſſit quod admirationis cauſa eſt, quomodo tot diuerſi colores ſinguli diſtinctiq; per vniuerſam pilam induci poſſint, vbi manus cum penicillo vbiq; eos ducere nequeat: nihilominus admirari deſinet vnuſquiſq; cum nouerit hoc per pulchrum opus, quod ſequenti modo optime ſuccedit, Iniiciatur itaq; in prædictam pilam vitream modicum olei ex nucibus, mox eam circum voluendo vndiq; ducatur oleum, vt tota intus lineatur pila, & quod ſuper erit olei, euacuetur, inde intromitiatur penicillum illitum quouis colore aqua ſolutum, & digito medio alterius manus percutiatur ita, vt ex illo motu tremulo decidat à penicillo pigmentum diuerſis in locis, quo aſperſa pila vitrea efficiantur in ea lineamenta pleraq; puncta, hinc aliud introducatur penicillum in eandem pilam

Digitized by Google

pilam pigmento alterius coloris illitum detracto tamen primo, ac digito percutiatur modo ſupradicto, quo ſic proſequendo multis aliis diuerſiſq; coloribus diſtinctis infici poteſt. Verum vt vmbræ, figuræ, lineæ, & puncti, ac quecumq; alia ex diuerſis coloribus acta ſint in phiala vitrea ſtabiliantur, & in longum perdurent, ſuper ea recenter facta in phiala, pila ve dicas, introducatur gypſum tenuiſſime tritum, & circumquaq; vertatur, vt vbiq; adhæreat, & firmet ea picta, & colorata; reliquum pulueris ſi quid ſuperfuerit effundatur inferius voluendo, pilę orificium, & ita perfectum euadet opus.

Alterq; modus eſt, quo vnico colore cæleſtino intus pinguntur pilæ vitreæ ſphericæ, quibus montes cæli colore ſereni apparent. Cap. XXV.

CApiatur pila vitrea ad hoc munus parata, quæ non ob liniatur oleo, neq; alio liquore, at penicillum manu tantum intromittatur pigmento coloris cæleſtini illitum, tunc digito medio alterius manus prius flexo, & a police digito detento, ac inde aduerſus penicillum aliquo impetu relaxato percutiatur eum ita, vt diuerſis formis decidat ab eo fluidum pigmentū, & vndiquaque aſpergat ambitum pilæ internum, mox ſtatim introducatur gypſum tenuiſſime molitum, & circunquaque vertatur, hoc enim adhærer, ſtabilemq; colorem facit, pigmentum autem coloris cœleſtini paratur ex azurro tranſmarino, aut azurro Alemaniæ, aut ſmaltino Venetijs facto, aut ex prædictis aliis, quod magis arridet, diſſoluaturq; aqua gummata, & vſui habeatur ad perficiendum ſupraſcriptum opus.

Vernix qua effinguntur Coria aurata, inficit enim colore aureo folia argenti, & ſtamni ſuper inducta pellibus corij ſue, pulcherrimum inuentum. Cap. XXVI.

VT perficiam pigmentorum deſcriptionem & opus totum abſoluā, memini ſuper eſſe vſum coriorum quibus verſicoloribus pictis, & auratis magno apparatu veſtiuntur parietes. Aedium interiores: verum huiuſcemodi coria aurata decore pulchro niſu, ſummoq; ſplendore muris parietibusue applicant opibus abundantes atq; laſciui, quorum vſus equidem faſtum indicat: quemadmodum, & tapeta præſertim ſericea, auroq; intexta, vt Virgilius lib. 7. inſtratos oſtro alipedes pictiſq; tapetis: ſimiliter Plautus, neq; Alexandrina beluata conſuetaq; tapetia: Sic arbitror cætera aulea attalica picta verſicolori textura, beluatumq; ſpectabilia; ne opus igitur deficiat gratia huic materiæ præcipua, exponetur modus parandi huiuſcemodi pigmentum

vernicis quo pinguntur coria aureo colore.

Cape oleum lini ad pondus librarum trium, vernicis vulgo appellatur ſandaracha arabum, picis brutiæ ſingularum libra vna, croci vnciæ dimidium; ſi autem loco croci admiſceatur liliorum ſemen, quod in mediis floribus eſt, melius erit: coquantur hæc omnia ſimul mixta in olla vitreata, aut aheno inſtar pigmenti, animaduertendo, ne aduratur, at ſatius erit in hoc pigmentum immergere gallinæ pennam, ac ipſam illico extrahere, quæ ſi vſta videbitur, ſignum erit eius coctur æ, quamobrem vas deponatur ab igne, & in ipſum paſſim iniiciatur aloes epatici electi, & in pollinem redacti libra vna, aſſidue commiſcendo rudicula, tunc iterum exponatur igni, vt optime coquatur, quod ſi vi ignis occurrat in bullas extolli ferueſcendo, cum requiratur temperatus ignis, ne id ipſum effluat pigmẽtum, deponatur ab igne donec ſedetur fluctus, miteſcatq; feruor, & materia decidat, quibus actis rurſus igni placido exponatur, ſemper miſcendo donec ad vnguem incorporetur, & percoquatur; demum prorſus auferatur ab igne, & vbi aliquantiſper quieuerit, panno lineo, aut cannabino ſedulo coletur, & vſui coriorum ſeruetur, donec opus erit aureandi ea, quæ in primis parantur, vt mos eſt, quippe cis oui candido, vel aqua gummata argenti, aut ſtamni folia applicentur, vt æque ad hereant, & poliantur, quibus pigmentum calidum ſuperfunditur, inde ſoli exponuntur, & ſiccata tandem expolitaq; eueniunt viſu iucunda; gratia aloes, & croci, aut ſemine liliorum, ex quibus conſtat prædicta vernix coriaria, eorum enim facultas eſt inducere colorem aureum, cum munus hoc non exiſtat in vernice liquida vulgari, quæ componitur ex ſandaracha Arabum, hæc eſt gummi Iuniperi officinis recepta voce, vernix dicitur arida, ex hac igitur, & oleo lini fit vernix liquida atra, quæ tantum præſtat ad tabulas depictas illuſtrandas, atq; imagines, cum etiam ferro nitorem inducat, & à rubigine ipſum tueatur, & ſi vtraq; vernix liquida fiat oleo lini, quandoq; etiam oleo nucum vtuntur vice oleo lini, vtrunq; luteum æquidem videtur nullum tamen eorum aureum colorem inducere pollet; pro vt ſi adiiciantur aloes, & crocus: Verum vtraq; vernix ſuccurit ambuſtis, medeturq; hæmorrhoidarum tumoribus, ac earum dolores demulcet, contuſiones reſoluit, & vulnera ſanat, dum calida applicetur quotidie cum linteolis; at ſi per os aſſumatur ſingulo mane ad pondus vnius vnciæ ſanat hydropicos, & febrem quartanam expellit; pleraq; alia præſtare agnoſcemus hoc pigmentum compoſitum ve vernicis liquidæ cuiuſcunq;, generis, ſi æque ipſius ſimplicia ingredientia diſquitamus, & puta ſandarachæ Arabum facultates, nec non dotes olei è ſemine lini.

Sandaracha Arabum igitur eſt lachrima emanans à Iunipero, & in gummi concreſcit, quod dum recens eſt album, lucidum, atq; tranſparens, cum veteraſcit, autem ad rufum colorem inclinat, vuulgo appellatur vernix ſcriptorum, ab effectu, in vſum enim habent eam ſcriptores ſpargere ſuper chartam, ne difluat atramentum ſcriptorium, nam ipſa prout ſicca, & tenuis abſorbet humorem atramenti ſcriptorii, & ſiſtit eum. Præterea in medicina vſum habet, adeo quod aduerſus multas egritudines auxilium præſtat, calida, & ſicca eſt in primo ordine. Iccirco ſuffitu ſiſtit catharrum à capite defluens teſte. *S.* rapione, ſi intus per os aſſumatur quaſcunq; humiditates crudas phlegmaticaſq;

ſtomaci,

ſtomaci, inteſtinorumq; compeſcit, enecatq; cuiuſcunq; generis vermes, menſium fluxus, & hæmorrhoidas ſiſtit, tam ſi intus, quam extra adminiſtretur: ſputum ſanguinis cohibet dum potu aſſumatur, corroborat neruos à frigidis humoribus leſos, efficando: ſinuoſa vlcera, & fiſtulas in ſperſa deſſicat, ac carne replet: Si fumus vernicis aſperſæ ſuper prunas recipiatur infunibulo, vſque ad dentem affectum ſedat eius dolorem, ſi vero vernix arida, & intenuiſſimum pollinem redacta albumine oui ſubijciatur, hinc liniatur frons, cohibet ſanguinis fluxum à naribus, & cum oleo roſato permixta, inde lineantur ani ragadiæ, & rimæ conſolidabit eas, idemq; præſtat pedum, & manuum fiſſuris a frigore ortis.

Oleum vero è ſemine lini expreſſum, eſt proximum oleo chamæmelino, & multiplicem vſum habet, quibuſdam eſt vice olei communis, & pro lucernis, diu enim reſiſtit igni, & perdurat. Præterea vſu venit pictoribus, murarijs, ſculptoribus, ſtatuariiſq;, lignariis, ferrariis, aliiſue artificibus expetitur: Verum atq; medico vſui conducit, nam aduerſus conuulſionem præſtantiſſimum eſt, quoſcunque alios dolores illitum ſopit, duricies omnes emollit, neruorum tenſiones contractionesq; laxat, matricis, & ani affectibus ſummopere confert, lotumq; hoc oleum cum aqua roſa, aut nimpheæ prodeſt ambuſtis, & cauterii eſcaram tollit; & potu aſſumptum pleuriticis atq; colicis auxiliatur, verum recens ſit oportet, nam rancidum nauſeam excitat, & pluſquam conueniat calefacit. Quatenus oleum nucum non minus adminiſtratur oleo lini pro lucernis minoris diſpendii gratia, hoc etiam ſatis reſiſtit ne tam cito abſumatur igne; Præterea idem vſitatum eſt à Pictoribus, lignariis, & fabris, aſſerunt ipſi hoc excellere oleo lini in illuſtrandis picturis, eas enim ſatius tuetur, coloreſq; picturarum viuidiores efficit. Hoc autem oleum quomodo fiat recenſuit Galenus libro ſeptimo de ſimplicium medicamentorum facultatibus, vbi diſcurrerens de nuce ait, fructum eſſe oleoſum tenueq; Iccirco duplicem modum nobis ſcriptum reliquit eliciendi oleum ab ipſo fructu nucis, & primus modus eſt, vbi ipſe dixit ex eo fructu inueterato exprimere licet oleum, hic eſt vulgaris modus, quo eliciuntur olea ab omnibus fructibus: Alter vero modus perficitur diſtillatione, quam apertiſſime expoſuit eodem in loco Galenus his ſequentibus verbis: Tunc ſane admodum fit per halitum euaporatorium: etenim iſta ſatis patent; miſſa faciamus, vt properemus ad facultates ipſius olei, quas conſtituit ipſe Galenus loco ſupracitato dicens Itaq; quidam eo gangrænas, & carbunculos, & egilopas, hæc ſunt fiſtulæ lachrymales, ſanāt: ac non nulli ad neurotrota hæc ſunt neruorum vulnera, vtuntur, his aſſenſit Ioannes Meſues, verum etiam addit oleum ex nucibus regijs flatus craſſos diſſipat, Iccirco probatum in dolore colico a flatibus, nam receptum per cliſtere oleum nucum cum vino potenti, aut ſumptum per os, potenter flatus diſcutit, & dolorem tenſiuum ſanat. Verum etiam recentiores huius temporis Medici experientiam habent, quod oleum nucum hauſtum ad pondus quattuor vnciarum reſoluit dolores colicos, atq; renales. illitumq; tumores diſcutit puncturas neruorum, & attritum, & ſcabiem ſanat, ac eo ſatius agit mixtum cum calce lota, & docuit Galenus lib. 6. meth. med. de punctura nerui: ambo enim hæc ſine morſu ſiccant, & digerunt.

Digitized by Google

De Aloe,& croco ne verbum dicam,tam enim abunde, ac ſtudioſe diſſertum fuit à ſcriptoribus clariſſimis cuiuſcumq; ſectæ, ac ætatis, vt ea repetere neceſſe non habeam: verum ſi quis ſcire cupiat eorum doies conſulet Dioſcoridi, Galeno, Meſue, & alijs, qui difuſe ipſas tradiderunt. Quamobrem ne tam diu in his immorer, cum ad ſextam deſcriptionem iam properare coactus ſim, tantummodo redeam ad vernicem aridam, ſed paucis me expediam, nollem tamen in calamo retineri aliud pulcherrimum opus quod exequitur eadem vernice arida ſcriptorum, cuius vncia infunditur per diem naturalem in vncias quinque aquæ vitæ optimæ, & perſiſtet aqua limpida, & quodammodo glutinoſa infecta ex ipſa vernice: Iccirco idonea ad illuſtrandas omnes figuras per quam tenuiſſimas, ſiue ſint in tabulis, aut in carta aut folijs, aut quibuſcumque aliis; quippe ſuper eas penicillo ducitur ipſa vernicis aqua, & illico virtute propria facile exiccatur, quod pulchrum eſt, ac ſatis operi congruit. Idipſum præſtat ſuccus Cyrenaicus cōdenſatus, qui vulgo dicitur Benzoi, alio quin belzuinum, ſi vice vernicis tritum infundatur in aquam vitæ eodem tempore, ac modo vt ſupra, euadet enim odorifera aqua glutinoſa, & lucida, pulchra, & idonea, in frequenti vſu ad illuſtrandas quaſcunque figuras in Carta, aut ſericeis, pro vt ſuperior agit, quanquam a quibuſdam magis approbetur aqua infecta vernice arida ſcriptorum ex qua deductum eſt nomen, ac ea abſolutus eſt terminus, & finis impoſitus Quintæ Deſcriptioni.

Digitized by Google

SEXTA DESCRIPTIO

DE OLEO VITRIOLI,

nec non de ipſius quinta eſſentia.

De Ignauia quorundam Recentiorum. *Cap. I.*

ABſolutis atramentis & alijs pertinentibus, hoc libro complexis, tempeſtiuum iam eſſe memineram aggredi opus Sextæ Deſcriptionis; cuius pręcipua baſis ſita eſt in diſtillatione aquæ, & olei a Vitriolo ac ipſius ſalis ſegregatione, Dum autem ſuſcepti oneris curam exequi vellem, ſæpius mente agitaui, hæc præ alijs medicamentis deſueuiſſe recentiorum, inſciorumque quoſdam huius Regionis ac ætatis: quanquam eadem medicamenta veteribus innotuerint, immo ipſis conſuetiſſima, & alibi etiam noſtro æuo familiaria ſunt, ac in frequentiſſimo vſu habita: nihilominus hic huiuſcemodi medicamentorum vſum plerunque latere cum ipſis, non modo pharmacopeos, verũ atque medicos imperitos quoſdam agnoui: quamuis de pharmacopeis parum refferat, cum non ſit hoc eorum munus, præterquam operari medici iuſſum, nil enim aliud percipiunt pharmacopei quam coquatur & miſce incorporetur ſecundum artem, ſeu quocunque, modo præcipiatur a medicis: nam inſtituerunt medici operationem pharmacopeis, ceu indignam Medici Maieſtate, cuius eſt præſcribere & non operari, cum etiam neceſſitas medicis incumbat viſere ægrotantes eiſque curam præſtare, quibus occupatiſſimi excuſantur ab alijs laboribus; quapropter reliquerunt operationem pharmacopeis, a quibus factoribus & venditoribus publica habentur pharmacopolia, ordine tamen medici diſtribuenda: Etſi ex pharmacopeis reperiuntur quidam adeo audaces & ſordidi, qui auaritia impulſi multa medicamenta temere & inconſulto citra medicum diſpenſant ac ſæpiſſime quid pro quo vſurpant, cum etiam quod, quantum, quibus, & quando exhiberi oporteat ſatis ignorẽt, hinc fel pro melle ſæpiſſime propinant: quamobrem ſatius eſſet vt ſpeciales, pharmacopeive appellentur omnes parerent medicis tanquam ſuis ducibus, vt mos ſemper fuit idemque perſuadet ratio: nec putent pharmacopolæ ſe medicis anteferri impudenter enim vanam ſibi compararent auctoritatem, nimiumque ſibi tribuerent, quæ in eis non ſunt: huiuſcemodi homines arrogantes appellauit Ariſtotiles in Ethicis: Vbi præclara & ea quæ non inſunt & maiora quam inſint ſibi fingunt: iccirco Galenus libro primo de diebus decretorijs capite vndecimo ex mente Hippocratis appellauit Naturæ miniſtrum re vera Medicum non pharmacopolam quendam ex triuio, tantum enim hic a iuſta naturæ mi-

Digitized by Google

niſtri appellatione abeſt, vt etiam maxime contrarium nomen ipſi magis conueniat, inimico videlicet naturæ & ægrotantium hoſti iure appellato: ex his a Galeno expreſſis conſequitur conuinci ſpeciales ſeruire Medicis, eiſque obſequi, rurſus enim Galenus libro ſexto Epidemiarum apertiſſime inquit ſeruitores ipſius medici ſunt herbarij, confectarij, emplaſtrarores, ſpeciales, barberij &c. Vis itaque ſpecialium pharmacopeorūque, atque eorum fortunæ conditio abiecta cogit ipſos ſeruare medicorum mandata, non enim decet eos extra medicorum inſtitutū iter deflectere, ſic iuris conſtitutio ſubijcitur, alioquin multa comittent errata, quæ in ſcelera atque verti poſſent maximo ægrotantium detrimento: quamuis hanc habeant conſuetudinem, non omnes, ſed flagitioſi tantum & iniqui ſumma arrogantia cum auaritia ducti, quemadmodum atteſtatur Lucretius Poeta antiquiſſimus libro tertio de rerum natura ita dicens denique auarities & honorum cæca cupido, quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines iuris: & interdum ſocios ſcelerum atque miniſtros noctes atque dies niti præſtante labore ad ſummas emergere opes: at de his fuſius tractauit Ioannes Antonius Lodettus in Dialogo de impoſturis ſpecialium pharmacopolarumve quæ omnia Omnipotens Deus immenſa pietate auertat: huiuſmodi vero pharmacopei ſunt ſpurij nugiuenduli, qui ſæpe ridicula pleraque circumforaneorum more in admirationem inſciorum oſtendunt; artis opera vera & propria omittendo, ita vt ſuam artem temere profiteantur: quamobrē ab his tanquam hoſtibus auidis & iniquis mercenarijs, qui ſpem in lucro & pompa collocant diſtent gentes, atque diſcedant: hæc ideo de impoſtoribus pharmacopeis dixiſſe velim non de candidis bonis & diligentibus pharmacopolis, quos Deus cuſtodiat: Præterea vero omnia quæ ad pharmaciam ſpectant æquum eſt noſcere medicos, vt pharmacopolis præcipere ſciant, ſi ſuo honori ac ægrotantium ſaluti conſultum velint: medicamenta autem atque eorum præparationes negligunt quidam neſcientes quid vtilitatis, quinimo pauca reſpicientes verbis potius inanibus & cauillatorijs abundant quam medicamentis, ita quod partem medicinæ vtiliorem omittunt, de quo mirum fertur, quare ſilentio præterire non eſt eos, qui vmbram potius & corticem præhenderunt quam eſſentiam & fructum verum: huiuſcemodi lapſum contingere eius quoque tempore conqueritur Galenus veluti ſcripſit libro quarto de anatom. adminiſtrationibus capite primo ij laſciue inuiſere ſolent ægrotantes iuxta aulicam, non medicam profeſſionem, mos equidem fallax & phantaſticus, nam tali apparentia gentes ſeducunt & in mortem adducunt ſua ſophiſtica medicina, cum veram ementiantur: veruntamen ſat eis videtur vulpina cauda ſui blādi ſermonis præ ſtupore ſe ſe inſignire hoc ſeculo ſed in alio apud Inferos degent: nihilominus veteri ſuæ pelli immori malunt quam prudentis ſerpentis imitatione noua aſſumpta ſenectam deponere: O Bone Deus quot iſti immolant Plutoni, ſuis enim adulationibus ægrotantes decipiunt; vt nummorum maiorem copiam emungant, donec eorum crumenam euacuent præſidij tamen ſimulatione & inani oſtentatione potius quam effectu, ignorationem ſuam tegunt quamobrem ægrotantes magis perturbant & in grauius diſcrimen adducunt ac ſæpe eos cum morbo de medio tollunt: de huiuſcemodi farinæ medicis conqueſtus eſt Galenus libro primo methodi medendi capite

primo

primo vbi ait non optimum medicũm ſed familiarem & adulatorem in maiori prætio haberi, qui inſtar mancipij morem gerit præcepto ęgrotantis, Idem inſinuat ipſe Galenus in libro Hippocratis de ratione vict. acut. comment. primo: rurſus primo method. vt ſupra vulgus non diſcernit meliorem medicorũ a viliori ſed qui ipſis maxime adulantur: hinc euenit vt cuiuslibet generis homines ac mulierculæ in Medicinæ artis opera inſiliant, hiſtrionum & circulatorum more: quapropter idipſum agere atteſtatus eſt Galenus Sutores atque tinctores, fabroſque &c. qui citra rationem omnique experimento ſoluti ſed adulatione tantum omnia promittunt: neſcientes quantum deteſtatus ſit adulationem ceu pernitioſam Diuinus ille Plato in Phedro, ipſamque vocitauit beſtiam humano generi peſtilentem, quam Gramatici appellarunt vitium Canum, nam corporis geſticulatione & caudæ motu nobis blandiuntur Canes, quod inde tractum ad homines quoque in conſuetudine venit apud blaterones qui Medicæ arti ſophiſticis ſermonibus non operibus ſtudent: cum tamen medici opus non in ſermone ſed in cura poſitum ſit, quamobrem hos velim apprehendere quod nobis ſcriptum reliquit Cornelius Celſus in proæmio libri de re medica vbi animaduertit non eloquentia morbos ſed remedijs curari; quod antea prodidit Hippocrates libro de Medico quærit enim æger non ornatum ſed auxilium: & libro de decenti ornatu ait medicum opere eſſe oportet non ſermone: præterea Galenus monuit nos experientiæ operam nauare atque rationi tanquam altero pede nixos, ne in tam pręclara medicinæ profeſſione claudicemus; nihilominus ex ſtolida huiuſcemodi medicorum turba pauci exacte ſequuntur veſtigia Galeni & ſi temere ſimulant ipſius Galeni animam tenere attamen detegitur eorum fallacia, vbi citra Galeni doctrinam, immo abſque iudicio latrant ac citra experientiam garrulant de medicamentis: O quam magna fatuitas vbi nequaquam audet adhibere medicamentum quod eis non videatur ſcriptum a Galeno, quanquam ſatis aperte fuerit ſcriptum ab ipſo, verum enim ſtolidi non eum forte legerint aut oculis carneis ſeu corporis vix tantum percurrerint vt prouerbialiter dici conſuetum eſt nulla habita animaduerſione ſenſus nec mentis Galeni & vix literæ, nil mirum itaque ſi non æque perceperint eius doctrinam: reprobant enim ipſi & abhorrent ea quæ Galenus maximeque probauit & in vſum habuit & ideo immemores inſcijque ſe gerunt diſciplinæ Hippocratis & Galeni: verum de his plurimum conqueſtus eſt Galenus libro de theriaca ad Piſonem capite tertio ait enim qui puerili ter decreto Aſclepiadis addictus eſt ſtudio ambitionis vt dixi aſpicere diſſimulat: omniaque potius figmentis probabilibus conatur inuenire, quam propriam cuiuſque medicamenti facultatem vere confiteri, at ſi eis accidat quandoque nouis vti medicamentis quæ nunquam fuerint a Galeno recenſita immo ipſi penitus ignota ignorant tamen rudes rationem, qua ceu impetiti adminiſtrant ea & ad inſtar ouium inſequuntur viam vulgarem & magis tritam & ad voluptatem aliorum ſe gerunt more Populi.

Prædi-

Prædictorum exempla. Cap. II.

MEmini nanque medicum & philoſophum quendam profeſſorem ex cohorte medicorum vrbis olim clam me inuiſiſſe puerum nobilē angina correptum cuius curam ſuſceperam ego iam quoque decreueram actis ſeruatiſque vniuerſalibus applicari circa guttur ipſius ægrotantis emplaſtrum ex Caſſiæ Aegiptiæ medulla admixta oleo amigdalorum dulciū, quod tantopere approbatur ad demulcendum leniendumque dolorem & inflammationem ſedandam: Ille autem medicus intelligentiæ & conſilij inops aduenit ad ægrotantem clam me animoque inuerecundo ſuaſit nugis familiares amouere emplaſtrum caſſiæ & abiicere illud aſſerendo frigidam repercuſſiuamque exiſtere caſſiam ita quod intus repellere potuiſſet anginam & obſtringendo fauces intercludere ſpiritum ægrotumque ſuffocare, ex quibus deterriti Parentes cunctique familiares illico proiicierunt emplaſtrum: at paulo poſt reuerſus ego ad ęgrotantem, quem animaduerti nudum habere guttur emplaſtroque deſtitutum, tunc anxius huius euentus inopinati cauſam cum ſcire cuperem, penitus enim ordinationi a me iam conſtitutæ reſiſtebat, mihi inſinuarunt familiares talem fuiſſe intentionem cuiuſdam medici propinquę domus, quem coram me vocare exoraui eos, exindeque acceſſit ipſe animo ini quo vt ſi inſectari me vellet, quæ ſane conditio feræ potius eſt quam hominis, cui tamen quanta cum humanitate poteram ſermonem contuli de caſſiæ ægiptiæ facultatibus ipſe autem medicus odioſe repetiit potius opinione populi, quam veritate, neque vlla peritia ductus aſſeruit audiſſe nempe caſſiam ſiliquam eſſe frigidam quia refrigerat idcirco cōſequenter repellit: ex quibus incaute prolatis noui hunc medicum adhærere populi vocibus maluiſſe nec didiciſſe articulum: rurſus autem ei dixi, quorſum hæc tam inconſiderata, ne grauiori verbo vtar, ſi propugnas tua opinione ei rationem ſuggerere teneris, vt docuit Galenus libro tertio de atra bile capite octauo vbi redarguit Eraſiſtratum, quia non addiderit rationem ſuæ ſententiæ: at ſi tibi deficiat ratio afferas celebrem aliquam auctoritatem aut experientiam, hæ ſupplere poſſent, nam ipſis omnia probantur, vllam vero prædictarum probabilem afferre nequis cū nulla adſit: cur igitur perſtas in tua inani opinione nollem te loqui de iis tam inſcite, præterea inuidiam relinquere te hortor humanitateque iudicare quod de ſalute & vita huius nobilis pueri agitur: verum ne contentioſe tecum rem agere velle videar tibi parumper cōdono caſſiam refrigerare poſſe inflammationeſque ſedare non tamen frigidam eſſe neque repercuſſiuam, vt vllo modo intus repellere nequaquam poſſit materiam inflammationis aſſentitur: idcirco operæpretium duco diſtinguere quod eſt actu ab eo quod eſt in potentia, alterum quod eſt per ſe, & quod eſt ex accidente auctore Galeno libro primo de ſimplic. medic. facultatibus capite nono, Idipſum habetur libro vndecimo methodi medendi: idcirco multa medicamenta calida ſunt qualitate, quæ tamen proprietatem habent a Cælo quippe euacuandi humores feruentes, quibus eductis remanet corpus refrigeratum, quod ex accidente euenire dicitur quemadmodum prodidit Galenus libro tertio de temperamentis nec non libro

Digitized by Google

bro quos purgare conueniat; ſic igitur ex accidente refrigerat caſſia nam quo-
quo modo aſſumpta educit humores biliosos, qui ferventiſſimi ſunt, quamobrē
inflammationes ab ipſis humoribus concitatas conſequenter tollit quamuis
qualitate calida & humida ſit caſſia vti palam eſt omnibus qui caſſię tempera-
mentum ponderare velint, quod a ſapore dulci ipſius caſſiæ deprehenditur nā
omne dulce calidum eſt vt eſt legere in Galenum libro quarto de ſimplicium
medicamentum facultatibus, idem repetit libro nono aſſerēs omnem ſuccum
prouenire dulcem a temperato calore: rurſus libro quinto de ſimp. med. fac.
ait dulce concoquit laxat & rarefacit ſat ſi tibi non ſufficiant rationes deprom-
ptæ a teſtimonio Galeni conſule Arabes & Actuarium ex poſterioribus græ-
cis licet primi fuerint Arabes qui in vſum poſuerunt caſſiam ſolutiuam & prę
cæteris Ioannes Meſue libro ſecundo de medicamentis ſimplic. purgantibus
cap.6. Vbi ſcripſit medullam caſſiæ fiſtulæ, ſiliquæve Aegiptiæ dicere malis eſ-
ſe dulcem nigram ſalutiuam & humidam primo ordine in calore autem pa-
rum medium temperatumque excedit lenit & aluum clementer ſubducit bi-
lem & pituitam a Ventriculo educit febribus inde ortis confert ſitim phleg-
monaſque ſedat & reſoluit: præterea Auicennas libro ſecundo Tractatu ſecun
do cap.193. de caſſia ſolutiua inquit eſt reſolutiua lenitiua confert apoſtema-
tibus calidis in viſceribus & linitur ſuper apoſtemata dura liniunturque ex ea
iuncturæ doloroſæ e podagra: ita quod caſſia tam intus hauſta quam extra
admota & illita lenit & reſoluit, acredinem tollit & inflamationes delet re-
ſoluendo tamen & non repellendo vt tu ſomniabas: repellunt enim & aſtrin-
gunt cogunt & denſant quæ frigida ſunt qualitate teſte Galeno libro 9. de
ſimp. med. facult. idipſum iam ſcripſerat lib. 5. eiuſdem facultatis: idem quo
que legitur libro 14. methodi meden. præterea libro ſexto de compoſit. medic.
ſecund. loc. necnon tertio libro dixerat repellere tum auſtera tum acerba: op-
poſitum autem deprehenditur euenire ex caſſia: ea enim eſt dulcis mollis tem
perate calida & humida, cuius facultas eſt concoquere lenire ac reſoluere: rur-
ſus vero ſi quæ diximus paruifacis, nam tibi videantur excurrere opinionis tuę
inſanæ limites, quam tantum infregi ac in nihilum redegi, nihilominus ani-
mum forſitan habes inflexum adhærere experientiæ, cui potius credis vt Ci-
cero libro primo de Orat. ſcripſit adiungatur vſus frequens qui omnium ma-
giſtrorum præcepta ſuperat: intueri vero oportet fallacem & periculoſam eſſę
experientiam quemadmodum Hippocrates Medicinæ Oraculum libro pri-
mo afforiſmorum præſertim empiricam vt tua videtur ſine iudicio: quamo-
brem requiritur methodica quippe non caſu ſed effectibus iugiter pateat cum
ratione coniuncta vt altera cum altera comprobetur idcirco ad noſtri pro-
poſiti confirmationem nempe de caſſia adducam atque conſenſum eſſe om-
nium medicorum noſtri ſeculi, qui quam maximæ exiſtimationis ſint in lite-
ris ac etiam experimentis verſari noſcunt quotidiana experientia Caſſiam ęgi-
ptiam prædictam exiſtere dotibus quas ei ſupra aſſignauimus: & ideo iam tot
ictibus arietis nempe rationis & auctoritatis verum atque iugis experimenti
concuſſus conuictuſque es deponere falſam tuam opinionem lubrico funda-
mento conceptam ac veluti deridendam abiurare & reſpuere eam quę cū hac
veritate commutare coactus es: his auditis obmutuit ſtupidus ille medicus

nec impudentiam effugere potuit quin ęgrotantis parentes e domo expulerint contumelijs inſulſum hunc medicum, vnde rurſus mihi curationem ſupplicationibus delegarunt, quam ſedulo abſolui & ſanus euaſit puer tandemque parentes voti ſui compotes fuerunt omnes: Aliud exemplum cuiuſdam ex cœtu medicorum vrbis ingenio rudis recenſere mihi occurrit: dum enim vocatus acceſſi ego ad quendam ciuem ſtrato iacentem ob grauiſſimæ ægritudinis cauſam mihi obuiam venit laſciuus quidam petulanſque medicus qui philoſophiam profitebatur quamuis eam parum olfecerit idcirco nequaquam re ſed nomine tantummodo philoſophus opinatur deriſione dignus ignorauit enim ipſe nil aliud eſſe philoſophum quam Venatorem Sapientiæ quemadmodum ſcripſit D. Nicolaus de Cuſa Cardinalis libello de Venatione Sapiētiæ: ſed ab ea ſatis ſuperque diſtabat iſte, qui chachinando emphaſi mihi dixit ab re vocarunt te familiares huius honeſti viri vt ei præſtes aliquod remediū ipſum enim magnopere ægrotare exiſtimant, miror tamē ego cum agnoſcam eum ab omni morbo immunem, ipſius enim pulſum percipio rarum & vno verbo dicam naturalem, caloremque carnis paruum, nec alio vitio affectum puto præterquam appetitus ablatione oppreſſum ſenſi: quare ei conſului edere piſces ſalitos veluti ſardinias ex fructibusque oliuas conditas & cappares & alia ſalſa, nec non acetaria præſertim ex naſturcio cæteraque condita cum cinamomo, zingibere, & ſinapi & alijs aromatis acutis cuiuſcunque generis, quę appetitum excitare poſſunt, vuaſque ac vinum dulce & generoſum potenſque calefacere ventriculum approbaui ac ſummatim omnia exhibui, quæ ei placere putabam vt comederet: ſic nugabatur ille: familiareſque interim murmurando conquerebantur de inſcitia illius medici & ore rotundo dicebant in caſſum fuiſſe omnia ab eo ſtatuta nam in peius ſemper verſit æger, noſtraque ſpes euanuit: & hac circumloquutione ad ægrotantem ingreſſi ſumus, eique vt mos eſt ſalutem diximus, verum æger ipſe lingua impeditus inſtar trauli acceptam ſalutationem quanquam niteretur reddere non potuit: quapropter cum ipſum non balbutire alias agnouerim admiratus inquirere cepi huius difficultatis loquendi cauſam & perſuaſi ęgrum oſtendere linguam, quam nigram aridamque inſpeximus aſperam & rimoſam doloreque ac ingenti ſiti torquebatur æger præ interno caumate licet algerent externa: præterea ſi ad pulſum me referam dum tenebam digitos arteriæ brachij applicatos nequaquam ſuſpenſos intermittentem comperij pulſum nempe ictum motumve dicas arteriæ occurrentem: cuius euentus erat ex morbo praui moris non ætatis imbecillitate nec conſuetudine ſed ex maligna affectione quam in corpore delitеſcere cenſui: præterea inęqualem in motu per ſenſi pulſum qui indicabat facultatis infirmitatem & inſtrumentorum validam opilationem aut compreſſionem ex inſigni humorum copia vt prodidit Galenus libro ſecundo de cauſis pulſuum capite tertio: his notis ſuaſi neſcium illum medicū vt ęgri pulſum tangeret qui vix ſummitatibus duorum digitorum leuiter tetigit brachiū inferiori eius parte citra locum arteriæ & illico fere eleuauit manum nullis dictis: ex quibus nunquam ſum adductus vt crederem prædictum medicum percepiſſe pulſum neque eius motum agnouiſſe, quippe ipſe ignorabat quā nā ratione manus eſſet pulſui admouenda, hinc etiam noui eum inſulſum eſſe ad

principia

principia ac veluti elementa artis non exercitatum, quare ipſum docui admouere manum digitoſque omnes applicare arteriæ diuque per manum tenere ac modo comprimere vt ſatius arteriæ ictum comprehenderet ac eius interuallum ſiue quietem inter duos ictus: nam ex interuallo tres principales diſcernuntur pulſus, quorum vnus creber eſt qui breue quietis tempus habet: Alter dicitur rarus quia fit longo temporis ſpatio: Tertius vero vtriuſque medius fit cum diſtenditur arteria moderato tempore interpoſito: in hoc naturales pulſus continentur priores vero ambo præternaturales ſunt a quibus reliquæ deſumuntur pulſuum differentiæ teſte Galeno libro de differentiis pulſuum, at ſub differentia rari pulſus continentur deficiens & intermittens, qui inter ſe differre diſcernuntur ex prolixitate temporis in pulſu intermittenti diutius quieſcit arteria quæ non mouetur & dicitur intermittens, pulſus aliorum periculoſior, ex hoc enim maior numerus ægrotantium perit auctore Galeno libro ſecundo, præſag. pulſ. indicatur enim cordis calorem extingui ac reſpiratione deſtitui: præterea cognito intermittenti pulſu ipſins ægrotantis cominus intuiti ſumus eius lotium malum pernitioſumque, quippe liuidum & perturbatum erat quale iumentorum conſpicitur de quo legitur in com. Galeni in lib.4 aphoriſm. Hippocr. aphoriſ.71. valdeque fætebat: his omnibus expoſitis torpido illi medico addidi ne ſopita iaceat conſcientia tua in poſterum hæc eu res maiori diligentia animaduertere, nempe naturam morbi temperaturam ęgrotantis vires ac cõſuetudinem a quibus aſſumitur indicatio medendi alioquin innumeros imperitia tua deceptus ęgrotantes enecabis, ceu gladio furioſi faciunt: exemplum tibi ſit malus euentus, flebiliſque calamitas huius infælicis ægri, qui ob tuam deceptionem exhalabit animam: quomodo neſcis hunc virum non eſſe febre correptum & lethali cum vehementer conqueratur ſiti intenſa imo interiori calore igneo feruet & vritur, vt patet ex ore eius, palato, & lingua aridis & nigris omnibus exiſtentibus, exterioraque algent iuxta aforiſm.48. Hippocr. in lib.4. aphoriſm. in febribus non intermittentibus &c. Idem repetit Galenus com. in prædict. pulſ. febris ardens lethalis interna torret, externaque vix excalfacit: verum tu ignoras calorem natiuum conſiſtere in ſimmetria calidi frigidi humidi & ſicci teſte Galeno libr.2. com. in primo epidem. & aliis pene innumeris locis: hæc equidem faciunt inappetentiam cuius cauſas ignorabas, idcirco fatue exiſtimabas eam abolere, excitareque appetitum exhibendo vinum dulce & generoſum cibariaque ſalſa acria & vrentia, quibus aucta eſt febris, ac eo magis deſtructus eſt appetitus edendi: ex aduerſoque egiſti augendo ad extremum bibendi deſiderium: præterea ſtupeo cur pulſum contempſeris citra rationem paruifaciens eum quem ſupra explicauimus eſſe lethalem: rurſus memineris vrinam ipſius ægrotantis conturbatam turbidam atque valde fætentem eſſe pernitioſam vt ſcriptis prodidit Galenus com.2. in libr. Hippocr. de human. nat. quod etiam memorauit lib. præſag. Idem quoque aſſerit com. in lib 3. Hippocr. de vulg. morb. vbi affert exẽplum muſti: tandem facto cernimus ægrum immodice vigilare ac delirare viribuſque languidis exiſtere quibus omnibus perpenſis præſagire licet mortem ei proximam: hanc vero admonitionem quanquam ægre ferre viderent inſipiens ille medicus nihilominus conuictus & rubore ſuffuſus puduit animique

morſu

morſu ſuum mutauit placitum & in ſententiam meam facile inductus fuit: denique vero ægrotantis familiares indignati inſolentia illius medici depulerunt eum maximis opprobrijs, imo fuſtibus lignisque & ſaxis cedere volebant niſi ego charitate ac eius miſeratione motus eis obſtitiſſem.

Ex huiuſcemodi medicorum grege alter prouectioris ætatis nomine potius apud vulgum quam re vera medicus, leuis quippe & inconſtans demonſtrabitur hiſtoria recenſenda cuiuſdam mercatoris dyſſenteria laborãtis cum torminibus & febre cui curationem adhibebat medicus iſte, verum vt ipſi conſulerem vocatus fui & dum ſecum collocutionem agere volebam viſus eſt ipſe medicus ſatis fidere meo conſilio nam citra vllam relationem non impartitus eſt quidquid hucuſque operatus eſſet nulla igitur expoſita informatione de natura morbi de temperatura ægrotantis & ipſius conſuetudine, vt mos eſt fieri, & ſic expoſcit ratio, quod etiam aſſeruerunt veteres & noui ſcriptores per quam celebres: petijt a me extra ordinem ſi aquam villenſem in potum exhibendam cenſerem patienti dyſſenteriam cum torminibus & febre: cui illico ſatisfeci exponens regulas obſeruandas antequam miſeri ægrotantes relegentur ad potum aquarum thermalium & primam inſinuaui quod operæpretiũ ſit intueri an potus aquæ medicatæ congruat naturæ morbi nec ne: 2. vero an ſubiecti habitus conſentiat vel repugnet potioni ipſius aquæ: 3. requiritur tempus aptum: & in 4. locus vt æque idoneus ſit; tandem in quinta regula conſideratur ſi purgatio conueniat & qualis præcedere debeat potum aquarũ thermalium, his præmiſſis cum alijs requiſitis rurſus perpendamus ſi dyſſenteria huius noſtri patientis eueniat ex febre prout equidem eueniebat, nequaquam exhibenda eſt aqua thermalis, pleraque alia inferre volebam vbi medicus ille interpellauit me & conquerens ipſe de alio medico anteriori dixit heu mihi accidit vano alterius medici conſilio exhibuiſſe aquam villenſem huic miſero patienti febrem cum dyſſenteria nulla excogitata ratione morbi, proinde ex eo tempore quo cepit aſſumere aquam medicatam ſemper in peius verſit, non animaduertimus enim cauſam malæ affectionis ipſius infirmi cum a cauſæ abolitione inchoanda eſſet curatio vt ſupra expoſuiſti: idcirco te exoramus vt ſententiam tuam pronunties nempe quid agendum ſit vt ſubleuetur patiens ab infeſtatione tum febris cum etiam dyſſentoriæ quibus vſque ad defectionẽ vitæ ferme ductus eſt: ſpem autem bonam in animo concepi quippe hunc noſtrum ægrotantem euadere poſſe ſuffragio tui conſilij: cuius honeſtæ petitioni obtemperans ego per quam potui opem ferre libenter nixus ſum, idcirco multa ei expoſui quæ ſumme conferre poterant quibus inde melius ſe habuit æger per decem dies in circa ijs vero elapſis recidit imo in peius relapſus fuit quamobrem rurſus vocarunt me, & tunc medicus ille mihi dixit fauſtũ omen in te coniijcimus & ideo æger rurſus tuum implorat conſilium: hinc ego petij ab illo medico an penitus abſoluta fuiſſent iam altera vice propoſita: proinde reſpondit partim quædam executioni mandata ſunt, vbi vero vidimus ægrum in melius vergere omiſimus alia, veruntamen familiares colloquium interrumpentes dixerunt coram ipſo medico, nos ſemper ſuggeſſimus decoctum herbarum vulgarium vice ſyrupi iuſſu ipſius medici, nec aliud egimus idemque, vt faſſus eſt ipſe medicus, qui correctione mea emendatus ſua puduit inconſtantia

conſtantia fruſtratus enim eſt expectationem, quam habere viſus erat in conſilio, quod citra executionem nihil prodeſt: in varias igitur reprehenſiones incurrit dum enim vnum genus concipit, aliud ſimul apprehendit: quare mecũ ipſe ſæpius excogitaui prædictum medicum nihil faciendi eſſe ingenij inopẽ infelicemque, qui tum vni ac tum alteri opinioni adhæret non ſecus quam equus fræno coactus aut calcaribus preſſus, & ſæpe in æquiuoco laborat cum nullam habeat rationem ægrotantis temperaturæ, ætatis, virium affectionis, & cauſæ temporumque morbi, & anni aeris cæterumque omnium quæ maxime neceſſaria ſunt ad curationem recte inſtituendam, at nulla diſtinctione adhibita vſus fuit decocto herbarum vulgarium in iure carnis quod magis facit ad culinam pinguefactionem, quam ipſimet medicinæ, etſi in hac Vrbe habentur vſu frequentiſſimo a pleriſque hypocritis, & ægrotantium coquis prout ſi vno calopodio velint omnes pedes calceari, idem enim omni morbo omnique humorum vitio indiſcriminatim adminiſtrare non verentur, quam rudes ij ſe gerunt: rurſus igitur conſului ipſi medico, vt maiori diligentia ſuppeditaret remedia a nobis propoſita quibus tandem æger euaſit, & ad priſtinam ſanitatem redactus fuit: et ſi plura huiuſcemodi errorum exempla adducere poſſem nihilominus in hoc tertio conſiſtere decreui; eſt enim numerus ſacer diuinus, & potentiſſimus, & ſi impar eſt tamen perfectior pari nam illum cõprehendit, & non comprehenditur ab eo iuxta mentem Pythagoræ quem ſecuti ſunt Platonici, & Ariſtotelici qui voluerunt omnia perfici ex numeris mathematicorumque initiis quorum ordine ſumme approbatur triada ideſt numerus ternarius tanquam ſumma perfectio quibus aſſenſit Plutarcus nec non D. Nicolaus de Cuſa Cardinalis prodidit eſſe manifeſtiſſimam inquiſitionem Sanctiſſimæ Trinitatis in vnitate, & vnitatis in Trinitate ſemper adorandæ; quapropter hic conſtiti nec longius me extendi patior ne legentes tedio afficiantur cum huiuſcemodi alia comprehendere poſſint mente ſua.

Qui falſo ſe putant Galeni diſcipulos. Cap. III.

MAgna enim eſt medicorum turba, qui inſcite prorſus Galeno repugnant, & contradicunt quamuis inaniter iactent Galeni ſe eſſe ſequaces: cum aſſeruerit Galenus ipſe libro 14. methodi medend. cap. 17. plurima ſuo tempore innoteſcere quæ maioribus ſuis ignota fuerant: nam tempore cuncta docuit experientia teſte ipſomet Galeno libro primo de ſimplic. medicam. facult. ex quibus patet aſſenſiſſe Galenum tempore inueniri poſſe noua medicamenta ratione tamen atque experientia, quamuis omnia non fuerint ab eo recenſita cum neque omnia Galeno cognita fuerint neque aliis antiquis, quæ poſt facta ſecuta ſunt, iccirco inquit Cicero lib. 11 Philip. non omnia ſemper florent, ætas ſuccedit ætati: eſt enim ars longa quemadmodum indicauit Hippocrates libro primo afforiſm. pro comparatione vitæ breuis, vt ibidem æque commentatus eſt Galenus: non eſt itaque medici munus negare medicamentum quia tale non ſit ſcriptum a Galeno cum ipſe dixerit lib. 2. de ſem. cap. 4 neganda non ſunt quorum cauſæ ignorantur nam pleraque a Poſteris fuerunt ratione inuenta experimentoque comprobata inde nobis

bis

Digitized by Google

bis tradita, & in frequentiſſimo vſu iure habita ſunt ab optimis eruditiſque medicis, quæ ignorauit Galenus non enim omnia expertus fuit, vt ipſe genero ſe fatetur, vbi tractat de argento viuo, quamuis fuerit maximus philoſophus, homo tamen fuit aptus que errare: iccirco Cicero lib. 12 philip. ait cuiuſuis eſt hominis errare: verumtamen ipſe præclari fuit ingenii, & doctrinæ ſingularis nec in eum culpam reicere poſſumus at ei gratia quoque habenda eſt nobis enim ſemitam ſcientiæ aperuit, theoremata vniuerſalia promulgando, quorum cauſa, & ratione veram particularium naturam exquirere ac ſcire poſſumus, cum ſcire ſit per cauſam cognoſcere iuxta Ariſtotilis ſententiam libro primo Poſteriorum text 4.& 5.& lib. primo phiſic.49. nec non ſecundo libro phiſic.27.idem primo libro metaphiſic.tex.1. & 2. ſcire dicimus vnumquodque per cauſam, nempe arte vniuerſalium atque experientia quæ ad cognitionem particularium ducit: Verum omnia tempore euenire ſolent prout fert occaſio: hinc longa docuit experientia euenire quod ſcientiæ arteſque magna & ineſtimabilia incrementa tempore ſumpſerunt, & præ cæteris Medicina cuius perfectio tam exquiſita adhuc non eſt, quin in eam in dies quid addiſcere opus habeamus: verum præ cæteris diſcere licet nullum medicamentum citra rationem eſſe admittendum, neque alterum citra demonſtrationem tyrrannico more eſſe damnandum, cuiuſcunque generis ſit medicamentum: plura enim medicamenta ſumma pietate tribuit nobis Omnipotens Deus tum ex homine ipſo, animalibuſque brutis, cum etiam ex plantis, verum atque metallis mineralibus, que omnibus licet ad hæc poſtrema tanquam ad ſacram anchoram confugimus vbi cætera non proſint: ſcio tamen non defore criticos aliquos cenſores qui cum ſint metallicorum hoſtes acerrimi ob conatus noſtros candidos indignabuntur noſque reprehenſione, & ignominia laceſcere haud dubitabunt quanquam fatui ſola opinione imbuti ſint rationis expertes experientiaque vacui negant medicamenta metallica quæ tantopere approbauit Galenus com. 4. in librum ſextum Hippocratis de vulg. morbis text. 19. de materia medicin. vbi inquit fit igitur interdum, vt corporibus ipſis ſponte natis hæc ſunt metallica ad curationem ac ſalubrem victus rationem vtamur: nihilominus ſpreta quia ſit eis ignota; Galeni ſententia timent huiuſcemodi medicamenta, eaque ob imperitiam abhorrent, cum non credant poſſe moderari vim operationemque medicamenti metallici quemadmodum ordine, & menſura temperabant veteres: præterea ſi Galeno confident ceu ipſius ſequaces cur renuunt medicamenta metallica quæ Galenus commendauit libro nono de ſimplic. medicam. facult. & aliis pluribus in locis quemadmodum, & nos ſuperius in tertia deſcriptione cap. 20. ſatis diffuſe demonſtrauimus metallicorum praxim ad vtilitatem publicam ipſamque medendi facultatem plurimum conferre: verum conſiſtit nimirum in diſtincta cognitione facultatum quibus metallica præcipuæ vitriola prædita ſunt: ac quantis virtutibus polleant nec non quam variis vſibus ſint apta medico pro pleriſque morbis profligandis quorum tamen vſum ſi reprobent timiduli inexpertique medicaſtri nullam eorum notitiam habentes quare obſtrepunt mineralia nullam cum humana natura conuenientiam habere hos relegauimus ad, Galenum, & ad alios vetuſtiores auctores qui mineralia in variis morbis vſurparunt magno ac

fælici

fælici ſucceſſu: huiuſcemodi equidem remedia ſecundum exigentiam debitè adminiſtrata a faucibus mortis infirmos ſæpe tollunt quanquam de iis in re-rum metallicarum ignoratione verſati admirentur ad inſtar muliercularum, & oculos in vitrum tranſinuratos habeant, vt ſolum videant ea quæ ad ornatum, & ſuperficiale ſpectaculum pertinent faſtum, & ſuperbiam obliti exactius legere, & apprehendere Galeni opera, vix autem librorum cortices per tranſenam aſpexerunt, & dedignati conſulere doctos, & Senes, nam formica ſenio creat alas, in dubiis ſuis ignorantia contabuerunt: præterea quo excellentior ars,eo pauciores habet cultores,plures vero contemptores, qui vt ignari non poſſunt abſtinere iniuria, vt aſſeruit Cicero lib. 3. offic. vbi inſinuat vias ignarorum lubricas eſſe ad offenſam, hinc ignari facti ſunt temerarii ac peſſimi calumniatores medicamentorum non modo quæ ex metallis mineralibuſue depromuntur, verum etiam ex vegetabilibus, & animalibus vbi Chymica arte Spagiricaue parata ſint ea ſuperciliose reprobant, ac eorum præparationem dilacerant ſomniantes, & illuſione puerili delirantes immerito appellant illam facultatem præparandi medicamenta medicinam carbonariam,cum falſo exiſtiment noſtrum Galenum non exercuiſſe metallicorum praxim quæ eſt Spagirica præparatio: conſtat tamen memoriæ prodidiſſe Galenum medicamentorum cuiuſcunque generis correctionem, & vſum quem pauci mente perceperunt, etenim huiuſcemodi operationes a Neotericis peritis differuntur ſub nomine Spagiricæ artis, vel Chymiæ ex quibus vocibus non omnibus conſuetis neque perceptis ortum eſt lolium fabuloſum ob vulgi ſtupidorum ruditatem,qui garriunt,& tanquam crabrones ſuſurrant adnitentes laniare doctrinam chymicam Spagiricamue: ſe ipſoſque methodicos impie nominantes, neſciunt enim eſſe munus methodici ſeruare rationem artis,qua ad peritiam euadere opus eſt, eam vero non norunt, & ſic imperiti delinquuntur,quamobrem amethodi,& aui potius nominari merentur cum rationem,& viam diſcendi,& docendi abhorreant, neſciuntque Galeni doctrinam: nil mirum igitur huiuſcemodi amethodos repugnare Spagyricis ſi qui dicuntur methodici diſſentiunt a methodicis imo ipſi a ſe ipſis, vt ſi eorum ars eſſet Turris Babel quæ dicitur confuſionum: nihilominus ad aures meas perueniens rumor Suſurronum qui maledicunt ac diſſenſionem moliri nituntur,& cum eorum aculeos timerem aut ſaltem fortunæ iniquitatem quæ ſæpe omnia omnium ſtudia ſuperat,deterritum me ab hoc munere quãuis honeſtiſſimo ac maxime fructuoſo alienauerat: Poſt modum vero ſcientes intimi mei quanta diligentia, & longis ſtudiorum laboribus atque multis impenſis naturam, & facultates huiuſcemodi generis medicamentorum exquiſiuerim rurſus,vt antea imo ſæpius me efflagitarunt, vt relictis a tergo malenolis,& ignaris perſeueratem in lucem proferre quid de vitriolis ceu metallicis ſentirem, ac de oleis eorum, aquis, ſale, & quinta eſſentia: quæ in publicam vtilitatem refluent, ſic enim iubent leges proximo, vt commodem: hæc quippe noui edocentur medentes parum exercitati quæ, & ſcientibus non nocebunt.

R Medica-

bis tradita, & in frequentiſſimo vſu iure habita ſunt ab optimis eruditiſque medicis, quæ ignorauit Galenus non enim omnia expertus fuit, vt ipſe genero ſe fatetur, vbi tractat de argento viuo, quamuis fuerit maximus philoſophus, homo tamen fuit aptus que errare: iccirco Cicero lib. 12. philip. ait cuiuſuis eſt hominis errare: verumtamen ipſe præclari fuit ingenii, & doctrinæ ſingularis nec in eum culpam reicere poſſumus at ei gratia quoque habenda eſt no bis enim ſemitam ſcientiæ aperuit, theoremata vniuerſalia promulgando, quo rum cauſa, & ratione veram particularium naturam exquirere ac ſcire poſſumus, cum ſcire ſit per cauſam cognoſcere iuxta Ariſtotilis ſententiam libro primo Poſteriorum text 4. & 5. & lib. primo phiſic. 49. nec non ſecundo libro phiſic. 27. idem primo libro metaphiſic. tex. 1. & 2. ſcire dicimus vnumquodque per cauſam, nempe arte vniuerſalium atque experientia quæ ad cognitionem particularium ducit: Verum omnia tempore euenire ſolent prout fert occaſio: hinc longa docuit experientia euenire quod ſcientiæ arteſque magna & ineſtimabilia incrementa tempore ſumpſerunt, & præ cæteris Medicina cuius perfectio tam exquiſita adhuc non eſt, quin in eam in dies quid addiſcere opus habeamus: verum præ cæteris diſcere licet nullum medicamentum citra rationem eſſe admittendum, neque alterum citra demonſtrationem tyrrannico more eſſe damnandum, cuiuſcunque generis ſit medicamentum: plura enim medicamenta ſumma pietate tribuit nobis Omnipotens Deus tum ex homine ipſo, animalibuſque brutis, cum etiam ex plantis, verum atque metallis mineralibus, que omnibus licet ad hæc poſtrema tanquam ad ſacram anchoram confugimus vbi cætera non proſint: ſcio tamen non defore criticos aliquos cenſores qui cum ſint metallicorum hoſtes acerrimi ob conatus noſtros candidos indignabuntur noſque reprehenſione, & ignominia laceſcere haud dubitabunt quanquam fatui ſola opinione imbuti ſint rationis expertes experientiaque vacui negant medicamenta metallica quæ tantopere approbauit Galenus com. 4. in librum ſextum Hippocratis de vulg. morbis text. 19. de materia medicin. vbi inquit ſit igitur interdum, vt corporibus ipſis ſponte natis hæc ſunt metallica ad curationem ac ſalubrem victus rationem vtamur: nihilominus ſpreta quia ſit eis ignota; Galeni ſententia timent huiuſcemodi medicamenta, eaque ob imperitiam abhorrent, cum non credant poſſe moderari vim operationemque medicamenti metallici quemadmodum ordine, & menſura temperabant veteres: præterea ſi Galeno confident ceu ipſius ſequaces cur renuunt medicamenta metallica quæ Galenus commendauit libro nono de ſimplic. medicam. facult. & aliis pluribus in locis quemadmodum, & nos ſuperius in tertia deſcriptione cap. 20. ſatis diffuſe demonſtrauimus metallicorum praxim ad vtilitatem publicam ipſamque medendi facultatem plurimum conferre: verum conſiſtit nimirum in diſtincta cognitione facultatum quibus metallica præcipuæ vitriola prædita ſunt: ac quantis virtutibus polleant nec non quam variis vſibus ſint apta medico pro pleriſque morbis profligandis quorum tamen vſum ſi reprobent timiduli inexpertique medicaſtri nullam eorum notitiam habentes quare obſtrepunt mineralia nullam cum humana natura conuenientiam habere hos relegauimus ad, Galenum, & ad alios vetuſtiores auctores qui mineralia in variis morbis vſurparunt magno ac

fælici

fælici ſucceſſu: huiuſcemodi equidem remedia ſecundum exigentiam debite adminiſtrata a faucibus mortis infirmos ſæpe tollunt quanquam de iis in rerum metallicarum ignoratione verſati admirentur ad inſtar muliercularum, & oculos in vitrum tranſmutatos habeant, vt ſolum videant ea quæ ad ornatum, & ſuperficiale ſpectaculum pertinent faſtum, & ſuperbiam obliti exactius legere, & apprehendere Galeni opera, vix autem librorum cortices per tranſenam aſpexerunt, & dedignati conſulere doctos, & Senes, nam formica ſenio creat alas, in dubiis ſuis ignorantia contabuerunt: præterea quo excellentior ars, eo pauciores habet cultores, plures vero contemptores, qui vt ignari non poſſunt abſtinere iniuria, vt aſſeruit Cicero lib. 3. offic. vbi inſinuat vias ignarorum lubricas eſſe ad offenſam, hinc ignari facti ſunt temerarii ac peſſimi calumniatores medicamentorum non modo quæ ex metallis mineralibuſue depromuntur, verum etiam ex vegetabilibus, & animalibus vbi Chymica arte Spagiricaue parata ſint ea ſuperciliose reprobant, ac eorum præparationem dilacerant ſomniantes, & illuſione puerili delirantes immerito appellant illam facultatem præparandi medicamenta medicinam carbonariam, cum falſo exiſtiment noſtrum Galenum non exercuiſſe metallicorum praxim quæ eſt Spagirica præparatio: conſtat tamen memoriæ prodidiſſe Galenum medicamentorum cuiuſcunque generis correctionem, & vſum quem pauci mente perceperunt, etenim huiuſcemodi operationes a Neotericis peritis differuntur ſub nomine Spagiricæ artis, vel Chymiæ ex quibus vocibus non omnibus conſuetis neque perceptis ortum eſt lolium fabuloſum ob vulgi ſtupidorum ruditatem, qui garriunt, & tanquam crabrones ſuſurrant adnitentes laniare doctrinam chymicam Spagiricamue: ſe ipſoſque methodicos impie nominantes, neſciunt enim eſſe munus methodici ſeruare rationem artis, qua ad peritiam euadere opus eſt, eam vero non norunt, & ſic imperiti delinquuntur, quamobrem amethodi, & auii potius nominari merentur cum rationem, & viam diſcendi, & docendi abhorreant, neſciuntque Galeni doctrinam: nil mirum igitur huiuſcemodi amethodos repugnare Spagyricis ſi qui dicuntur methodici diſſentiunt a methodicis imo ipſi a ſe ipſis, vt ſi eorum ars eſſet Turris Babel quæ dicitur confuſionum: nihilominus ad aures meas perueniens rumor Suſurronum qui maledicunt ac diſſenſionem moliri nituntur, & cum eorum aculeos timerem aut ſaltem fortunæ iniquitatem quæ ſæpe omnia omnium ſtudia ſuperat, deterritum me ab hoc munere quãuis honeſtiſſimo ac maxime fructuoſo alienauerat: Poſt modum vero ſcientes intimi mei quanta diligentia, & longis ſtudiorum laboribus atque multis impenſis naturam, & facultates huiuſcemodi generis medicamentorum exquiſiuerim rurſus, vt antea imo ſæpius me efflagitarunt, vt relictis a tergo maleuolis, & ignaris perſeuerarem in lucem proferre quid de vitriolis ceu metallicis ſentirem, ac de oleis eorum, aquis, ſale, & quinta eſſentia: quæ in publicam vtilitatem refluent, ſic enim iubent leges proximo, vt commodem: hæc quippe noui edocentur medentes parum exercitati quæ, & ſcientibus non nocebunt.

bis tradita, & in frequentiſſimo vſu iure habita ſunt ab optimis eruditiſque medicis, quæ ignorauit Galenus non enim omnia expertus fuit, vt ipſe genero ſe fatetur, vbi tractat de argento viuo, quamuis fuerit maximus philoſophus, homo tamen fuit aptus que errare: iccirco Cicero lib. 12 philip. ait cuiuſuis eſt hominis errare: verumtamen ipſe præclari fuit ingenii, & doctrinæ ſingularis nec in eum culpam reicere poſſumus at ei gratia quoque habenda eſt nobis enim ſemitam ſcientiæ aperuit, theoremata vniuerſalia promulgando, quorum cauſa, & ratione veram particularium naturam exquirere ac ſcire poſſumus, cum ſcire ſit per cauſam cognoſcere iuxta Ariſtotilis ſententiam libro primo Poſteriorum text 4. & 5. & lib. primo phiſic. 49. nec non ſecundo libro phiſic. 27. idem primo libro metaphiſic. tex. 1. & 2. ſcire dicimus vnumquodque per cauſam, nempe arte vniuerſalium atque experientia quæ ad cognitionem particularium ducit: Verum omnia tempore euenire ſolent prout fert occaſio: hinc longa docuit experientia euenire quod ſcientiæ arteſque magna & ineſtimabilia incrementa tempore ſumpſerunt, & præ cæteris Medicina cuius perfectio tam exquiſita adhuc non eſt, quin in eam in dies quid addiſcere opus habeamus: verum præ cæteris diſcere licet nullum medicamentum citra rationem eſſe admittendum, neque alterum citra demonſtrationem tyrannico more eſſe damnandum, cuiuſcunque generis ſit medicamentum: plura enim medicamenta ſumma pietate tribuit nobis Omnipotens Deus tum ex homine ipſo, animalibuſque brutis, cum etiam ex plantis, verum atque metallis mineralibus, que omnibus licet ad hæc poſtrema tanquam ad ſacram anchoram confugimus vbi cætera non proſint: ſcio tamen non defore criticos aliquos cenſores qui cum ſint metallicorum hoſtes acerrimi ob conatus noſtros candidos indignabuntur noſque reprehenſione, & ignominia laceſcere haud dubitabunt quanquam fatui ſola opinione imbuti ſint rationis expertes experientiaque vacui negant medicamenta metallica quæ tantopere approbauit Galenus com. 4. in librum ſextum Hippocratis de vulg. morbis text. 19. de materia medicin. vbi inquit ſit igitur interdum, vt corporibus ipſis ſponte natis hæc ſunt metallica ad curationem ac ſalubrem victus rationem vtamur: nihilominus ſpreta quia ſit eis ignota; Galeni ſententia timent huiuſcemodi medicamenta, eaque ob imperitiam abhorrent, cum non credant poſſe moderati vim operationemque medicamenti metallici quemadmodum ordine, & menſura temperabant veteres: præterea ſi Galeno confident ceu ipſius ſequaces cur renuunt medicamenta metallica quæ Galenus commendauit libro nono de ſimplic. medicam. facult. & aliis pluribus in locis quemadmodum, & nos ſuperius in tertia deſcriptione cap. 20. ſatis diffuſe demonſtrauimus metallicorum praxim ad vtilitatem publicam ipſamque medendi facultatem plurimum conferre: verum conſiſtit nimirum in diſtincta cognitione facultatum quibus metallica præcipuæ vitriola prædita ſunt: ac quantis virtutibus polleant nec non quam variis vſibus ſint apta medico pro pleriſque morbis profligandis quorum tamen vſum ſi reprobent timiduli inexpertique medicaſtri nullam eorum notitiam habentes quare obſtrepunt mineralia nullam cum humana natura conuenientiam habere hos relegauimus ad Galenum, & ad alios vetuſtiores auctores qui mineralia in variis morbis vſurparunt magno ac

fælici

fælici ſucceſſu: huiuſcemodi equidem remedia ſecundum exigentiam debite adminiſtrata a faucibus mortis infirmos ſæpe tollunt quanquam de iis in rerum metallicarum ignoratione verſati admirentur ad inſtar muliercularum, & oculos in vitrum tranſmutatos habeant, vt ſolum videant ea quæ ad ornatum, & ſuperficiale ſpectaculum pertinent faſtum, & ſuperbiam obliti exactius legere, & apprehendere Galeni opera, vix autem librorum cortices per tranſenam aſpexerunt, & dedignati conſulere doctos, & Senes, nam formica ſenio creat alas, in dubiis ſuis ignorantia contabuerunt; prӕterea quo excellentior ars, eo pauciores habet cultores, plures vero contemptores, qui vt ignari non poſſunt abſtinere iniuria, vt aſſeruit Cicero lib. 3. offic. vbi inſinuat vias ignarorum lubricas eſſe ad offenſam, hinc ignari facti ſunt temerarii ac peſſimi calumniatores medicamentorum non modo quæ ex metallis mineralibuſue depromuntur, verum etiam ex vegetabilibus, & animalibus vbi Chymica arte Spagiricaue parata ſint ea ſuperciliofe reprobant, ac eorum præparationem dilacerant ſomniantes, & illuſione puerili delirantes immerito appellant illam facultatem præparandi medicamenta medicinam carbonariam, cum falſo exiſtiment noſtrum Galenum non exercuiſſe metallicorum praxim quæ eſt Spagirica præparatio: conſtat tamen memoriæ prodidiſſe Galenum medicamentorum cuiuſcunque generis correctionem, & vſum quem pauci mente perceperunt, etenim huiuſcemodi operationes a Neotericis peritis differuntur ſub nomine Spagiricæ artis, vel Chymiæ ex quibus vocibus non omnibus conſuetis neque perceptis ortum eſt lolium fabuloſum ob vulgi ſtupidorum ruditatem, qui garriunt, & tanquam crabrones ſuſurrant adnitentes laniare doctrinam chymicam Spagiricamue: ſe ipſoſque methodicos impie nominantes, neſciunt enim eſſe munus methodici ſeruare rationem artis, qua ad peritiam euadere opus eſt, eam vero non norunt, & ſic imperiti delinquunt, quamobrem amethodi, & aui potius nominari merentur cum rationem, & viam diſcendi, & docendi abhorreant, neſciuntque Galeni doctrinam: nil mirum igitur huiuſcemodi amethodos repugnare Spagyricis ſi qui dicuntur methodici diſſentiunt a methodicis imo ipſi a ſe ipſis, vt ſi eorum ars eſſet Turris Babel quæ dicitur confuſionum: nihilominus ad aures meas perueniens rumor Suſurronum qui maledicunt ac diſſenſionem moliri nituntur, & cum eorum aculeos timerem aut ſaltem fortunæ iniquitatem quæ ſæpe omnia omnium ſtudia ſuperat, deterritum me ab hoc munere quãuis honeſtiſſimo ac maxime fructuoſo alienauerat: Poſt modum vero ſcientes intimi mei quanta diligentia, & longis ſtudiorum laboribus atque multis impenſis naturam, & facultates huiuſcemodi generis medicamentorum exquiſiuerim rurſus, vt antea imo ſæpius me efflagitarunt, vt relictis a tergo maleuolis, & ignaris perſeuerarem in lucem proferre quid de vitriolis ceu metallicis ſentirem, ac de oleis eorum, aquis, ſale, & quinta eſſentia: quæ in publicam vtilitatem refluent, ſic enim iubent leges proximo, vt commodem: hæc quippe noui edocentur medentes parum exercitati quæ, & ſcientibus non nocebunt.

bis tradita, & in frequentiſſimo vſu iure habitá ſunt ab optimis eruditiſque medicis, quæ ignorauit Galenus non enim omnia expertus fuit, vt ipſe genero ſe fatetur, vbi tractat de argento viuo, quamuis fuerit maximus philoſophus, homo tamen fuit aptus que errare: iccirco Cicero lib. 12. philip. ait cuiuſuis eſt hominis errare: verumtamen ipſe præclari fuit ingenii, & doctrinæ ſingularis nec in eum culpam reicere poſſumus at ei gratia quoque habenda eſt nobis enim ſemitam ſcientiæ aperuit, theoremata vniuerſalia promulgando, quorum cauſa, & ratione veram particularium naturam exquirere ac ſcire poſſumus, cum ſcire ſit per cauſam cognoſcere iuxta Ariſtotilis ſententiam libro primo Poſteriorum text 4.& 5.& lib. primo phiſic.49. nec non ſecundo libro phiſic.27. idem primo libro metaphiſic.tex.1. & 2. ſcire dicimus vnumquodque per cauſam, nempe arte vniuerſalium atque experientia quæ ad cognitionem particularium ducit: Verum omnia tempore euenire ſolent prout fert occaſio: hinc longa docuit experientia euenire quod ſcientiæ arteſque magna & ineſtimabilia incrementa tempore ſumpſerunt, & præ cæteris Medicina cuius perfectio tam exquiſita adhuc non eſt, quin in eam in dies quid addiſcere opus habeamus: verum præ cæteris diſcere licet nullum medicamentum citra rationem eſſe admittendum, neque alterum citra demonſtrationem tyrannico more eſſe damnandum, cuiuſcunque generis ſit medicamentum: plura enim medicamenta ſumma pietate tribuit nobis Omnipotens Deus tum ex homine ipſo, animalibuſque brutis, cum etiam ex plantis, verum atque metallis mineralibus, que omnibus licet ad hæc poſtrema tanquam ad ſacram anchoram confugimus vbi cætera non proſint: ſcio tamen non defore criticos aliquos cenſores qui cum ſint metallicorum hoſtes acerrimi ob conatus noſtros candidos indignabuntur noſque reprehenſione, & ignominia laceſcere haud dubitabunt quanquam fatui ſola opinione imbuti ſint rationis expertes experientiaque vacui negant medicamenta metallica quæ tantopere approbauit Galenus com.4. in librum ſextum Hippocratis de vulg. morbis text.19. de materia medicin. vbi inquit ſit igitur interdum, vt corporibus ipſis ſponte natis hæc ſunt metallica ad curationem ac ſalubrem victus rationem vtamur: nihilominus ſpreta quia ſit eis ignota; Galeni ſententia timent huiuſcemodi medicamenta, eaque ob imperitiam abhorrent, cum non credant poſſe moderari vim operationemque medicamenti metallici quemadmodum ordine, & menſura temperabant veteres: præterea ſi Galeno confident ceu ipſius ſequaces cur renuunt medicamenta metallica quæ Galenus commendauit libro nono de ſimplic. medicam. facult. & aliis pluribus in locis quemadmodum, & nos ſuperius in tertia deſcriptione cap.20. ſatis diffuſe demonſtrauimus metallicorum praxim ad vtilitatem publicam ipſamque medendi facultatem plurimum conferre: verum conſiſtit nimirum in diſtincta cognitione facultatum quibus metallica præcipuæ vitriola prædita ſunt: ac quantis virtutibus polleant nec non quam variis vſibus ſint apta medico pro pleriſque morbis profligandis quorum tamen vſum ſi reprobent timiduli inexpertique medicaſtri nullam eorum notitiam habentes quare obſtrepunt mineralia nullam cum humana natura conuenientiam habere hos relegauimus ad, Galenum, & ad alios vetuſtiores auctores qui mineralia in variis morbis vſurparunt magno ac

fælici

fælici ſucceſſu: huiuſcemodi equidem remedia ſecundum exigentiam debite adminiſtrata a faucibus mortis infirmos ſæpe tollunt quanquam de iis in re-rum metallicarum ignoratione verſati admirentur ad inſtar muliercularum, & oculos in vitrum tranſmutatos habeant, vt ſolum videant ea quæ ad ornatum, & ſuperficiale ſpectaculum pertinent faſtum, & ſuperbiam obliti exa-ctius legere, & apprehendere Galeni opera, vix autem librorum cortices per tranſenam aſpexerunt, & dedignati conſulere doctos, & Senes, nam formica ſenio creat alas, in dubiis ſuis ignorantia contabuerunt: prætereaquo excellentior ars, eo pauciores habet cultores, plures vero contemptores, qui vt ignari non poſſunt abſtinere iniuria, vt aſſeruit Cicero lib. 3. offic. vbi inſinuat vias ignarorum lubricas eſſe ad offenſam, hinc ignari facti ſunt temerarii ac peſſimi calumniatores medicamentorum non modo quæ ex metallis mineralibuſue depromuntur, verum etiam ex vegetabilibus, & animalibus vbi Chymica arte Spagiricaue parata ſint ea ſupercilioſe reprobant, ac eorum præparationem dilacerant ſomniantes, & illuſione puerili delirantes immerito appellant illam facultatem præparandi medicamenta medicinam carbonariam, cum falſo exiſtiment noſtrum Galenum non exercuiſſe metallicorum praxim quæ eſt Spagirica præparatio: conſtat tamen memoriæ prodidiſſe Galenum medicamentorum cuiuſcunque generis correctionem, & vſum quem pauci mente perceperunt, etenim huiuſcemodi operationes a Neotericis peritis differuntur ſub nomine Spagiricæ artis, vel Chymiæ ex quibus vocibus non omnibus conſuetis neque perceptis ortum eſt lolium fabuloſum ob vulgi ſtupidorum ruditatem, qui garriunt, & tanquam crabrones ſuſurrant adnitentes laniare doctrinam chymicam Spagiricamue: ſe ipſoſque methodicos impie nominantes, neſciunt enim eſſe munus methodici ſeruare rationem artis, qua ad peritiam euadere opus eſt, eam vero non norunt, & ſic imperiti delinquuntur, quamobrem amethodi, & autri potius nominari merentur cum rationem, & viam diſcendi, & docendi abhorreant, neſciuntque Galeni doctrinam: nil mirum igitur huiuſcemodi amethodos repugnare Spagyricis ſi qui dicuntur methodici diſſentiunt a methodicis imo ipſi a ſe ipſis, vt ſi eorum ars eſſet Turris Babel quæ dicitur confuſionum: nihilominus ad aures meas perueniens rumor Suſurronum qui maledicunt ac diſſenſionem moliri nituntur, & cum eorum aculeos timerem aut ſaltem fortunæ iniquitatem quæ ſæpe omnia omnium ſtudia ſuperat, deterritum me ab hoc munere quãuis honeſtiſſimo ac maxime fructuoſo alienauerat: Poſt modum vero ſcientes intimi mei quanta diligentia, & longis ſtudiorum laboribus atque multis impenſis naturam, & facultates huiuſcemodi generis medicamentorum exquiſiuerim rurſus, vt antea imo ſæpius me efflagitarunt, vt relictis a tergo maleuolis, & ignaris perſeuerarem in lucem proferre quid de vitriolis ceu metallicis ſentirem, ac de oleis eorum, aquis, ſale, & quinta eſſentia: quæ in publicam vtilitatem refluent, ſic enim iubent leges proximo, vt commodem: hæc quippe noui edocentur medentes parum exercitati quæ, & ſcientibus non nocebunt.

Digitized by Google

morſu ſuum mutauit placitum & in ſententiam meam facilè inductus fuit: denique vero ægrotantis familiares indignati inſolentia illius medici depulerunt eum maximis opprobrijs, imo fuſtibus ligniſque & ſaxis cedere volebant niſi ego charitate ac eius miſeratione motus eis obſtitiſſem.

Ex huiuſcemodi medicorum grege alter prouectioris ætatis nomine potius apud vulgum quam re vera medicus, leuis quippe & inconſtans demonſtrabitur hiſtoria recenſenda cuiuſdam mercatoris dyſſenteria laborãtis cum torminibus & febre cui curationem adhibebat medicus iſte, verum vt ipſi conſulerem vocatus fui & dum ſecum collocutionem agere volebam viſus eſt ipſe medicus ſatis fidere meo conſilio nam citra vllam relationem non impartitus eſt quidquid hucuſque operatus eſſet nulla igitur expoſita informatione de natura morbi de temperatura ægrotantis & ipſius conſuetudine, vt mos eſt fieri, & ſic expoſcit ratio, quod etiam aſſeruerunt veteres & noui ſcriptores per quam celebres: petijt a me extra ordinem ſi aquam villenſem in potum exhibendam cenſerem patienti dyſſenteriam cum torminibus & febre: cui illico ſatisfeci exponens regulas obſeruandas antequam miſeri ægrotantes relegentur ad potum aquarum thermalium & primam inſinuaui quod operæpretiũ ſit intueri an potus aquæ medicatæ congruat naturæ morbi nec ne: 2. vero an ſubiecti habitus conſentiat vel repugnet potioni ipſius aquæ: 3. requiritur tempus aptum: & in 4. locus vt æque idoneus ſit: tandem in quinta regula conſideratur ſi purgatio conueniat & qualis præcedere debeat potum aquarũ thermalium, his præmiſſis cum alijs requiſitis rurſus perpendamus ſi dyſſenteria huius noſtri patientis eueniat ex febre prout equidem eueniebat, nequaquam exhibenda eſt aqua thermalis, pleraque alia inferre volebam vbi medicus ille interpellauit me & conquerens ipſe de alio medico anteriori dixit heu mihi accidit vano alterius medici conſilio exhibuiſſe aquam villenſem huic miſero patienti febrem cum dyſſenteria nulla excogitata ratione morbi, proinde ex eo tempore quo cepit aſſumere aquam medicatam ſemper in peius verſit, non animaduertimus enim cauſam malæ affectionis ipſius infirmi cum a cauſæ abolitione inchoanda eſſet curatio vt ſupra expoſuiſti: idcirco te exoramus vt ſententiam tuam pronunties nempe quid agendum ſit vt ſubleuetur patiens ab infeſtatione tum febris cum etiam dyſſenteriæ quibus vſque ad defectionẽ vitæ ferme ductus eſt: ſpem autem bonam in animo concepi quippe hunc noſtrum ægrotantem euadere poſſe ſuffragio tui conſilij: cuius honeſtæ petitioni obtemperans ego per quam potui opem ferre libenter nixus ſum, idcirco multa ei expoſui quæ ſumme conferre poterant quibus inde melius ſe habuit æger per decem dies in circa ijs vero elapſis recidit imo in peius relapſus fuit quamobrem rurſus vocarunt me, & tunc medicus ille mihi dixit fauſtũ omen in te coniecimus & ideo æger rurſus tuum implorat conſilium: hinc ego petij ab illo medico an penitus abſoluta fuiſſent iam altera vice propoſita: proinde reſpondit partim quædam executioni mandata ſunt, vbi vero vidimus ægrum in melius vergere omiſimus alia, veruntamen familiares colloquium interrumpentes dixerunt coram ipſo medico, nos ſemper ſuggeſſimus decoctum herbarum vulgarium vice ſyrupi iuſſu ipſius medici, nec aliud egimus idemque vt faſſus eſt ipſe medicus, qui correctione mea emendatus ſua puduit in-

Digitized by Google

conſtantia fruſtratus enim eſt expectationem, quam habere viſus erat in conſilio, quod citra executionem nihil prodeſt: in varias igitur reprehenſiones incurrit dum enim vnum genus concipit, aliud ſimul apprehendit: quare mecũ ipſe ſæpius excogitaui prædictum medicum nihil faciendi eſſe ingenij inopẽ infelicemque, qui tum vni ac tum alteri opinioni adhæret non ſecus quam equus fræno coactus aut calcaribus preſſus, & ſæpe in æquiuoco laborat cum nullam habeat rationem ægrotantis temperaturæ, ætatis, virium affectionis, & cauſæ temporumque morbi, & anni aeris cæterumque omnium quæ maxime neceſſaria ſunt ad curationem recte inſtituendam, at nulla diſtinctione adhibita vſus fuit decocto herbarum vulgarium in iure carnis quod magis facit ad culinam pinguefactionem, quam ipſimet medicinæ, etſi in hac Vrbe habentur vſu frequentiſſimo a pleriſque hypocritis, & ægrotantium coquis prout ſi vno calopodio velint omnes pedes calceari, idem enim omni morbo omnique humorum vitio indiſcriminatim adminiſtrare non verentur, quam rudes ij ſe gerunt: rurſus igitur conſului ipſi medico, vt maiori diligentia ſuppeditaret remedia a nobis propoſita quibus tandem æger euaſit, & ad priſtinam ſanitatem redactus fuit: etſi plura huiuſcemodi errorum exempla adducere poſſem nihilominus in hoc ternio conſiſtere decreui; eſt enim numerus ſacer diuinus, & potentiſſimus, & ſi impar eſt tamen perfectior pari nam illum cõprehendit, & non comprehenditur ab eo iuxta mentem Pythagoræ quem ſecuti ſunt Platonici, & Ariſtotelici qui voluerunt omnia perfici ex numeris mathematicorumque initiis quorum ordine ſumme approbatur triada idest numerus ternarius tanquam ſumma perfectio quibus aſſenſit Plutarcus nec non D. Nicolaus de Cuſa Cardinalis prodidit eſſe manifeſtiſſimam inquiſitionem Sanctiſſimæ Trinitatis in vnitate, & vnitatis in Trinitate ſemper adorandæ; quapropter hic conſtiti nec longius me extendi patior ne legentes tedio afficiantur cum huiuſcemodi alia comprehendere poſſint mente ſua.

Qui falſo ſe putant Galeni diſcipulos. Cap. III.

Magna enim eſt medicorum turba, qui inſcite prorſus Galeno repugnant, & contradicunt quamuis inaniter iactent Galeni ſe eſſe ſequaces: cum aſſeruerit Galenus ipſe libro 14. methodi medend. cap. 17. plurima ſuo tempore innoteſcere quæ maioribus ſuis ignota fuerant: nam tempore cuncta docuit experientia teſte ipſomet Galeno libro primo de ſimplic. medicam. facult. ex quibus patet aſſenſiſſe Galenum tempore inueniri poſſe noua medicamenta ratione tamen atque experientia, quamuis omnia non fuerint ab eo recenſita cum neque omnia Galeno cognita fuerint neque aliis antiquis, quæ poſt facta ſecuta ſunt, icçirco inquit Cicero lib. 11 Philip. non omnia ſemper florent, ætas ſuccedit ætati: eſt enim ars longa quemadmodum indicauit Hippocrates libro primo afforiſm. pro comparatione vitæ breuis, vt ibidem æque commentatus eſt Galenus: non eſt itaque medici munus negare medicamentum quia tale non ſit ſcriptum a Galeno cum ipſe dixerit lib. 2. de ſem. cap. 4 neganda non ſunt quorum cauſæ ignorantur nam pleraque a Poſteris fuerunt ratione inuenta experimentoque comprobata inde nobis

fælici ſucceſſu: huiuſcemodi equidem remedia ſecundum exigentiam debitè adminiſtrata a faucibus mortis infirmos ſæpe tollunt quanquam de iis in rerum metallicarum ignoratione verſati admirentur ad inſtar mulierculárum, & oculos in vitrum tranſmutatos habeant, vt ſolum videant ea quæ ad ornatum, & ſuperficiale ſpectaculum pertinent faſtum, & ſuperbiam obliti exactius legere, & apprehendere Galeni opera, vix autem librorum cortices per tranſenam aſpexerunt, & dedignati conſulere doctos, & Senes, nam formica ſenio creat alas, in dubiis ſuis ignorantia contabuerunt: prætereaquo excellentior ars, eo pauciores habet cultores, plures vero contemptores, qui vt ignari non poſſunt abſtinere iniuria, vt aſſeruit Cicero lib. 3. offic. vbi inſinuat vias ignarorum lubricas eſſe ad offenſam, hinc ignari facti ſunt temerarii ac peſſimi calumniatores medicamentorum non modo quæ ex metallis mineralibuſue depromuntur, verum etiam ex vegetabilibus, & animalibus vbi Chymica arte Spagiricaue parata ſint ea ſuperciliose reprobant, ac eorum præparationem dilacerant ſomniantes, & illuſione puerili delirantes immerito appellant illam facultatem præparandi medicamenta medicinam carbonariam, cum falſo exiſtiment noſtrum Galenum non exercuiſſe metallicorum praxim quæ eſt Spagirica præparatio: conſtat tamen memoriæ prodidiſſe Galenum medicamentorum cuiuſcunque generis correctionem, & vſum quem pauci mente perceperunt, etenim huiuſcemodi operationes a Neotericis peritis differuntur ſub nomine Spagiricæ artis, vel Chymiæ ex quibus vocibus non omnibus conſuetis neque perceptis ortum eſt lolium fabuloſum ob vulgi ſtupidorum ruditatem, qui garriunt, & tanquam crabrones ſuſurrant adnitentes laniare doctrinam chymicam Spagiricamue: ſe ipſoſque methodicos impie nominantes, neſciunt enim eſſe munus methodici ſeruare rationem artis, qua ad peritiam euadere opus eſt, eam vero non norunt, & ſic imperiti delinquuntur, quamobrem amethodi, & aui potius nominari merentur cum rationem, & viam diſcendi, & docendi abhorreant, neſciuntque Galeni doctrinam: nil mirum igitur huiuſcemodi amethodos repugnare Spagyricis ſi qui dicuntur methodici diſſentiunt a methodicis imo ipſi a ſe ipſis, vt ſi eorum ars eſſet Turris Babel quæ dicitur confuſionum: nihilominus ad aures meas perueniens rumor Suſurronum qui maledicunt ac diſſenſionem mo liri nituntur, & cum eorum aculeos timerem aut ſaltem fortunæ iniquitatem quæ ſæpe omnia omnium ſtudia ſuperat, deterritum me ab hoc munere quãuis honeſtiſſimo ac maxime fructuoſo alienauerat: Poſt modum vero ſcientes intimi mei quanta diligentia, & longis ſtudiorum laboribus atque multis impenſis naturam, & facultates huiuſcemodi generis medicamentorum exquiſiuerim rurſus, vt antea imo ſæpius me efflagitarunt, vt relictis a tergo maleuolis, & ignaris perſeuerarem in lucem proferre quid de vitriolis ceu metallicis ſentirem, ac de oleis eorum, aquis, ſale, & quinta eſſentia: quæ in publicam vtilitatem refluent, ſic enim iubent leges proximo, vt commodem: hæc quippe noui edocentur medentes parum exercitati quæ, & ſcientibus non nocebunt.

R Medica-

Medicamenta Chymica Spagyricaue conſtant eadem cum Galenicis quanquam diuerſis vocibus diſtare videantur. Cap. IV.

ENixi ſunt veteres ſummo ſtudio exquirere cuiuſcunque medicamenti pręparationem, vt illud recte præparatum commodius, citius, tutius, atque iocundius morbos curaret, quemadmodum palam prodidit Hippocrates Medicorum Maximus, cuius veſtigia natu poſteriores admirati heroicam ſuam virtutem ſubſecuti ſunt ac ipſum merito coluerunt tanquam Medicinæ Oraculum, & præ cæteris Galenus eiuſdem ſectæ miro explanauit ingenio Hippocratis ſcripta, ac ceu ſedulus rerum naturalium inquiſitor diffuſe egit de medicamentorum correctione vnico tamen nomine, quippe præparationis præſcripſit ea: quanquam plures inſtituerit modos præparandi medicamenta. videlicet aut compoſitione hoc eſt cum admiſtione alterius præſertim odoriferi quod ventriculum corroboret: aut quod qualitatibus oppoſitis medicamenti qualitates intentas remittat prout docuit libris de compoſit. medicam. & libr. de Theriaca ad Piſonem cap. 5. nec non comment. de humor: rurſus autem docuit corrigere medicamenta cum combuſtione, & lotione: aut cum ſeparatione tenuiarum partium a craſſioribus, ipſa depurare voluit eorumque vitia tollere, vt ita præparata ægris vtilia eſſent: modo fiat coctione aut infuſione, & maceratione aut diſtillatione aut ſublimatione aut alia quauis præparatione ſegregari poſſint partes puræ ab impuris, tenueſque a craſſis vti eſt legere in comment. de morb. vulg. & alijs pluribus in locis, parum tamen curauit Galenus nominum multiplicitatem: huiuſcemodique normam nobis reliquit ſat eſſe rei intentionem habere: idipſumque pluribus in locis ſuorum operum aſſeruit: præterea libro quinto de ſimplic. medic. facult. cap. 25. conqueritur Galenus de inani nominum vſurpatione, & conſulit incumbere veris operibus artis, & omittere res triuolas: rurſus libro primo de differentijs pulſuum capite primo docet quod debemus inhærere rerum ſcientiæ non vſui vocum: qui enim nominibus tantum conſiſtunt in operibus artis interim imperitiſſimi ſunt, Idem aſſeruit libro quarto de compoſit. medicam. per gener. capite primo: Inde libro primo de antidotis capite nono inquit nulla enim noxa ex medicamento aſſeretur quoquo nomine vtaris modo ne in eo cōficiendo erres: nihilominus Galenus animaduertit libro tertio de ſimpl. medic. facult. capite quinto, Philoſophorum verba decipere eos qui homonymiam non percipiunt, homonyma inſinuat Galenus res diuerſas intelligi vno & eodem nomine ceu æquiuoca vt exempli gratia. Taurus indicat montem Aſiæ: & bouem maſculum: ac ſignum Cœleſte in circulo Zodiaci. Idem dicimus de Ariete cuius appellatio pluriuocum eſt, nam pluribus accommodatur quandoque nomine arietis vocatur machinamentum quo muri vrbium expugnantur: interdumque ſidus in Cœlo indicatur: ac eodem nomine animal in terris dicitur Aries. Idem aſſeruit Ammonius in Porphyrium in explicatione generis, & ſpeciei ait nominis ambiguitas plerunque etiam errorē creat,

qua.

Digitized by Google

quare ne eueniat error enumerandæ ſunt omnes nominis differentiæ, vt puta canis de quo attulit exemplum hoc modo diſtinguens huius nominis canis ſignificationes, Canis alius cœleſtis, alius terrenus, & alius marinus, & Auerroes in Ariſtotilem libro de prædicamentis capite de æquiuocis idem aſſenſit: ſic dicendum de cancro nam eius nomine intelligitur aut piſcis cruſtaceus, aut Signum cæleſte, aut morbus cancri: ſic æque dicendum de formicæ: hæc omnia, & huiuſcemodi alia appellarunt Græci ὁμώνυμα quæ multa ſignificant ſub vna voce: his oppoſita ſunt ſynonyma, quæ ſub diuerſis vocibus vnum idemque referunt vt Enſis Mucro Gladius: aut dicimus Attramentum Sutorium, Chalcanthum, Vitriolum: quatenus autem ad morbos multa ſunt nomina quæ vnum indicant morbum, vt epilepſia, yeranoſon, ideſt paſſio ſacra, pedicon, morbus caducus, lunaticus, comitialis, herculeus, & mater puerorum, & diuinatio: ſingula hæc nomina vnum indicant morbum ſpaſmoſum quo contrahuntur nerui cum leſione mentis ſenſuum, & motuum, qua leſione corpus oppreſſum deſtituitur ſuis operationibus ita quod cadere cogitur: ſic intelligendum cenſeo de nominibus correctionis medicamentorum quæ memoratur correctio ab antiquis, vt plurimum præſertim a Galeno præparationis nomine: Interdum vero de medicamentorum correctione meminerunt Recentiores ſub Alchymiæ Spagyricæue artis nomine: Verum abuſus nominum ignaros decipit quemadmodum capite duodecimo libri tertii de ſimplic. medicament. facult. ſcripſit ipſe Galenus perturbatum confuſumque nominum vſum rerum quoque vna confundere notitiam, rurſus ſcripſit Galenus quarto libro methodi medendi capite tertio abuſum vocabuli appellari a Græcis προφυλακτίκην· etſi conſequitur ex diuerſo vocabulorum ſignificationes ex longo vſu deprehendi teſte Galeno libro ſecundo de locis affectis capite octauo: equidem vero ſi nominum ſignificata æque diſtinguantur maximam vim præbent ad rerum cognitionem perfecte adipiſcendam: quamobrē nos vrget occaſio quandoque imitari ſtoicos qui ſtudioſe exquirunt vnde nomina ſint ducta: Etenim plerique Clariſſimi Philoſophi variis vſi ſunt nominibus ſpagyricis alchymiciſue quæ nil aliud ſane indicant præterquam medicamentorum præparationes quamobrem eorum operationibus congrua equidem ſunt prædicta nomina, & apud multos conſueta, eiſdem enim conſtruuntur medicamenta methodica, & ſaluberrima quanquam falſo exiſtimentur empirica ab ignaris, qui neſciunt, neque intelligunt quod ipſimet dicunt, cum inſcie fatueque ſtupeant non modo vbi legunt verum atque ſi tantummodo audiant loqui de Alchymia Spagyricaue & diſtillandi arte, & tanquam eis noua huius medicæ facultatis nomina cum ſtupore quodam admirantur ac fere immobiles ceu ſaxa fiunt, magis quam ſi Meduſæ caput vidiſſent: cuius admirationis cauſa eſt, equidem ignoratio vt æque ſcripſit Cicero libro ſecundo de Diuin. Idem habemus ab Ariſtotile lib. primo Metaphiſic. nempe qui dubitat & admiratur ignorare ſe arbitratur: inde ex ignorantia oritur diſcordia, vt puta ex ſcientia, & veritatis intuitione concordia: iccirco Leuinus lemnius libro quarto de occultis naturæ miraculis in calce fere cap. 13. ait ignorantia veri parit errores: Idem habetur ab Horatio libro ſecundo ſermonum: etenim Alchymia verſatur circa corpus multum, non modo pro metallorum tranſmu

tatione depurationeque, & lapidis Philoſophorum ſiue elixiris voce Arabum conſtructione, in qua Plerique vacillant, ſed pro medicamentorum præparatione, vt ſuauia ſalubria ac tuta iocundaque fiant corporibus humanis: iccirco Theophraſtus Paracelſus in Paragrano hoc eſt, de quatuor medicinæ columnis inter quas connumerat Alchymiam ipſamque aſſeruit eſſe diſciplinam pręparandi res medicinales nam Alchymia enucleat ea, quæ Natura excrementis inuoluerat, cum nihil puri nobis dederit ipſa ſed omnia permultis miſcuit impuritatibus: quamobrem Theophraſtus appellauit alchymiam perfectionem præparationis medicamenti, ac inde capite de alchymia ait eam eſſe tertium medicinæ Theophraſticæ fundamentum, de quo iactanter gloriatur licet de re aliena cum fuerit ſuperiorum diſciplina, ipſe tamen nouam inſtituere ſectam enixus eſt cuius plerique fuerunt conſectanei, attamen eorum quidam æque egerunt colligendo roſas omiſerunt ſpinas, aſſumpſerunt enim ab eo tantummodo quę ſecundum rationem videbantur: Alii vero adhærentes nimirum cuilibet Theophraſticę opinioni in hæreſim maximam lapſi ſunt cum deriſione nam ſi aliquid boni ſcripſit ipſe Theophraſtus multa quoque ſordida mendacia immiſcuit cum magicis ſuperſtitioſiſque phantaſiis, quibus ſui ipſius opera defædauit: idcirco non admittuntur præterquam nonnulla methodica quæ pertinent medicamentorum præparationibus: hæc inſcie tandem faſſus eſt ipſe Theophraſtus aſſumpſiſſe ab aliis ſed tanquam artis publicator ac preco veterum inuenta diuulgauit: quæ tamen veritati rationique conſentanea ſeorſum collexerunt ac ſcriptis approbarunt ea Clariſſimi viri optimique medici, & Philoſophi tempore inferiores, cætera correctioni omittendo: quemadmodum Alexander Aphrodiſeus, Arnaldus villanouanus, Antonius Guainerius Papienſis, Benedictus Victorius Fauentinus, Petrus Bonus Ferarienſis, Leuinus Lemnius, Marſilius Ficinus, Philippus Vlſtadius, in Cœlo Philoſophorum: Ioſeph Quercetanus medicus, & conſiliarius regius: Andreas Libauius, Iacobus Vuecherus, & alii innumeri egregii ac præſtantiſſimi philoſophi qui ſummopere approbarunt celebraruntque Alchymiam eſſe ſcientiam perfecti magiſterii; imo Diuinum quoddam Dei Omnipotentis munus pro auxilio humano conceſſum: diſcant igitur omnes alchymiam eſſe veram medicam philoſophicamque facultatem, & antiquiſſimam quam in vſum habuit Galenus in componendis præparandiſque medicamentis omiſſis tot variis nominibus at ſolo præparationis nomine ſatisfieri viſum fuit: morborum enim recta curatio non ex nominum ſed ex recta rerum cognitione fit vt primo meth. med. cap. 7. Galenus aſſeruit.

Alchymia demonſtratur vera Medicinæ præparatio. Cap. V.

OPerępretium duco exactius exponere in primis quid ſit Alchymia ſpagyricaue & diſtillandi ars, quid huiuſcemodi voces indicent, ſi plures ſint facultates, vt videntur nominari, an vna iuxta earum ſignificatum: earumque nomina a quibus ducantur, & qua ratione ita denominentur, quis etiam ſit exitus & finis prædictarum facultatum, vt facilius perpendamus an Galenus vſus ſit eis in præparationibus medicamentorum an ſimi-

les

Digitized by Google

les vel eædem ſint operationes,aut ſi diſtent ab eis ſaltem deprehendere poſſimus:Iam equidem decreueram de his fuſius agere,prout quoque aſſequar libro de diſtillationibus & de quinta eſſentia , quem vobis polliceor ; niſi morte præreptus ſim.cum res mortalium vertantur breui momento, at ſi Deus mihi vitam prorogarit maiora in propatulo exequar:&ſi hic non ſit proprius locus nihilominus ibidem aliquid obiter dicere coactus ſum, hoc enim expoſcit occaſio neceſſitatis prænunciandi præparationem olei e Vitriolo & aliorum,quę ex Vitriolo eliciuntur,atque demonſtrandi antiquitatem & vſum Alchymiæ prope Galenum & quoſcunque alios medicos methodicos cuiuſcunque ætatis:ne amplius extet lis, ſed quælibet aboleatur controuerſia orta ex nominum diuerſitate quæ homines imperitos efficit ſophiſtas ambiguos & diſcordes: alioquin eis contingeret ſi a rebus non a nominibus initium aſſumerent,vt docuit Galenus libro 14. method. medendi capite ſecundo,quapropter qui vult Naturæ ſecreta exacte contemplari innitatur res tangere, & cernere vt melius intelligat, teſte Galeno libro de vſu partium:attendite igitur animum vt percipiatis quid ſit Alchymia , omitto tamen ſophiſticam illam vulgatam nothā inconſtantem & adulterinam nugacibus deceptoribusque alchimiſtis abuſiue dictis,eo potius appellandis Salamandrarum combuſtoribus , qui alios ditare volunt cum ipſi continuo non obſcuram gerant egeſtatem , ego autem quod medici eſt tracto, reliquum in ſuo valore relinquatur : loquor igitur de legitima Alchymia philoſophicaque medicina , hæc iuxta Platonis ſententiam in Phedro recenſeri meretur inter magnas artes & facultates omnes,quę methodo tractantur philoſophiaque acquiruntur quibus aſſeruit eaſdem perfici poſſe,vbi exemplum attulit de Oratoria & Medica:connumerantur vero Alchymia Spagyrica & diſtillandi ars vna enim adæquatur alteri adeo quod vnam pro altera vſurpant profeſſores periti ob maximam earum conuenientiam ſingula enim earum ad vnum communem finem operatur & ſic cognationem inter ſe habent ipſæ in præparandis medicamentis:&ſi placuit alijs diſtinguere eaſdem facultates ceu differentias relatas generi nominis Inuentoris earū , qui fuit Hermes appellatus Mercurius Trimegiſtus Sapienſque Aegiptius & Summus Philoſophus atque Sacerdos : a quo denominarunt cunctas vnico nomine artem hermeticam quemadmodum & alia ei inſeruientia prout vas Hermetis ideſt Pelicanus. Auis Hermetis Sigillum Hermetis: & apud Meſuē leguntur pilulæ Hermetis , hiera Hermetis, &c. hanc igitur cum alijs artibus liberalibus inſculptam in tabulis ſmaragdinis reperiſſe Hermetem poſt Diluuium creditur inde eas poſteris ex ſcripſiſſe, huius vero artis arcana figuris ac miſterijs obſignauit ipſe ne in vulgus enunciarentur : ob id Philoſophi appellarunt hanc diſciplinam hermeticam actoacmaticam atque reconditam : eſt enim omnium ſcientiarum ingenioſiſſima perutilis ac ſumme neceſſaria : præterea cum a multis ſeculis iam exculta edoctaque fuerit alchymia iure etiam antiquiſſima habetur : probatur quoque alchymiæ antiquitas plurimis ſcriptorum auctoritatibus præſertim Ouidij lib.7. met. vbi memoriæ prodidit Iaſonem Theſalum cum argonautis nauigaſſe in Colchos, vt vellus aureum raperet quod fuit ante bellum Troianū , vellus autem erat libere chartis pergamenis quibus aurifera ars,quæ chymia vocatur ſcripta erat: hinc Suidas at

Digitized by Google

teſtatus eſt Diocletianum Romanorum Imperatorem libros de alchymia au-
ri argentique Aegiptiorum cremaſſe pręterea Iulius Firmicus qui fuit tempo-
re Conſtantini Imperatoris libro tertio Matheſeos ad Mauortium Lollianum
cap. 15. alchymiæ meminit: ſed memorabile chymicum opus ſcripſit Ariſtoti-
les libro primo phyſicorum textu 63. vbi egit de ſubtractione mercurij a lapi-
de: deinde alchymiæ mentionem fecit Plinius libro 33. capite 4. vbi recenſuit
Caium Principem ex auripigmento aurum feciſſe: meminiſſeque licet Demo-
critum Abderitam coæuum Hippocratis qui librum edidit de arte magna vt
puta de rebus naturalibus: & Hippocrates initio libri Prognoſticorum ſcripſit
medicum noſcere opus ſi quid diuini in morbis ſit: & alia diligenter intuenda
dixit, quæ huic negotio congruunt quod eo magis libro primo de natura hu-
mana inſinuat; præterea Galenus eodem libro Hippocratis Comment. 38. ſen-
ſit terram depuratam adamante duriorem euadere: idipſum innuere videtur
libro nono de ſimplic. medicament. facult. Et in ſecum: ac nono libro meth.
meden. & ſi tertio libro meth. cap. 4. inquit vtinam ſolennis veterum medici-
na nunc eſſet in vſu, de puris ſimplicibusque materijs intelligens: Verum & in
ſacris litteris plurima habemus exempla tum de auri conflagratione & de-
ſtructione cum etiam de eius conſtructione, nam qui neſcit enim deſtruere, ne-
que conſtruere ſciet: legitur equidem Moyſem Hebreorum Ducem deſtruxiſ-
ſe eorum Idolum ex auro factum forma vituli & alia extante Salomone eo-
rum Rege ſapientiſſimo: ne tamen a Medicinæ propoſito diſcedam admoni-
tiſſe velim Hippocratem primo libro de Dieta ſcripſiſſe de auri potabilis præ-
paratione, quæ dubio procul cum alchymiæ arte exequitur, cuius nomen ex-
ſtimarunt quidam eſſe deductum ab Alchymo quodam antiquiſſimo metal-
lorum fuſore, licet alij Cadmum crediderint eius inuentorem: nihilominus a-
lijs effectu ductis magis arridet hanc appellare artem fuſoriam omiſſis tot au-
ctorum nominibus, veruntamen vtcunque res ſe habeat viſum eſt aliis, qui
animi diſcurſu rationeque magis inueſtigarunt alchymiæ nomen deriuare a
greco quod indicat ſalis fuſionem idcirco metalla & illis affinia ſales ſcilicet
alumina, atramenta, Vitriolave, cęteraque alia quæ in igne fluunt hac arte po-
tiſſimum tractantur, quemadmodum aloes, mirrha, maſtix, reſina, cera mel,
adeps, ſepum & metallica: ab his enim tribus familiis nempe Mineralibus cũ-
ctisque corporibus terreſtribus, nec non ex Animalibus, atque ex vegetabili-
bus capiuntur medicamenta teſte Galeno libro 6. de ſimplic. medicam. facult.
nec non tertio libro de compoſit. medicament. per gen. cap. 2. præterea ab eiſdẽ
medicamentis cuiuſcunque generis quandoque ſalem ſcilicet partem terræ
puriorem elici opus expoſcit cæteraque elementa ſeiungi vt pura ab impuris
ſegregentur, homogenea ab heterogeneis, & tenuia a craſſis cruda concoquũ-
tur, amara dulcorantur, acidaque & acria contemperantur: hæc omnia fieri
nequeunt abſque munere alchymiæ, ea enim ſola eſt impuri ſeparatio a ſub-
ſtantia puriore ita, qui ex quolibet mixto ſecernit eſſentias ſuccos ſubſtantiaſ-
que puriſſimas ab impuris vt præſtantiores materiæ ſinceritate viribus effe-
ctuque fiant; hæc igitur eſt ars phyſica depurandi conficiendique medicamẽ-
ta tam corporibus humanis perſanandis quam metallicis ad ſummam perfe-
ctionem perducendis accomodata: quo fit vt Chymicus naturas rerum inqui-

tat & obſeruet,recta artis ratione,modum ſeparandi, reſoluendi, exaltandi & graduandi,ſublimandiue vt dicunt ſubſtantias a quibus præſtantem commodamque medicamentorum materiam extrahit,quæ commodis hominum variis & ſanitati quam maxime inſeruire poſſit : his itaque definitur alchymia diſſimiles partes ſeparat nobilitatemque medicamentis addit quatenus a fæculentiis ſegregat ea ita quod imperfecta perficit & e corruptibilibus prope incorruptibilia reddit & cæleſtibus fere ſimilia.

Percepta ratione nominis Alchymiæ vel Chymiæ modo quandoque dicā brevitatis gratia,quod idem refert: cæterum eſt demonſtrare eandem exiſtere facultatem quam Spagyricam appellare ducti ſunt Clariſſimi doctrina viri,nā Σπαγυρι,vox greca indicat extractionem cuius effectus vſum diximus haberi ex alchymia,quæ ſeparationis ars dicitur : idcirco Alexander a Suchten libro de ſechretis antimonii æque vocauit alchymiam præparationis artem,nam ipſius ope extrahitur & ſeparatur purum ab impuro,ita quod plures nomine videntur facultates nempe alchymia & Spagiry re tamen & effectu ſunt vna : vt ſupra diximus de ſynonymis , quæ ſub diuerſis nominibus vnum & idem referunt.

His equidem ſuccedit ars diſtillandi quæ eſt Spagyricæ æquatio,ſi expoſcat occaſio, hæc enim abſoluit , quæ incepit ſpagyrica vbi ipſa terit,digerit,putrefaciendo corrumpit materiam & diſtillationi pręparat eam:diſtillare enim eſt paulatim fluere vbi caloris vi attenuata materia diſtillanda in humorem funditur tranſmutatur eleuaturque quem guttatim emittit alembicus prout ſi inſtar ſucci extraheretur quare ſeparat tenue & purum a craſſo impuro ita , quod alchymia,ſpagyri,& diſtillatio ſunt omnes inter ſe nexæ & iugatę,vt cūctas dicamus vnam eandemque eſſe qua ſegregantur elementa ab inuicem nempe vnum ab altero ſiue omnes ſubſtantiæ,vna ab altera & ita liquores eliciuntur a corporibus, veluti tenuiores partes a craſſioribus terreſtribus & fæculentis , inde fæces comburuntur donec in cinerem vertantur,deinum ex cinere & aqua ſi decoquantur fit lixiuium,quod excolatum more mulierum ac euaporetur igni in ſalem concreſcit, qui liquefieri ac fundi aptus eſt: ex prænarratis effectibus conſequitur in vnam deſinere omnes prædictas facultates quælibet enim alteri inſeruit : adeo quod profeſſores conſueuere has medicas operationes nominare quandoque nomine alchymiæ & interdum ſpagyricæ artis aut diſtillandi modo aut hermeticæ ſiue præparationis nomine more Galeni ad libitum & quo magis arridet eis appellant , ſat eſt dummodo præparentur medicamenta ſuperflua demendo abſentiaque ſupplendo ſiue diminuta addendo, donec ad perfectionem præparationis perueniant: Tunc remedia innoxia & tuta ſunt,modo dicantur alchymica ſiue Spagyrica,aut methodica, galenicaue appellare mauis , niſi ex accidenti imprudenter adminiſtrentur,in manu ſtultorum equidem omnia ſunt periculoſa : verum hac arte plura fiunt magiſteria,quæ ordine ſequuntur,videlicet infuſio,maceratio,digeſtio concoctioue ſolutio diſtillatio,deſcenſio,ſublimatio, circulatio,fermentatio,coagulatio,calcinatio,fixatio & ceratio &c. hęc igitur concurrunt operationes in adminiſtratione alchymiæ, ex quibus omnium corporum compoſitiones ac diſſolutiones fiunt , quas hominum vulgo non communicabant veteres neque

Extractio salium ex corporib. metallicis et aliis etc

ratio ſuadet omnia in vulgus profundere: idcirco hanc artem fateri oportet, quippe eſſe medicinæ laudem & gloriam, dum eam apprime calleant medici, eadem enim arte ac mediante beneficio ipſius præparationis non modo metallica, verum & animalia, atque vegetabilia prout herbę, flores, fructus, radices, ſucci, arborum lachrymæ, ligna, cortices: imo lapides & ſilices ipſi, vitrum, mineraliaque cuncta deduci poſſunt in oleum, in aquam, in ſalem, in tenuiſſimoſque ſpiritus, & in quintam eſſentiam, qua legitur Medeam reſtituiſſe Aeſonem ſocerum decrepitum firmiori valetudini ac fere iuuentę, huiuſcemodique medicina Aeſculapius ſuſcitabat ferme mortuos: ex quibus facile vnuſquiſque comprehendere poteſt remedia chymica fuiſſe ante Galenum prætterea ipſiſmet vſum fuiſſe Galenum demonſtrabimus inferius: at poſt Galenum de magis floruerunt & cum ingenijs creuerunt alij Clariſſimi Medici & Philoſophi quamobrem maxima cenſetur temeritas de nouitate accuſare chymica remedia tam celeberrima notiſſimaque nam in ore omnium ſapientium verſantur neque vllis ob nouitatem poſt poni poſſunt, prout falſo Idiotæ quidam & populares exiſtimarunt, quorum improba vanitas eſt incuſare chymica quia ſint furioſæ operationis, quemadmodum diximus contingere ſæpe operantium imperitia, tum etiam adminiſtrantium inconſideratione: e diuerſo autem euenit ſi recte parentur, prudenterque adminiſtrētur, tam enim begnigna ſua peragunt munia, quam manna tamarindi & caſſia ęgiptia, quamuis & iſta præparentur, quod fieri nequit abſque auxilio artis chymicæ eam enim diximus eſſe medicinæ præparationem, quorum fides expertis, prudentiaque prouectis adhibenda eſt, calumniatoribus vero maledicentibus os contundendum, ne amplius mendacijs crimina falſa intendant aduerſus tam celeberrimam diuinamque diſciplinam, quam delectatione plurimum coluerunt Duces Maximique Reges & Imperatores, ac plerique alij Heroes.

Demonſtratur auctoritate Galeni medicamentorum præparationem fieri per ſeparationem elementorum. Cap. VI.

FVit hæc præclara medicina a primis mundi ſeculis ſummæ curæ antiquis Philoſophis, qui ſummis ingenijs, maximiſque ſtudiis arcana prędictæ facultatis chymicæ nouerunt, ac inde nobis ſcripta reliquerunt ea, quæ tamen aſſequi non poſſumus niſi eorum mandata faciamus de quibus opera voluminaquę condiderunt fide digna maximique momenti: verum philoſophice & non caſu diſſeruerunt veteres ipſi de hac facultate, incipientes ab elementis tāquam a principiis rerum naturalium: quemadmodum aſſeruit Galenus ne diſcedam ab eo omnium methodicorum corypheo in librū Hippocratis de humor. com. primo ex mente Hippocratis, quatuor eſſe elementa, vt quatuor humores aut quatuor qualitates eſſe Naturæ materiam, quæ mutuo inter ſe agunt & ab ipſis, quæ ortum interitumque nanciſcuntur omnia fiunt & corrumpuntur: Idem legitur libro de ſpermate & libro de marcore &

in li.

in librum Hippocr. de natura humana & primo nec non tertio de complex: vbi atteſtatus eſt naturam generare mixtione elementorum: hæc autem ſunt principia corporum naturalium aut remota aut proxima: ſcripſit Galenus pro remotis quatuor elementa ſiue quatuor qualitates, proxima vero & ſenſibilia tria prodidit Ariſtotiles ſcilicet materiam, formam, & priuationem; quas chymici iuniores appellant Mercurium ſulphur & ſal non vulgaria tamen ſed per hypallagem intelligenda: ex his omnia ſunt compoſita idcirco Galenus libro nono de ſimplic. medicament. facult. loco de cadmia ait ſimplex exacte nullũ reperitur corpus: Idem reperit ipſe libro primo de elementis ita exponens quare iam manifeſtum eſt quod nequaquam ſimus ex vlla ſimplici vniformique ſubſtantia conſtituti: conſtat igitur ex ſententia Galeni nil puri reperiri in mũdo: idem aſſerit Ariſtotiles libro tertio metaphiſic. omnia corpora compoſita conſtituuntur ex aqua, terra, aere & igne: rurſus libro primo phiſic. inquit elementa quatuor ſunt mixta per contrarietatem: ex quibus conſequitur nobis tribuiſſe naturam nihil puri ſed omnia per multis miſcuiſſe impuritatibus: hinc Galenus in librum Hippocratis de natura humana com. primo ait ſi enim vnum ſimplexque elementum eſſet non corrumperetur nec dolitturum eſſet corpus quod ex eo conſtaret nam aliud nullum eſſet reliquum quod agere in ipſum poſſet, neque à ſe ipſum pati poteſt: eadem fuit Ariſtotelis opinio: Etſi quæ oriuntur vel a natura producuntur abſque artis adminiculo videtur ſimplicia, re vera tamen prout elementa aut elementata compoſita ſunt & contrariis genita & ideo corruptibilia quæ & in partes ſimpliciores ſegregari poſſunt, teſte ipſo Galeno libro quinto de ſimplic. medic. facult. & libro ſecundo de elementis cap. 2. ex quibus conſtat igitur ad inuicem omnia per viam compoſitionis generari & ab inuicem ſeparari & alterari ſicut euenit de elementis per ingreſſum vnius naturæ in aliam: idcirco ſubtiliora craſſioribus præcellere ſenſit in opere de ſimplic. medicam. quare nil profecto mirum eſt ſubſtantiarum concretarum reſolutionem fieri diſtillatione aut ſublimatione aut decoctione aut calcinatione, quando omnia compoſita reſolubilia ſunt: præterea voluit Galenus demonſtrare rationem quinimo neceſſitatem, ob quam coacti ſumus ſegregare partes craſſas a tenuioribus, nam libro primo de ſimplic. medici facult. cap. 12. ait non excalfaciunt corpora humana ea, quæ craſſa adhibentur etiam ſi natura ſint calida, ſic æque intelligi voluit de frigidis in facultate ni ad vnguem comminuantur extenuenturque: exemplum enim attulit de pipere & de mandragora hæc oppoſita ſunt qualitate: idcirco cap. 17. eiuſdem libri recenſuit lac, acetum, vinum, & oleum, quorum exemplo probare nixus eſt cætera omnia conſtare partibus contrariis & cuncta ab inuicem ſeiungi quemadmodum lactis partes caſeoſas a ſeroſis conſpicimus: & libro tertio eiuſdem facultatis inquit Galenus ipſe in aloe mixtam ineſſe facultatem ac ſi quod ex ea purgat ab eo quod non purgat ſegregari poſſet, ſicuti in lacte facimus & braſſica aliiſque permultis: hinc aſſerit idipſum contingere omnibus liquoribus quos exprimendis fructibus conficiunt: rurſus libro quarto ſimpl. medic. facult. cap. 3. memorauit eandem eſſe recrementum naturam tum in oleo cum in lacte in vino & in aliis omnibus ſuccis multoque magis in totis plantis & omnibus metallicis: mox cap. 17. eiuſdem libri quarti expoſuit lac

conſtare ex tribus diuerſis ſubſtantiis ex craſſa enim fit caſeus ex pingui butyrum & ex aquea ſerum: Idem prodidit decimo libro eiuſdem facultatis & libro tertio de alimentorum facultatibus cap. 15. quod antea ſcripſerat Hippocrates libro quarto de morbis: eiuſdem ſententiæ legitur Aueroes in librum quartum Metheorum Ariſtotelis vbi demonſtrauit ſeparationem elementorũ quæ exiſtunt in lacte prout & in ſanguine & in ſale: quibus aſſenſit Oribaſius libro 15. prætetea Galenus comment. 4. in librum Hippocratis de ratione victus acutorum docuit modum ſeparandi ſerum a caſeo: alioquin præter elementorum lactis diuiſionem Priſci reliquerunt nobis efficaces præparationes; Hippocrates enim libro ſeptimo de popul. morb. exhibebat in potu patienti dyſenteriam cum febre lac aut ſerum in quibus ſilex excandefacta eſſet extincta: inde Galenus libro decimo de ſimplic. medicam. facult. vbi lactis & ſeri præparationem conferre diſcurrit, quam aſſumpſerunt a lapidibus ignitis: veruntamen meliorem inueniſſe aſſeruit in cylindris ferreis candentibus iniectis in lac vel in ſerum nam ferrum prout viſum fuit Galeno adſtringentis facultatis eſt particeps: verum ſi vobis nõ ſufficerent recenſitæ ſuperiorum operationes, quæ procul dubio ſunt propriæ diſciplinæ chymicæ inſuper alias demonſtrabimus vt palam ſit quantopere preſertim Galenus incubuerit chymięnam ſatis atteſtantur quæ ſcripſit in libro primo de ſimpl. medic. facult. loco de aceto quippe nõ multum abeſſe omnia pericula ſubire ſi quam machinam aut artem inuenire queam ſicut in lacte contrariarum partium ſeparationis ita hic quoque ex his deprehenditur equidem minime ſibi obtemperaſſe Galenum imo maxima cupiditate ac toto ſpiritu fuiſſe intentum ſcire artem & inſtrumentum ſecernendi ab inuicem contrariis partes commiſtas hæc ſunt qualitates & elementa: quorum ſeparationis artem valde perutilem exiſtimauit profitentibus medicinam; quamobrem maximo ordine progrediens vnamquanque operationem loco ſuo inſtituit: & ideo libro nono de vſu partium capite quarto inquit non fieri tranſmutationem ſine concoctione qua ſeparantur excrementoſa: concoctio autem eſt vna ex primis operationibus nuper ſupra expoſitis obſeruandiſque in ordine ſpagyrico medicove dicamus idem refert: mox Galenus libro de aquis capite quarto & quinto ex Atheneo prodidit diuerſimode purgari aquam nam quandoque decoquitur quandoque ſtillatur etſi interdum pota excipitur aqua colis: nihilominus apertiſſime aſſeruit Galenus puriſſimam ab omni ſorde haberi aquam ſtillatione magis, quã alio quouis modo, ſtillatione enim perfecte ſeparatur elementum ab alio: alia Galeni verba propria adducere poſſem quæ idem referunt ea tamen omitto breuitatis gratia cum liceat omnibus legere ea: quibus aſſenſit Auicenna libro primo Fen ſecunda Doctrina ſecunda cap. 16. de diſpoſitionibus aquarum vbi ait ſublimatio præterea & diſtillatio aquas rectificat malas: rurſus vero Galenus comment. 4. in libr. 6. Hippocratis de vulgar. morb. ſcripſit modum refrigerandi depurandique aquam Alexandriæ & tota Aegipto vſitatum: & Oribaſius libro quinto capite primo paucis ſe expedit dicens elixari aquam, vt ſegregentur partes impuræ: & Ariſtotiles libro ſecundo Metheorum capite primo recenſuit fieri potabilem aquam ſalſam ſi formetur vas cereum ſphericũ non ſolidum ſed vacuum ore clauſo ac ſtipato ita quod non poſſit ingredi ma-

re po.

re ponatur vero vas in mare, nam ingredietur per cereos parietes aqua digeſta ac ſubtiliſſima potabilis delectabiliſque relinquens, quod eſt indigeſtum terreſtre ſalſum & amarum, mox repetit ex calefactione a ſole attenuatur furſumque eleuatur a terra humida & a mare quod eſt aquæ dulciſſimum; & affert exemplum aquæ feruentis igne, quæ per euaporationem eleuatur dum vero in ſuperiori loco conſtat, vt puta capitellum cum roſtro, vt innuit ſequentibus, rurſus propter infrigidationem deorſum deſcendit: mox iterum addit vinum verti in aquam. & omnes humores quicunque vaporantes iterum in humidum cum conſtiterint aquæ fiunt: idem aſſerit Galenus loco ſupra citato: & libro ſecundo ſimplic. medic. facult. inquit cum aqua ſoluitur a calore efficitur aer mox mutatur in frigidam, & in ſenſilem aquam vertitur: his tum Ariſtotilis tum etiam Galeni habetur modus diſtillationis apertiſſimus, prętcrea libro eiuſdem facultatis primo, & capite quarto de aquæ facultate viſus eſt Galenus ſequentibus verbis proprijs vbi per bituminoſa ſulphuroſa nitroſa aut aluminoſa diſtillat rurſus ex mente Ariſtotilis expoſuit nō ſolum vapores aqueos aſcendere per venas quaſdam ad crepidinem montium inferneque inde diſtillare: & ſexto com. in lib. 6. Hipp. de vulg. morb. locutus eſt, de reſinis ſponte diſtillantibus, pulcherrimum vero exemplum diſtillationis habetur ab Hippocrate libro de flatibus pag. 147. vbi explicat fieri ſudorem in corpore ex ſanguine abundante, & accenſo qui a natura attenuatus eleuatur in ſpiritum, & in aquam tranſmutatur quæ per meatus penetrans extra prorumpit in ſudorem eodem plane modo quo a feruentibus aquis in lebete vapor eleuatus ſi obſtaculum habeat ad quod impingere oportet pingueſit ac condenſatur guttæque diſtillant his proprijs vocibus diſtillationem expreſſit Hippocrates: prætereo autem pleroſque alios locos Hippocratis atque Galeni quibus meminere de diſtillationibus quadam ſimilitudine occurrentibus corporibus humanis: vt ad medicamenta quæ præparantur modo Spagyrico, vt dici conſuetum eſt, a iunioribus properemus: & præ cæteris locis Galenus libro ſecundo de ſimpl. medic. facult. cap. 18. docuit pluribus modis purificare oleum, & primo in feruente ſole lattoris vaſculo olei pleno depoſito, conchis in altum ſublatis ſubinde id cum ſtrepitu deſuper conturbant: aut calidos vaſculis oleum continentibus cineres ſubijciunt ſolarem quam fieri poſſit maxime calorem imitati: maiorem enim vitant qui ipſum in qualitate alteret prompteque fumum excitet: aut nucleos oliuarum aut frumentum circũcirca apponunt: aut medicamenta quædam vaſis ipſis inijciunt: in ſumma quod aqueum eſt, exigunt atque conſumunt reliquum autem ſeruant: hoc dulce candidumque eſt, minime mordax: his videtur Galenus innuere oleũ poſuiſſe in vaſculum veluti bociam aut cucurbitam vitream quam in furnellum ponunt ſuper cineres ſtratos, & ignem ſubaccendunt lenem imitantes ſolarem calorem abſque fumo, & pro conchis quas in altum afferri inquit ratio perſuadet intellexiſſe obſtaculum in ſummitate cucurbitæ coniunctum quod alembici capitellum dicitur in quo denſatur vapor in liquorẽ inde fluit deſcendendo in aliud vas ſuppoſitum quod Recipiens appellant: iccirco Galenus libro ſeptimo de vſu partium cap. 13. ait tenuis aqueuſque humor in vapores diſperſus exiguo ſpatio temporis facile in nihilum abit ac repẽte defluit

præſertim

præſertim cum decliuis meatus ſit, qui vero tenax, & pinguis longo curriculo perdurat: ibi autem animaduertatur decliuis meatus id eſt roſtrum fiſtuloſum ipſius capitelli alembici: rurſus Galenus libro ſecundo de differ. febr. cap. 11. oſtendit quo modo ſegregentur partes contrariæ dicens ſi elixare volueris oleum aut vinum paruum aliquid terreſtre relinques reliquum vero omne extenuatum in aerem ac in vaporem reſoluetur: præterea libro de puero epileptico docuit extrahere ſuccum e ſcilla hoc equidem modo comminuit manibus ſcillæ laminas mox eas conijcit in vas a quo extractum fuerit mel, & operculo idoneo obturat eum pelleque extrinſecus circumuoluit, & ſoli meridiem verſus collocat per quadraginta dies tempore caniculæ, quibus elapſis reperietur ſcilla ceu elixa ex qua ſuccus ſenſim defluxus erit ad fundum vaſis quem melle concinnare iubet, demum huius cochleare exhiberi ſingulis diebus patientibus morbum comitialem veruntamen pueris minus, adultis vero maius: hęc ſi animaduertatur præparatio ſucci ſcillæ eſt, propria diſtillatio ipſius ſucci qui guttatim a ſcilla defluxit vi caloris ſolaris expreſſus, & ſegregatus a craſſioribus partibus: verum ſolaris caloris vice ars intenta proſequi naturæ veſtigia didicit vti igne materiali: cuius exemplum depromitur a Galeno lib. 7. de ſim pl. midic. facult. vbi ſupra cedream dum igni ferueſcens coquitur ſuſpendit lanas pro obſtaculo quo concreſcit quod pinguiſſimum, & oleoſum eſt, ipſius cedreæ tunc illud expreſſione excipitur a lanis, & colligitur: eodem quoque modo fit ex pice nigra oleum quod vocatur picinum, & piſſeleon proximum in caliditate cedrino teſte Galeno libro ſexto eiuſdem facultatis loco de oleis, de quibus antea ſcripſit Dioſcorides libro primo medicinalis materiæ: Idem de piſſeleo prodidit Oribaſius lib. 12. & Paulus Aegineta lib. 7. de remedica, ait picinum oleum ex liquida fit pice: inde Auicenna lib. 2. Tract. 2. cap. 539. de pice inquit oleum picis fit vt diſtilletur eius humidum vbi decoquitur, vt deſiccetur aut ſuſpendatur lana, & madefiet ex vapore tunc exprimatur cum tamen melius fit vt diſtilletur in cucurbita, & alembico hoc magis ſeruatur quod ſublimatur: ex quibus patet ſeparari vi ignis quod tenue eſt a craſſo, & in halitū verti, inde in ſublime euaporat, diſpergitur, in nihilumque abit niſi retineatur obſtaculo alicuius organi inſtrumentiue diſtillatorii prout eſt, cucurbita aut flexa aut recta, & longa, cui annectitur capitellum aut ſuſpenditur lana quæ vapore humeſcit mox repleta exprimitur in aliud vas, & ſi obſtaculum ex lana ſupra corpus liquidum picis aut cedreæ ſuſpenſa ſupplere poteſt cucurbitam diſtillatoriam, nihilominus non adeo exacte lana ſuccedet, vt cucurbitæ obſtaculum cum pileo vitreo, vulgo dicitur boccia diſtillatoria, hęc eſt inſtrumentum denſioris ſubſtantiæ magis aptum detinere ſpiritus qui potius denſantur, & diſtillare coguntur: quamobrem Galenus lib. 7. de ſimpl. med facult. loco de caria id eſt nuce inquit ex ea inueterata tuſa ac diutius recondita ad macerationem facile exprimitur oleum hinc proſequitur dicere tunc ſane admodum fit per halitum euaporatorium: hæc Galeni verba poſtrema indicant equidem diſtillationem cum propriis organis chymiſtarum more: ex prædictis igitur facile deprehenditur Galenum expoſuiſſe duplicem modum eliciendi oleum a nuce: videlicet vno modo cum expreſſione prælo facta? Altero autem modo fieri per halitum euaporatorium minime dubio

expreſſit:

expreſſit: nam quæcunque materia in vaſe diſtillatorio poſita vi ignis incaleſcit, attenuaturque eius humiditas in halitum, qui euaporando ſublimem locum aſcendit, ſummitatemque vaſis diſtillatorii, in quo obſtaculo denſatur halitus ac iterum deſcendit inſtar olei aut aquæ, & colligitur ſuppoſito aliquo vaſe Recipienti.

Inſtrumentis operationibuſque Chymicis omnibus vſos fuiſſe veteres Medicos conſtat. Cap. VII.

QVatenus vero Galenus vſus ſit cucurbitis vitreis, ollis teſtaceis, furnis fornacibuſque, & aliis Chymiæ, diſtillationique ſpectantibus Inſtrumentis, depromitur ex eis quæ dixit libro de cauſis morborum capite tertio videlicet ſi etiam, qui flammæ circumfunditur aerem ſtipaueris aut nimium rarefeceris ſic quoque flammam decreſcere ac periclitari, ne penitus extinguatur inſpicies: ſtipatur autem ſi cucurbitam, qua medici vtuntur, vel furnulum aut tale aliquod aliud circumponas, quod etiam continget ſi fornacum foramina clauſeris: idipſum reperit paulo inferius dicens ſi extrinſecam flammam a communicatu circumfuſi aeris ſepares interiectu furnuli, vel cucurbitæ, vel alterius rei ſimilis ſtatim extinxeris: verum ne aliquis decipiatur hoc nomine cucurbitæ ſcire licet hoc æquiuocum, quod græci vocãt ομωνυμον. diuerſa indicans quo ſæpe vſus eſt Galenus quamobrem animaduertere operæpretium duco Verborum ſeriem Galeni, vt percipiamus quo ipſe pergat, & quid innuat eis vt exempli gratia Galenus ipſe libro ſecundo de alimentorum facultatibus capite tertio dixit de cucurbita cruda quidem, & inſuauis eſt ſtomachumque ledit: rurſus libro primo de arte curatiua ad Glauconem capite nono de curatione febris tertianæ exquiſitæ pro cibis exhibet ex oleribus cucurbitam lactucam &c. Idem aſſenſit libro ſecundo eiuſdem intentionis, & nominis capite decimo de curatione elephantiaſis: his patet intelligi voluiſſe Galenum de cucurbita eſculenta. Alioquin autem libro quarto methodi medendi capite ſeptimo inquit cucurbita eſt inſtrumentum ad violentum attractum a medicis excogitatum quod etiam aſſerit lib. 14. met. med. cap. 7. cucurbita magna bis terue ſine inciſione medio ventri affixa, præterea aliis pluribus in locis docet affigere cucurbitulas cum ſcarificatione, & ſic diminutiue interdum nominauit eas vtrunque tamen nomen innoteſcit eſſe inſtrumẽtum chirurgicum: E diuerſo poſtea vbi fuit ſermo de furnulis, & cucurbita tunc enim intelligi voluit de cucurbita boccia diſtillatoria qua furnulo collocata diſtillatur pulpa cariæ ideſt nucis: præterea audite Galenum ipſum libro de remediis paratu facilibus pagin. 259. ad genarum papulas ferrum candes paliuri ligno imponito acceptumque qui ex hoc deſluit humorem illinito: hæc equidẽ eſt e ligno humoris diſtillatio: & ipſius collectio cum cucurbita: ibidem recenſuit alterum modum eliciendi oleum a tritico ſic dicens ad menti impetigines Acceptum magna copia triticum incudi impone, cui deinde applicato candentem laminam æream &c. legenti in propatulo ſunt: ſed prædicta ſufficiãt demonſtraſſe Galenum vſum fuiſſe diſtillatione, & organis ei pertinentibus

Chymicorum more: præterea atque ſublimationem exercuiſſe explicabitur primum vero meminiſſe oportet quæ edidit libro, nono de ſimpl. medicam. facul. agens de cadmia vbi in fornacibus æs paratur nempe tota terra ex qua æs generatur in altum egerente velut fuliginem quampiam aut fauillam, vt cunque appellare libuerit: ex his conſtat nil aliud ſane eſſe cadmiam præterquam tenuiorem eſſentiam æris, terræque metallicæ in fuliginem ignis vi ſublimatam, nil enim differt dicere in altum, & ſublimem locum eleuatam, vt re cenſuit Galenus ipſe in licum cap 5. Idem iam prodidit Dioſcorides lib. quinto de medic. mat. gignitur cadmia ex ære in fornacibus cādente fuligine egeſta flatu, & lateribus camериſque fornacum applicata: camera erat incurua nuſquam pertuſa ſed integra quæ egeſtam ab vſta cadmia fauillam excipiebat: ſed attendite queſo ſublimationem butiri, quam ſcripſit libro ſecundo ſub nomine fuliginis pro medicamentis oculorum hoc modo dicens: butirum in lucernam ingeſtum accenditur fictilique operculato quod ſuperne in ſiphunculum deſinat, & ſub pedibus cuniculos clibani modo habeat dum vero crematur eleuatur fumus fuligoue dicatur, quæ coaceruatur in ſublimiori loco, & adhæret ſummitati ac lateribus ipſius operculi, quæ deinceps penna deraditur & ad vſum medicinæ ſeruatur: ſic æque egit libro primo loco de fuligine picis liquidæ quemadmodum, & mirrhæ atque ex thure ac ex ſtyrace; poſt modum de his omnibus ſingulatim, & fuſe tractauit Galenus libro ſeptimo de facult. ſimpl. medic. ſequens Dioſcoridis ordinem inquit fieri fuliginem vſtione thuris, aut terebinthinæ, aut mirrhæ, aut ſtyracis, aut picis liquidæ, aut cedreæ: mos fuit antiquus colligere fuligines: Priſci enim ante Tiporū inuentū ī vſū habebāt cōſtruere encauſtrū ſcriptoriū cū fuligine pictoria, q̄ ex vitrariis officinis tūc colligi ſolebat, aut ex tedis, aut e reſina, q̄ vulgo dr̄ fumus raſç: iſtę aūt fuligines a Dioſc, & a Gal. deſcriptæ nō ne ſunt procul dubio Recentiorū ſublimationes: fit enim q̄libet ſublimatio quādo ſpiritus ex ignis calefactione reſoluitur in vaporem, & fumum qui poſtea detinetur in cacumine vaſis, & percuſſus frigiditate capitelli condenſatur ita vt recolligi poſſit: alioquin vero contingit ſi vice capitelli adhibeatur operculum planum in medio perforatū ita quod non retineatur fumus fuligoue, quæ coaceruari poſſit, euaneſcit autē vapor, & in auram abit per foramen operculi tunc enim reſidet corpus vſtum prout legitur in Dioſcoridem primo libro de medic. mat. capite de Hebeno vbi dixit vritur Hebenus in fictili nouo donec in carbones redigatur, & lauatur plumbi modo: idē habemus in Galenum libro quarto de compoſit. pharmac. ſec loc. cap. 5. vbi prodidit modum vrendi lapidem phrigium in ollulam nouam conιectum, quæ operculo perforato in vertice, vel in alias plures partes vt fuliginoſæ exhalationes efferantur munita ac luto forinſecus circum lita ſit, mox iubet in butiro extingui lapidem vſtum: ſic rurſus lapidis vſti fragmenta in ollulam coniecta vrere prunis candefactis, & cum igniti fuerint lapides, & nulla amplius fulligo efferatur, tunc eximit, & vino falerno extinguit: & iterum tertia vice excandefacit, & in melle extinguit: demum hoc approbat inter remedia ocularia: hac igitur præparatione, quæ igne vrendo fit, vſi ſæpe ſunt veteres vt exquiſita, & maioris efficaciæ eſſent ipſa remedia: & ſi eādem præparationem vſurpant Iuniores ſub nomine autem calcinationis nil

tamen

tamen in re differunt: quam æque refferunt nomina licet ſtupidis videantur voces diuerſæ: hæc equidem operatio tota chymica eſt: verum vlterius progrediamur nam libro ſexto de compoſit. pharmac. ſec. loc. ex Aſclepiade ſcripſit Galenus modum vrendi hirundines dicens pullos ipſos ſale conſperſos vna cum pennis in fictile conijcimus obturatumque prunis imponimus, & libro quarto de compoſit. medicament. per genera cap. primo diſcurrens de præparatione metallorum ait incipiam a metallicis; quibus etiam terræ adnumerantur, meminetitis quod combuſtis, elotiſque mordicatio edomatur: ibidem tractat de ærugine combuſta, de vitro combuſto, de buccinorum teſtis concrematis, purpurarum, ac oſtreorum, de chalcity, & plumbo vſtis, de oſſibus combuſtis, de cornu cerui, & capræ vſtis, & lotis, de cancris fluuialibus combuſtis, quorum cinerem cum cerato imponito vlceribus cancroſis ait: conſtat equidē quodcunque vritur in cinerem verti, proinde Galenus libro nono de ſimplicitat. medicamentum facultatem inquit cinis vſtorum corporum reliquiæ ſunt ſiue lapidea, ſiue arborum animaliumue partes, iccirco libro ſecundo de differentijs febrium capit. 11. reliquiæ quæ ſuperſunt ex lignis combuſtis cineres appellantur: idipſum repetit libro octauo de ſimpl. medic. facult. vbi proſequitur aſſerere calcem eſſe cineris quandam ſpeciem: ex cinere & aqua fit lixiuium teſte Galeno libro quarto, & nono eiuſdem facult. ſimp. medic. de quo tractauit, deinde libro ſecundo de arte curatiua ad Glauconem cap. 3. de ædemate quatenus conuenit lixiuium diſtillatum quod a græcis conia ſtacte nominatur, Σταχτη enim prope græcos dicitur ſtilla quæ guttatim fluxit licet per linguam filtri aut lanæ quemadmodum & per organum diſtillatorium fieri poſſit: quamobrem Dioſcorides Σταλακτίκον appellauit chalcanthon primam atramenti ſutorij differentiam nam pre humiditate minerali ſtillat in antro inſtar lachrimæ ſiue guttæ, & in ſtiriam concreſcit prout ſuperius ſatis expoſitum fuit: rurſus Galenus lib. 11. eiuſdem facult. approbat cinerem cochlearum cum gallis aduerſus dyſententiam: eadem leguntur in Oribaſium lib. 15. præterea vero prodidit de lana combuſta & de vngula caprina vſta, nec non de vngula aſinina combuſta: ibidem dixit ſal vritur fictili diligenter operto ne exhalat conditoque prunis donec igni candeſcat: multa ac varia proponit medicamenta Aetius Tetrabili prima ſermone ſecundo, quæ præparat calcinatione & in cineres reductione, quibus calcinatis vti vulgo ſolebant: & Paulus Aegineta libro ſeptimo ſcripſit concremati hydrargirum, quod eſt argentum viuum & in cinerem verti, mox alijs mixtum & potu aſſumptum colicis & iliacis præſtare, quem ſecuti ſunt Ioannes de Vigo, & Nicolaus Maſſa, & alij innumeri medici Clariſſimi, qui in diuerſa præparatione argenti viui inſudarunt, aut calcinando præcipitando, aut ſublimando, aut in ſalem aquam, & oleum reducendo eum: ſed reuertamus ad Galenū libro de theriaca ad Piſonem vbi aſſeruit cinerem ſpongiæ combuſtæ fluxiones ſanguinis cohibere: & primo libro de antidotis cap. 15. tractat. de fuſione & vſtione chalcitidis in ollam ignitis carbonibus vt cuilibet legere licet, chalcitis enim in primis liqueſcit igni ideſt funditur quod eſt proprium alchymiæ munus, quo vtebatur Galenus: rurſus vero libro de theriaca docuit comburere viperas ac ex earum cinere conficere ſalem, qui dicitur theriacalis, fiunt at-

que

que trociſci, paſtilliue ex viperis, & ſi vipera eſt venenatiſſima beſtia nihilominus rite pręparata habetur pro theriacæ baſi alexipharmaco, vniuerſaliſſimo libro vndecimo de ſimplic medic. facult. inquit viperarum carnes nutriũt & facultatem habent medicamenti, & condiuntur ceu an.. uillæ nempe oleo ſale, anetho, porro, & aqua: in primis tamen præcidere opus eſt capita & caudas earum inde reliquum corpus exemptis inteſtinis pelleque detracta aqua perlues in ollam conijcies, &c. ſic docuit Galenus libro primo de antidotis ſuperiorum auctoritate ductus, quos ſæpe citauit vt Aſclepiadem, Mithridatem Regem Ponti, Andromachum cretenſem Imperatorum Rom. medicum & theriacæ inuentorem, Menecratem, Damocratem & alios innumeros: verum præter viperas nonne pluribus veſcimur piſcibus, qui nobis cibi ſunt lauti dũ tamen optime præparentur ſegregenturque ab eis exitiales ſpinæ, quibus armati ſunt vt puta Draconem marinum, qui piſcis eſt aran us dictus hic in dorſo veneficam habet ſpinam: præterea Paſtinaca marina, & Torpedo marina hæc in cauda pernitioſam huiuſcemodi habent ſpinam ſcorpius autem nec non Scorpena congeneri ac æque marini piſces poſt aures tenent binas prauiſſimas ſpinas, quibus tamen abiectis inundantur ſquammis pelle & inteſtinis eluuntur coquuntur & condiuntur ceu alij piſces tandem ſuauiter ac tuto eduntur: Negotium itaque totum conſiſtit in præparatione, quæ non modo medicamentis verum etiam cibarijs neceſſario adhibenda eſt: Etenim medicamenta educuntur non modo a familia animalium, vegetabiliumque verum atque mineralium, eadem igitur ratione & beneficio metalla, cunctaque foſſilia ad eam mediocritatis naturam reduci poſſunt, vtile ab inutili ſeligendo, venenum a mumia ſalutari, nucleum & medullam a corticibus ita quod amplius aduerſa non ſint naturę humanę ſed ei omnino ſubueniant, & auxilium ei præbeant ac ceu remedia apta morbos quanquam deploratiſſimos debellare poſſint: his affixus fuit Galenus nempe elicere balſamum fixum a mineralibus ſpiritusque potentiſſimos in eis concluſos qui corruptioni magis reſiſtũt: prout fuſe atteſtatus eſt libro de theriaca ad Piſonem cap. 16. dicens multa ignis commertio meliora redduntur, & latens rerum natura in apertum ab igne profertur, cui alludit Meſues aſſerens Chymicos manifeſtare occulta, & in apertum latitantes vires trahere, rurſus vero Galenus ibidem proſequitur Idem etiam quædam ad eos quos volumus vſus accomodata nobis parat: Aurum enim igne probamus, & adulteratum igne deprehenditur quodque accurate eſt igne purgatum id eſſe probum videtur: ferrum quoque igne candens molleſcit & flexum a nobis ad multos vitæ vſus aptum redditur: nonne etiam plurima eorum, quibus veſcimur &c. & proſequitur Galenus de præparatione panis, vini, carnium & aliorum in vniuerſali innuens cibaria innoxia non eſſe abſque præparatione quemadmodum, & medicamenta pręſertim metallica ea enim quamuis acerrima, & noſtris corporibus inimica domita tamen ignis vi ad curationem fiunt vtilia: hoc autem diſcurſu Galenus deſinit in chalcity atramento mettallico a quo oritur ſutorium: ſed quid dicam de induſtrijs mulierculis, quæ parant ægrotantibus contuſa ex carnibus, colaturas, gelatina, & conſumata, liquoreſque reſtauratiuos ſtillatitios aut prælo expreſſos & alia huiuſcemodi extracta, ſegregando tenuiora a craſſioribus &

lauda-

laudabiliora, quæ de magis ægrotis conducunt: idem de medicamentis agendum conſulit Galenus loco ſupracitato: prætereà libro primo de antidotis capite ſecundo plane monſtrat exercuiſſe metallica medicamenta: rurſus libro nono de ſimplic. medicam. facult. vbi ipſe proprijs manibus præparaſſe ſcoriã ferri pro medicamento aſſeruit: ibidem quoque prodidit differentias terræ eſſe lapidem ſaxa & gemmas inter eam de terram quæ colitur & corpus metallicum prout æs, ſtannum plumbum, aurum, & argentum, hæc fundi poſſunt nam igni admota liquefcunt, conſtant enim aqua magis quam terra: Inde addit ex qualibet terra vel arena non colligitur argentum aut aurum aut æs aut ferrum aut ſtamnum &c. ibidem recenſuit de fornacibus ac ſumptibus in eis inſtruendis quemadmodum erudiciſſimus experimentiſque ductus memoriæ prodidit alchymicam diſciplinam laboraſſe vt verbis Recentiorum peculiaribus vtar: eandem vero diſciplinam coluit methodicus ille Hippocrates medicinæ Princeps & Oraculum ſi bene aduertimus libro primo de dieta pagin. 158. præſtantiorem ſcripſit Auri præparationem, quæ fieri poſſit, vt aptum ſit tueri vitam noſtram ſic dicens Aurum operantes fundunt lauant igne molli liquant, forti autem non conflatur & vbi elaborauerunt vtuntur ad omnia: ibi paucis equidem & ſtrictum Ius iurandum ſuum obſeruans auri potabilis modum aſſignat Hippocrates ipſe, nec non ignis gradus in opere: quem ignis ordinem magni æſtimaunt Galenus, vt pluribus aſſeruit in locis præcipue in licũ capite quinto inquit atque ignem ex paleis accenſum quo in primis vti ſolent ij, qui aurum faciunt ab eo, qui ex alia materia excitatur nihil diuerſum exiſtimarij: Ignis non differt ab igni niſi maiore vi ac minore: infirmiſſimus, qui ex paleis eſt quare ad flandum aurum accommodatum eſt: quod abſumatur ac diffluat ſi validiorem flammam ſentiat &c. prædicta Hippocratis & Galeni verba dubio procul arguunt alchymiam non puduiſſe eos quamuis ſub voce non alchymiæ ſed præparationis ei operam impenderint, nimirum Raimundus Lullius hanc artem Hippocrati notam fuiſſe cenſuit, prætereà Iacobus Antonius Cortuſus Patricius patauinus de medica materia optime meritus fuit in hac ſententia non modo Hippocratem ſed etiam Platonem, Ariſtotilem & Galenum nouiſſe quintam eſſentiam hæc autem fieri nequit præterquam alchymiæ auxilio de qua Galenus edidit volumen titulo de ramo pomi congelati, quod arte fecit ne ab omnibus intelligeretur niſi a dilectis filijs artis: huius teſtimonium habetur ex libro ſupplementi chronicarum fratris Iacobi Philippi Bergomenſis Religionis heremitarum Diui Auguſtini in quo legitur floruiſſe Romæ Galenum medicum celeberrimum anno Salutis Domini noſtri Ieſu Chriſti 147. Olimpiade 229. tempore Antonini cognomento Pij Romanorum Imperatoris poſt Adriani Imperium: ac tempore Pij Papæ: & tradunt græci edidiſſe Galenum ad centum quinquaginta volumina, quæ in eiſdem chronicis recenſentur, etſi eorum multa deſiderantur: alij equidem varijs vocibus non adeo vulgaribus vſi ſunt, nil tamen refert ſi linguis videantur diſſonis, re autem & vno ſenſu omnes ſapientes eandem ſignant rem; quam facile vnuſquiſque deprehendere poterit ſi rei eſſentiam exitumque perpenderit, nil enim differt dicere more Galeni præparetur pharmacum, aut idem nominare voce alchymica cum omnia terminentur eodem fine præparationis

S nec

nec diſſentiunt effectu præterquam voce alchymiæ, quæ tantum indicat medicinæ præparationem: ſi vero fatuus aliquis obijceret dicens Galenum non fuiſſe locutum de præparatione pharmacorum cum diſtillatione, qua ſæpe abſoluitur alchymia: reſpondetur ſe ipſum hallucinari, & ideo delegari ad ea, quę ſupra demonſtrauimus ex mente Galeni: veruntamen illum animaduertere velim ne legendo alterum pro altero aſpiciat neque literaliter percurrat oculis ſed inquirat ſenſum verborum Galeni vt abſtruſiores altioreſque diſciplinæ partes percipiat: vnum ſaltem exemplum præ alijs in mentem reuocare velim cæteraque iam dicta omitto ne prolixus videar exponere quæ contrà's Galenus libro ſeptimo de facult. ſimpl. medic. apertiſſime protulit, quę ſequũtur de Caria ideſt nuce: Quamobrem oleum ex eo ſcilicet fructu inueterato exprimere liceat hic deſinit cum puncto poſt autem pauſam rurſus proſequitur ibidem ſic. Tunc ſane admodum fit per halitum euaporatorium deinceps accedit referre facultates ipſius olei: hac igitur ſermonis diuiſione, ac verborũ diuerſitate deprehenditur, palam conſtituiſſe duplicem modum eliciendi oleũ a nuce: Primo modo fieri ait via expreſſionis veluti cum prælo: ſecundo autem modo fit cum organo diſtillatorio, in quo ignis vi excalefacta ſubſtantia nucis attenuatur in halitum, qui eleuatur ad culmen organi ac vti euaporatoriũ diſpergeretur, & in nihilum abiret niſi clauſum retineretur inſtrumento artis in quo denſatur in oleum, quod inde diſtillat & fluit in aliud vas ſuppoſitum in quo colligitur oleum vt intelligi voluit Galenus vbi dixit tunc ſane, &c. euenit enim oleum redacta materia nucis in halitum euaporatorium ad verticem ideſt pileum vaſis in quo clauſo ceu obſtaculo impulſus halitus a frigido denſatur in oleum alioquin recluſo patefactoque vertice diſpergeretur halitus, qui ad ſummitatem euaporans abſque retinaculo euaneſceret, & in auram abiret & non fieret oleum vti recenſuit Galenus verum admirari eſt breuitatem ſermonis ipſius Galeni in hoc diſcurſu, quare noluit more vulgarium exprimere verbum diſtillationis neque alembici ne in vulgi ſermonem transferretur ſolerter equidem obtegit vulgo ea, quæ filijs doctrinæ aperuit vt cuncti conſueuere Philoſophi: eadem ratione dicendum de calcinatione de qua egit Galenus ſub nomine combuſtionis vbi aliquid comburere voluit in fornace vt in cinerem vel in calcem verteretur, quod ignis vi extrema fit: nihil tamen differt effectu ſi quodcunque eodem modo comburitur a recentioribus alchymiſtis appelletur vulgari, & conſueto ſermone incinerari aut calcinari aut reuerberari, aut fulminari; ideſt comburi in fornace qua ignis reuerberat & fulminat, quod comburitur donec in cinerem vel calcem penitus vertatur, hoc etiam extra fornacem fieret ſi paruum eſſet corpus vrendum, nam foculare coquinæ aut prunis ardentibus quouis modo vratur: his omnibus operatus eſt Galenus vbi expoſcebat occaſio: nil ergo differunt cum terminentur vno eodemque fine: Idem exiſtimandum puto de ſublimatione, quam ſupra demonſtrauimus exercuiſſe Galenum, quod adeo patet vt dementiæ proximum ſit repetere iam dicta: ex quibus ratum certumque habemus, quod medici methodici ex præſcripto artis medicæ & ex phyſica pronunciant ipſimet adhærent ſpagyrici quamuis parabolice: Iccirco Bernardus Tomitanus libr. 2. de morbo gallico aſſeruit medicamenta ſublimata in vſu fuiſſe per omnia tẽpora.

De

De ratione modoque ignium. Cap. VIII.

Reliquum eſt diſſerere de Igne ceu præcipuo Medicinæ inſtrumento, quo nullum habilius reperitur, eoque verſatur medicina ac perficitur in opere præparationis medicamentorum: niſi quandoque præparantur medicamenta calore ſolis vt memorię prodidit Galenus libro ſecundo de facult. ſimpl. medic. cap. 18 vbi purificat oleum inferuente ſole: rurſus libro de puero epileptico elicit ſuccum e ſcilla calore ſolis tempore caniculæ; cuius vicem gerit Ars naturæ æmula, nobis enim ſuppeditat multiplicem modum excitandi calorem citra ſolem ac citra ignem materialem. Vt puta ventre equi ideſt fimo calido aut vindemia aut calce horum quilibet appellatur ignis ſapientum, vt apud multos egregios ſcriptores legimus, verumtamen aliud eſſe calorem & aliud eſſe ignem neque eos confundere licet: idcirco veteribus aſſenſit præ alijs Ioannes de Rupeſciſſa libro de quinta eſſentia, capite ſeptimo: vbi huiuſcemodi calorem proponit operari inſtar ignis idcirco appellauit eum ignem ſine igne: his vero deficientibus ſupplet ignis, qui ab arte ſuggeritur, ea enim Naturæ deficienti opitulatur; varius tamen fit ignis, prout varia eſt operatio præparationis medicamentorum cum non differat ignis ab igne præterquam maiore vi aut minore auctore, Galeno libro aduerſus lycum capite quinto, vbi docuit fieri ignem per gradus plures: Ignis enim interdum fit igne validior, interdum quoque fit adeo lenis vt vix percipiatur quem Hippocrates libro primo, de dieta appellauit mollem: inde Galenus eius ſequax dixit loco vt ſupra infirmiſſimum eſſe ignem ex paleis cuius oppoſitum conſequitur fortem fieri ignem ex carbonibus, & lignis ac eo magis & minus iuxta maiorem vel minorem quantitatem, & duriciem lignorum, & ſi ex alijs varijs rebus fieri poſſit: quamobrem ignibus varijs admouendis maxima requiritur induſtria nam difficile menſurari poteſt ignis quin errare contingat niſi quis vſus, & detritus ſit quare plurimum facere in medicina videtur ratio ignium, quæ tali ſymmetria obſeruatur, qualis erit materia præparanda: conſuetum eſt autem vt plurimum fieri ignem ex carbonibus aut lignis, aut mollibus, aut duris, vt magis vel minus perduret ignis: quorum viridia, & humida improbantur præcipuè a Galeno libro de marcore capite tertio ait enim e lignis humidis flamma obruitur ac fere extinguitur fumoſaue turbida, & caliginoſa fit exigua & imbecillis: præterea ex prauis carbonibus etiam excitatur fumus nō modo abominoſus cum etiam periculoſus idcirco execratur a Galeno libro de vtilitate reſpirationis capite quarto, Idem eſt deteſtatus libro ſeptimo de vſu partium capite octauo vbi aſſerit, quod ex malo carbonum odore, & fumo extinguuntur, & pereunt homines: præterea inficiuntur medicamenta ac deturpantur & ideo libro primo de compoſit. medicam. per gener. cap. 5. admonuit in coctione medicamentorum ne moliamur ligna humida neque carbones peruri incipientes nam fumus facile nigredinem conciliat: mox libro ſexto de compoſ. pharmacorum ſecund. loc. vtebatur cacabo igne molli, & non fumante nam fumi nulla eſt vtilitas, quare euitandus eſt fumus quantum ſit poſſibile rurſus idem repetit cap. 12. eiuſdem libri vt penitus fumida euite-

Digitized by Google

mus: idipſum hortatur nos animaduertere libro primo, de antidotis capite octauo, quo docuit paſtillos ex viperis confici inquit in ollam conijci corpus mundum, & aquam puram affundere & ſubijcere ignitos carbones aut arida ligna, quæ fumi expertia vocantur vel quod erit etiam melius vitium ſarmenta itaque decoques: ſed reuertamus ad quintum caput libri primi de compoſ. medicam. per gen. in calce fere ſic proſequitur peruſtis igitur antea carbonibus cum exacte ardent tunc coctionem auſpicare, quod ſi illam per hos abſoluere non licuerit in alio foco ſimili modo carbonibus præparatis cacabum ſuperponito inde cap. 12. ait huiuſcemodi nigreſcere cum largius coctum fuerit præſertim lignis: his equidem deprehendere poſſumus ignem e carbonibus potius arridere Galeno, quam e lignis: inæqualis enim eſt lignorum ignis nam ſua tarditate conſumit aut nimia celeritate vrit, & abſumit ac fumo quem ferè ſemper emittit magnum vitiat decoctiones odoreque malo inficit aquas ſtillatitias, & omnes præparationes corrumpit eius inæqualitas: e diuerſo autẽ carbonum ignis eſt clarus, & fumi expers aut vix percipitur verùm æqualis habetur nam indeſinenter ardendo æqualis perdurat ita ne inualeſcat neque imbecillior deficiat: ignis igitur e carbonibus æqualis ſuccedit, quo fiunt omnia odoratiora, eoque medicamentorum preparatio melior euenit quapropter in diſtillationibus, & in arte pharmacopolarum in maiori vſu & frequentiori habentur carbones quam ligna: teſte Galeno lib. 11. de ſimpl. medic. facult. tractans de ouis præ aliis ait porro in aceto coctum ouum ſi edatur fluxiones ventris deſiccat ibidem docuit coquere ouum in igne modico, fumique experte qualis eſt qui ex prunis conſtat, prunæ autem ſunt carbones ardentes vt ſæpe expoſuit Galenus ipſe præſertim libro de antidotis: vbi docuit comburere chalcitim ignitis carbonibus: & libro tertio de compoſ. medic. per gen. cap. 5. palàm eſt ignem fouere prunis: & ſeptimo libro eiuſdem facultatis cap. 12. de acopis ex Aſclepiade incumbit coquere medicamenta ſuper prunas: ex quibus conſpicuum eſt quam pueriliter delirent, qui carbonariam medicinam appellarunt Spagyricam deridendo neſcientes, quid dicant ſua autem peccant culpa nam ipſi repugnant Galeno, qui carbonum ignem elexit potius quam alterius generis cuius diuerſis gradibus eſt vſus ratione materiæ elaborandæ quędam enim ignem expoſcit acrem, & vehementem aliaque vehementiſſimum, quædam vero mediocrem quædam etiam ignem valde remiſſum, ita vt quatuor conſtituantur diſcrimina gradus ignis iuxta quatuor complexiones, aut qualitates vt aſſeruit Auicennas: tum diuerſitate furni cum etiam diuerſitate vaſorum, & materiæ præparandæ, & carbonum quantitate: verumtamen primus gradus ignis eſt lenis, qualis percipitur ex Balneo tactu tolerabilis, & mitis huiuſcemodi ignis normam prodidit Galenus libro quarto, de tuenda ſanitate capite octauo, de acopis vbi docuit coquere olea in duplici vaſe hoc fit cum in lebete aqua ſit calida inſeritur exiguum vaſculum in quod fundi oleũ debet quare ait coques in duplici vaſe commodius, aut certe igni lento qualis prunarum eſt, quæ tamen nec ipſæ multæ eſſe debent: Idem retulit modum balnei nomine duplicis vaſis capite quinto, & octauo libri tertii de compoſiti medicament. per gener. verum libro ſeptimo eiuſdem nominis cap. 14. in calce fere dixit ad triginta dies duplici vaſe ſuper prunas duas vel tres feruere vnguentum

guentum permittendum eſt deinde libro quinto, de compoſit. pharmac. ſecund. loc. capite nono, deſcripſit modum calefaciendi oleum in duplici vaſe ſic dicens imponatur autem vaſculum in quo calefit lentiſcinum in aliud maius vas, quod ſatis aquæ calidæ complectatur: idipſum aſſerit libr 6. & ſeptimo eiuſdem facultatis, & libro primo, cap. 2. de defluuio capillorum iam dixerat ladanum vero in duplo vaſe liquefacito, interdum quoque dixit in diplomate pro duplice vaſe Δίπλωμα enim vox græca indicat duplex vas, quod recentiores vocant balneum mariæ, & a quibuſdam balneum maris dicitur: quamobrem loquendi modus ipſius Galeni differre videtur a iunioribus cum tamen re concordes conſtituant omnes vnam ac eandem operationem balnei pro primo gradu ignis, qui tamen intendi, ac remitti poteſt atque in quatuor gradus diſtingui quemadmodum euenire cenſeo de aliis tribus infraſcribendis a quibus vt me expediam ſecundum gradum agrediar, qui cinerum ignis dicitur, lenis eſt, ſed intenſior primo, hic equidē magis validus eſt aliquantulū etſi adhuc ferendus: huius exemplū habemus a Gal libro quarto, de compoſ. medic. per gen. c. 13. ita dicēre oīa in vas æreū conicito ſuper cinerē molliuſculū coquito mouēs donec &c. mox c. 14. diſcurrēs de emplaſtris deſcriptis ab Hera ait leni igne coquito donec inferueſcere incipiat: huiuſcemodi igne ait ſcillā cinere obruito velut cucurbitā cūq; mollis fiat expr mito deīde ad ſuccū oleo &c. & ſexto de cōp. phar. ſec. loc. docuit cōficere ſapā ex muſto decocto donec tertium ſuperſit, vel vſque ad perfectam compagem melleam tunc græci appellant ἕψημα: & primo de comp. med. per gen. cap. 12. ſcripſit modum albificandi ceram: inde libr. 7. de comp. pharm. ſec. loc. tradidit exemplum conficiendi diacodion medicamentum ex mente Critonis, Heræ, Andromachi, Damocratis, Sorani, & Themiſonis, qui primus compoſuit hoc pharmacum ad tuſſim humidam, dolorem thoracis arteriæ, & gulæ fluxum tenuem, & vigilias, & diſtillationem catharri, hanc autem confectionem parabant veteres ex ſucco colo expreſſo e capitibus papaueris præmaceratis biduo in aqua, & decoctis cui addebant ad medietatem mellis aut ſapæ aut alterius iuxta eorum intentionem, vt eſt legere in Galenum, ac iterum coquebant leni igne vſque ad conſiſtentiam mellis inde refrigeratam confectionem ſeruabant vaſe vitreo, vt ſonant Damocratis carmina: Inde Poſteriores ceperunt parare pharmacum ex prædicto ſucco cum penidijs loco mellis, vel ſapæ, & Alij poſtea cum ſaccharo in forma ſolida, quod appellant diacodion in tabulis teſte Meſue, libro tertio de eclegmatis: vetuſtiores equidem eam copiam ſacchari neque id in tanto vſu habuere, nos autem, hoc ſeculo adeo vulgatum in dies fruimur ſaccharum, vt in cibis quoque vſitemur eo: hac commoditate ductus aromatarius quidam paucis abhinc annis ſuccos omnes cōdiebat ſaccharo ad formam ſolidam, vt diacodion in rotulis, & abs re ſibi arrogabat alienum pharmacum, hoc ceu nouum propriumque ipſius inuentum, quod dedecore in vulgus proferebat ſub nomine ficto ſirupi ſolidi non animaduertens ſirupum eſſe vocem arabicam, quę indicat potionem, præterea, vt vberrimum queſtum adipiſceretur hac nouitate ſeduxit medicos quoſdam ei fautores ipſi enim ſimularunt vanum pharmacopolæ placitum neſcientes quantum veritate repugnarent nec non Galeno aliorumque veterum ſententiæ cuius immemores aſſimi

lantur prout in Euangelio cecus,qui cecum ducit ambo in foueam cadunt ſe ipſos accuſantes inopis atque infelicis ingenij eſſe ita libere fateor: nam Galeni ſententia penitus delet pharmacopolæ decretum:cum vetus fuerit mos extrahere ſuccos atque condenſare eos:quemadmodum legitur in Galenum libro de Virtute Centaureæ capite tertio, vbi docuit modum extrahendi ſuccũ ab ea quem igne molli coquit donec condenſetur: extrahitur atque ſaccharũ decoctione arundinum ſuarum,& depuratum condenſant artifices, & in metæ formam redigunt, verum quid aliud eſt licium præterquam ſuccus decoctione ramorum radicumque pixacanthæ extractus, & condenſatus, idem fit de hypociſtide,& de acacia, Aloes, Meconio, & opio: præterea habemus condita eſculenta diuerſa ex ſuccis cum ſaccharo condenſatis ad formam ſolidam vt Diacidonium: & huiuſcemodi alia plurima ſunt, quorum vetus eſt mos: his exemplis omnium extracta faciunt alchymiſtæ noſtri ſeculi,ex quibus facile deprehendere poſſumus eſſe vnam ac eandem artem,& veritatem Methodici, & Spagyrici, idemque aſſenſit Petrus vegeus Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ medicus celeberrimus,qui librum edidit cuius titulus eſt Pax methodicorum cum Spagyricis: & enim prædicta exequuntur ignis gradibus quorum primum atque ſecundum expoſuimus quibus ſubſequitur tertius,hic maior eſt cum ferri non poſſit abſque dolore locatur in arena: Veruntamen quilibet gradus moderari ac commenſurari poteſt,cum remittendo minuendoque ignem cum etiam quandoque augendo ita, vt principium vnius proximetur fini alterius, vt ſæpe exemplum egit Galenus in ſtillationibus,ſublimationibus,decoctionibus,digeſtionibus,infuſionibus, & macerationibus tot in locis demonſtratis nam primo leuioribus, & paucis prunis fit ignis remiſſus,& lenis:Demum vero fortioribus, & maiori copia intenditur, & de his diſerte locutus eſt Galenus libro quarto de tuenda ſanitate cap.8.de acopis vbi contundit ſemina mox ea infundit in oleo quo diu macerat,inde percolat humidum linteo, & ait coques in duplici vaſe commodius: aut certe igni lento qualis prunarum eſt quæ tamen nec ipſæ multæ eſſe debent. Quartus poſtremuſque gradus ſequitur aliorum intenſiſſimus eſt enim ignis nudus ſiue flamma nuda abſque vllo interpoſito,neque balnei,neque cineris,neque arenæ cum deſtructione coniunctus, qui conſumit, & in cinerem vertit; hoc autem igne luculento, & flagrante vtuntur reuerberantes fornacarij: præterea follibus fabrorum vi motus concitatur ignis vehementiſſimus, cuius celeritate, & penetratione liqueſcunt metalla,a paruo enim igne non liqueſcunt,& ſi a vehementi abſque follibus fieri poſſit cum detrimento tamen eueniet, magna enim pars metallorum exuritur prius quam liqueſcant, de follibus locutus eſt Galenus libro ſexto de vſu partium cap. 15. Vbi diſcurrit quomodo folles attrahant aerem, & quomodo elichniorum flamma attrahat oleum, ibidem tractat de lampade, & lucerna, ſic etiam in vſu eſt candela, idcirco ex prænarratis ſatis conſpicuum habemus Galenum vſum fuiſſe omnibus operibus alchymicis pro medicamentorum præparatione, nam alchymia Spagyricaue ars propria ſuppeditat medicamenta præparata, & magis tuta Hippocraticæ, & Galenicæ medicinæ, eique maximam refluit vtilitatem præparationis chymicæ ars: imo abſque ea concideret medicina, hinc neceſſita-

re præparationis medicinæ ducti ſummopere commendarunt eam Hippocrates,& Galenus.& alii innumeri Clariſſimi viri,licet nomine præparationis cuius munus proprium eſt alchymiæ,quam ignari cenſores ignominia vice præmii laniare incumbunt,o ingratum pecus,qui vobis ſunt mores,non æqui mehercle.cum excluſos exiſtere videam vos a Galenica methodicaque ſecta, abſunt enim a vobis,quæ oſtendere ſimulatis, at ſi Galeni doctrinæ eſtis religioſi diſcipuli,& in ipſam ſtricte iuraſti, cur non erubeſcitis damnare artem quā Galenus ſummo decore apertiſſime profeſſus fuit:eandemque coluerunt Arabes, vt ſcripta inualuerunt Auicennæ, Serapionis, Meſues ,& Albuchaſis, & aliorum: Verum nouimus ex Albuchaſi libro quem inſcripſit ſeruitorem, Reges Abarach plurimum delectatos fuiſſe de diſtillationis arte:ipſamque callebant Reges Damaſci : deinde his acceſſerunt latini , qui ampliarunt eam cum dies ipſa multa inuenerit,fama igitur,& gloria extulerunt eam vſque ad ſidera ceu præcones nobiliſſimi,& præ cæteris Rubertus Rex Neapolis : Odoardus Angliæ Rex: Principes Auſtriaci : Coſmus Med. Dux Magnus Etruriæ : Hercules,& Alfonſus Eſtenſes Ferrariæ Duces Sereniſſimi,& alii Galliæ Reges præſertim Franciſcus Valeſius Henrici Regis frater:Octauianus Languſcus vir nobilitate generis ac doctrina inſignis : Ioannes Franciſcus Gonzaga primus Mantuæ, Marchio, omitto pleroſque alios viros principes, & potentes qui pro tuenda valetudine ac vita proroganda hanc artem egerunt , quæ perpetua ſerie floruit:ex Medicis Clariſſimis nomine,& re qui huic arti operam nauarunt innumeri extiterunt præ aliis vero Ioannes Baptiſta Montanus Veronenſis, qui edidit librum de diſtillatione : & Antonius Fumanellus eius patriæ medicus Clariſſimus ſcripſit de diſtillatione,& Gentilis Fulginas ī Auicennam,Hermolaus Barbarus, Ioannes Fernelius,Hieronymus Fracaſtorius, Ioannes Manardus, Iacobus Siluius in Meſuem, Michael Sauonarola, Antonius e Scarperia, Iacobus Parmenſis, Thomas Eraſtus, Victor Trincauellius, Mundinus,Euonymus Philiatrus, Thadeus Florentinus , Bernardus Gordonius,Bartholameus Montagnana,Antonius Muſa Braſauolus,Nicolaus Maſſa,Petrus Andreas Mathiolus,Gabriel Falloppius, Franciſcus Frizimelica Patauinus Tractatu de morbo gallico ſcripſit de oleo ſulphuris diſtillato , de oleo maſticino, de oleo terebintinæ, & de oleo picis liquidæ diſtillatis : Petrus Aponus dictus Conciliator differentia. 193. loquitur de Medicina occulta iuxta illud Hermetis,& Bernardus Tomitanus Patauinus libro ſecundo de morbo gallico ſcripſit medicamenta ſublimata in vſu fuiſſe per omnia tempora: Verum non eſt , quod longioribus proſequamur poſteaquam tot auctoritatibus patuiſſe potuit præſtantia nobilitaſque Alchymię quamuis ſat eſſet ſolum Galeni teſtimonium etiam ſi nil aliud attuliſſem dum egit de medicinæ præparatione quæ eſt propria alchymia cuilibet arti vtilis ac ſumme neceſſaria, ea enim in lucem extulit eximia multa, & ſublimia arcana, inuenitque modū eliciendi vitrum ab arena,& lapidibus,ac inde eum elaborare, vt ducere in lineas, in vaſa, & imitari gemmas, præterea vitrum ipſum comburere , ex quo præparatur puluis tam efficax in medicina , & Caphuram purgare oſtendidit, boracem,metalla miſcere,& ex eis facere vitrum obſidianum, Sericum fumo Sulphuris dealbare: ex linteamine papyrum, ex pellibus ſeu corijs gluten, ex

herba ſodæ cinis,ex quo Sal,ex eo liquor,rurſus ex cinere,& aqua lixiuium,& addita calce capitellum, inde oleo, & capitello fit ſapo: deſinam tamen alia recenſere ne tempus conteram cum infinita ſint,vt ita dicam. nulla enim ars abſque alchymia perfici poteſt, neque dapes quæ ad victum ſpectant; parari poſſunt ſine ea,neque medicina,eius enim præſidia parabat Galenus alchymica arte in qua plerique fatui detractores gloriæ huius facultatis eſitarunt, idcirco quanta laborent in Charybdi hodie pharmacopei ac medicorum plerique ſua opera demonſtrauimus Illuſtrium Scriptorum auctoritatibus, qui de Spagyricis medicamentis prodiderunt, ne quid noui introducere viderer in medicinam: Vt in poſterum percepta veritate pedem referant a priſtina ſua falſa opinione eamque deponant, & cum veritate commutent eam: alioquin eos in Anticyram delegabimus, vt veratro vtantur ad abolendas imaginationes vanas,quas aduerſus venerabilem alchymicam ſpagyricamue artem temere conceperunt, mox autem ab omni mentis vitio exuti fateantur alchymiam eſſe legitimam veram, & propriam medicamentorum præparationem quam hucuſque neſcierunt:hinc reminiſcantur quæ apertiſſime aſſeruerunt Hippocrates,Galenus,cæterique veteres,nec non poſteriores, & qui ſunt noſtro æuo ſuperſtites medici philoſophique celeberrimi de medicamentorum præparatione,quæ eſt propria alchymia ſpagyriue,vt diffuſe,& non ab re expoſitum fuit,vt facilius innoteſcerent quæ Chymici ratione atque infallibili experientia ducti ſingulares vitrioli proprietates in eo deliteſcentes eruere norunt,quibus animaduerſis neſcij fient docti, & de his mirari deſinent nec eorum amplius verebuntur.

De ſegregatione elementorum vitrioli ac de nominibus quę ex ipſius antome ſortiuntur. Cap. IX.

Meminerítjs demonſtratum ſæpius fuiſſe vitriolum ſubiectum huius operis cuius virtus peruulgata eſt mirabilis in modum tum pro corporibus humanis cum etiam metallicis: In primis vero agnoſci debet quod vitriolum magis efficax ſit ac de magis conducat: nam præ cæteris approbatur naturale vitriolum nempe quod in minera produxit natura in lapillos coloris vt olim iam expoſitum fuit, præterea optimum æque exiſtimatur vbi in aquam ſolutũ ſit, in eiuſdem fæcibus conſpiciuntur quędam ad inſtar ſquamulæ aureæ,argenteæque, mercurij, & lapillorum, qui ſaphirum æmulantur atque ſmaragdi apparent granatæ,rubinique, & alij colores præterea vitriolum priuſquam deſtillationi vrgeamus, operæpretium erit detergere,ipſumque depurare, quod equidem fiet vbi liqueſcat aqua munda,Inde ſolutum cura,vt per filtri ſingulas tranſeat aut per chartam emporeticam percoletur demum cineribus tepidis congeletur,ter autem præſcrito modo depurari vitriolum expedit, vt magis aptum ſit diuiſioni elementorum, quæ more ſpagyrico,vt dicere cõſueuerunt Neoterici,proliciuntur à vitriolo ceu Chaos, terraque virginea,& primo ente,quippe initio materiæ metallicæ,nam in ven

ure

Digitized by Google

tre ſuo continet omnia metalla, alumen, Sulphur, & ſalem, Mercurium album & rubeum, Marem & Feminam, quæ debita proportione ab ipſa Natura Vetuſtiſſima rerum diſpenſatrice mixta ſunt. in Vitriolo enim ſunt Principia radicalia ac quinta eſſentia mineralis. Spiritusue quintæ eſſentiæ lapidis philoſophici qui ab eadem radice educitur & vnitur cum corporibus æquatis Sagacitate arteficis: in hac igitur quinta eſſentia fundata eſt tota Philoſophorum intentio; qui appellarunt Vitriolum analoge aquam ſiccam, aquam vitæ, Salem metallicum, primam materiam, leonem Viridem id eſt ſulphur viride quippe æs, noſtrum lapidem, qui dicitur Rebis continens bina ſeminaria Videlicet maris & feminæ, mas enim eſt ignis & Sulphur philoſophorum forma & agens in materiam: Femina Vero eſt materia ac prout aqua id eſt argentum Vivum philoſophorum in quo reconditus latet Spiritus aureus pecuniriſque cuius exuuia Vis admirandaque potior ac certior eſt quam in auro: & ideo prædictum Spiritum aureum dubio procul habent Spagyrici pro auro potabili philoſophorum, qui ænigmatice loquendo velarunt eum: nimirum igitur ab illo minerali quod a Chymicis vocatur primum ens minerarum tanquam a Centro emanant ad inſtar linearum elementa inde in varias Species & formas proprias ſecundum meritum materiæ conſequuntur iuxta Platonis mentem, tempore autem & ordine aut naturæ aut philoſophico perfectionem nanciſcuntur: circulari diſpoſitione ars deficienti naturæ ſubuenit: In primis itaque ſegregantur elementa nempe Aqua, Aer, Ignis, & Terra, quæ reducuntur ad Spiritum, Animam, & Corpus: Vt puta ad Mercurium Sulphur & Sal Vitrumue metallicum, hæc tamen non ſunt Vulgi ſed elementaria principia quæ ſic inter ſe diſtant, nam aqua uicem phlegmatis gerit, inſipida eſt, alba & clara Vt ei peculiaris eſt: Aer vero ſpiritus mercurialis eſt qui adhæret aquæ ideirco dicitur aqua ſecunda & ſpiritus aquæ, exiſtit medius inter aquam & ignem, forma eſt inſtar olei albi, acidi ſaporis quare dicitur acetum minerale & philoſophicum: præterea oleum album nuncupatur oleum vitæ, aurum potabile: Lac Virginis, Aqua ☿ ij, Spiritus albus, quinta eſſentia, & prout femina materia medicinæ ſuccus Lunariæ en. ſſus e lacerta uiridi leoneue uiridi & diuiditur arte & natura: hoc elapſo mox fluit elementum ignis Spiritus nempe rubeus Sulphureus, forma olei acris cum aliquali aciditate, quod appellatur Anima, & tinctura, ſanguis hydræ id eſt ſanguis terræ uitrioli & ſanguis Leonis rubei & forma agens, & aqua permanens, Aqua ſecreta philoſophorum quæ ſoluit omnia, hoc oleum rubeum eſt licet aliud atrum & aliud aureum expuretur, Verum diuerſimode iuxta intentionem & diligentiam arteficis: demum ab eodem Vitriolo ceu terra n atre antiqua metallica poſt ſtillationem ad rubedinem vſque, Vi ignis redacto quod Chymici Tranſmontani per quam docti appellant colcothar, alioquin caput mortuum prout communius hoc eſt calx ipſius Vitrioli vſti ironice vero Bonum heinricum rubeum vocauit Paracelſus in deriſionem quorundam Chirurgicorum, ut legitur in ſuo dictionario, & in dictionario Martini Rulandi, at ſi aqua phlegmatica a Vitriolo diſtillata rurſus ei reaffundatur & ſæpius cohobando abſtrahatur donec amplius nulla fluat humiditas tunc dicunt Serpentem ſeu lacertam uiridem deuoraſſe propriam caudam & factam eſſe

eſſe lacertam rubeam, Leonemque rubeum & Vitriolum fixum, ab ipſo expullulat ærugo crocea quæ in Cellario ſoluitur & citra ſtillationem emittit oleum croceum, diluta vero ærugo ipſa reddit aquam rubeam ad inſtar ſanguinis: Verum etiam ab ipſo deſtillatur oleum colcotharinum & Spiritus rubeus quemadmodum a lacerta viridi Spiritus albus qui eſt Volatilitas ipſius Vitrioli, elicitur atque Spiritus cum ſuo virore, Acidula ſiue acetoſa mineralis: etenim Vitriolum in ſe habet acetum terreſtre ſedemque omnium Spirituum metallicorum vt puta ſedem Spiritus aurificati Solariſue, lunaris, venerei, Martialiſque &c. diuerſimode autem ſeiunguntur quanquam maximo conſenſu innecti ſint in Vitriolo: euocantur igitur Spiritus aerei humidi ex leone Viridi, quemadmodum & Spiritus ignei ſulphurei ſiccique proliciuntur a leone rubeo ideſt colcothare; ex his etiam duplex elicitur tinctura videlicet Viridis, & altera rubea, licet diuerſo tempore, fiuntque lapilli cryſtallini virides & adeo pellucidi vt ſmaragdos elegantia æquent: qui mox vertuntur in oleum, ex quo addito ſpiritu Vitrioli reſilit magiſterium ſuauiſſimum, a quo diſtat illud Paracelſi quod appellauit monarchiam: præterea vt proſequamur inſtitutum noſtrum ex Vitrioli calce nempe capite mortuo eleuantur per ſublimationem flores colcotharis & inter ſublimandum diſtillat aqua quæ permixta floribus ſublimatis & per deliquium ſolutis reducitur vna cum ipſis & ad inuicem coagulantur in ſalem volatilem: Alter vero ſal fixus elicitur a colcothare ope aquæ phlegmatis & reducitur in al Kali, hic eſt ſal metallicus corpus totius maſſę metallicæ, & ſi terreſtris ſubſtantiæ uidetur nihilominus ſancta equidem eſt: nam adeo depuratur ſal iſte quod ſine terra videtur immo apparet aqua congelata inſtar cryſtalli, quam Geber nominauit aquam ſiccam, aquam uitæ, ſalem animatum: Neoterici uero appellarunt ipſam terram magicam, & Firmamentum, Cęlumque magicum: hęc enim terra eſt mater primi Cæli ac eius ſponſa in qua eſt ſanguis terræ, pinguedo, limusque terræ ruber, vt in agro Damaſceno, qui dubio procul ruber eſt & ideo lingua hebraica interpretatur terra ſanguinis ex qua Omnipotens Deus formauit Adam primum genitorem noſtrum, ipſumque nomen Adam indicat rubrum, ex terra enim rubra conſperſa factus eſt Adam teſte Ioſepho hebreorum Scriptore celeberrimo libro primo de antiquitatibus & bellis iudaicis capit. 2, idipſum nomen analogice attribuerunt Chymici materiæ lapidis phyſici, iccirco eadem materia nominatur ανθρωπος, vt homo ab humo & μίκροκοσμους ideſt paruus mundus: Forma autem Primi Cæli eſt purior cęleſtis & aquea extracta a Chaos terra virginea, ex qua euenit prędictus Sal: vnde poſt ſalis extractionem relinquitur terra mortua & damnata nullius fere momenti: Sal autem ſpiritu addito ad inuicem exaltatur uia ſublimationis in aquilam cęleſtem omni Talco & Vnione pellucidiorem quam uocant ſalem armoniacum ſeu mercurium philoſophorum, qui ſi philoſophica menſura imbibatur cũ ſuo proprio glutine Sulphure, tunc triades in vnitatem & matrimonium reſultat, quod Recẽtiores vocant Cliſſum: mox ſi oitione idonea leniter coquatur in Toro furni Secreti, atanor dicti a philoſophis, donec appareant omnes colores deſinantque in purpureum radiantem, tunc erit elixir, lapis, ſeu medicina vniuerſalis fluens in igne nec ſuperatur

peratur ab eo, immo tanquam Salamandra fixa permanens ac penetrans conſpicitur: Ex prędictis vnuſquiſque deprehendere poterit quemadmodum Natura producit omnia contrarijs qualitatibus mixta, ars autem naturæ æmula ſeiungit ea vt depurentur, quibus inde ſingulatim vti poſſumus aut ea mundiora facta ad vnitatem priori perfectiorem ducere: verum ex varia diuiſione partium Vitrioli varijſque operationibus varij eueniunt effectus, & vſus prout ſalis & olei ſubſtantia magis craſſa confert ad abſtergendum, & vacuandū ventriculum viſceraque aduerſus ægritudines tartareas a materia craſſiori genitas: Spiritus autem mercurialis præſtat morbis aſtralibus vt apoplexiæ, & epilepſiæ, quemadmodum aſſeruit Paracelſus ſummum eſſe arcanum pro caduco in Spiritu aereo volatiliue ipſius Vitrioli: quod non eſt in oleo igneo ſpiritu Sulphureo, quanquam ſi idem vniatur cum ſpiritu mercuriali in pellicano cum circulatione acquirit naturam volatilem ac eius proprietates: nimirū igitur ex tot varijs operationibus tot varia ſortiri beneficia variaque haberi nomina ſcitu digna imo ſumme neceſſaria vt ſciamus quid, & per quod operemur in examine Vitrioli, & agnoſcamus eius ſignaturam, & differentias partium ac earum diuiſionem, & iteratam vnitatem ipſarum, & pręter varias alias partes connumerantur aquæ variæ cum vna ſit alba clara, Aliaque viridis, & alia rubea, atque alia crocea: his ſuccedunt olea, & varia prout oleum calcanthi, Aliud colcotharinum oleum, Aliud vero oleum ſolutiuum Solis & Lunæ terreſtris, hoc eſt menſtruum diſſoluens vtrunque luminare; Aliud dicitur oleum vitæ, & aliud oleum Vitrioli aurificatum ſeu ſolificatum, quod fit vbi auro dulcoratum ſit artificioſe; præterea oleum benedictum, & oleum acre, & aliud oleum dulcificatum: Purgatiuum ſpecificum vel eſſentia ſpecifica: reliquum eſt ſcire ſummam Vitrioli præparationem, quid ſit Vitrioli cardonium, quid tinctura viridis, quid rubra, & altera crocea, quid ſales, quid lapilli, & quid pruinoſa glacialiſque concretio, quid vitrioli creta, quid dulcedo balſamus atque mumia, quid Vitriolum liquefactum, quid ſulphur Vitriolatum, quid ochra Vitrioli præſertim ciprii in qua concluſum habetur ſemen auri: Heu mihi vereor aperuiſſe portam horti Heſperidum nemore aurifero pretioſi cum nollem ignaris ſtupidiſque liberum præbere aditum, quem ſolis ſapientibus ceu Muſarum cultoribus apertum eſſe decet.

Syncera Praxis diuidendi elementa Vitrioli. Cap. X.

IN præcedenti expoſitum fuit generaliter multas occultari ſpecies; & ſubſtantias diuerſas detineri in carcere corporis terreſtris impurique ipſius Leonis viridis, cui corium detrahunt ſpagyrici vbi Vitriolum intelligitur a corticibus ſcilicet fæcibus impuris detergi, vt hydra magica ſubſtantia, ſuperius expoſita habeatur ex diuiſione elementorum, exinde alia eueniunt: Quamobrem proponitur occaſio vt ſingula ab inuicem ſegregemus ac ſpeciatim colligamus ea, verum qua ratione ac methodo exequatur diſcretus ordo diſtributioque fiat huius ſubiecti in tot partes palam facere animo, & opera enitemur: elementum eſt ex quo primo, & ſimpliciſſimo facta ſunt omnia, & in quod ſimpliciſſimum cuncta reſoluuntur, teſte Galeno libro de medicinæ defini-

definitione, reſpectiue tamen aſſumenda eſt Galeni ſententia cum non abſolute ſimplex habeatur nullumque purum datur elementum neque elementatum reſoluitur in elementa adeo ſimplicia, reſolutio enim ad ſimplex pertingere nequit: ſed reſpectiue dicuntur ſimplicia. quia ad naturam magis ſimplicem approximantur, iccirco Galenus libro primo de ſimplic. medicam. facult. cap. 5. de aqua prodidit nec aqua ſincera nec aliud elementorum ſenſibilium ſed vt ad ſenſum, & vſum ſincera eſt, & in librum Hippocratis de natura humana Commentario primo ſententia 38. repetit purum vero elementum potius intelligentia percipitur, quam vi ſit, caret itaque elementum ſimplex: Elementa enim conſtituit Deus Omnipotens hoc ordine vt mutuo inter ſe commutentur, noluit tamen vnum in alterum penitus reſolui, verum permixtio eorum ſemper ſit ne Mundi machina pereat: iccirco ambiens aer tuetur aerem permixtum aquæ ac eum impedit in aquam omnino verti, & ſic de ſingulis cenſendum argumento ſunt prædicta: quamobrem elementorum diſtinctionem ex generali diſcretiua figura capiemus: Elementorum autem primum quod citius faciliuſque fluat eſt aqua teſte Galeno Commentario primo, in librum Hippocratis de humor. ita aſſerente peruulgata quatuor elemẽta quorum longe principem eſſe aquam ſtatuimus: etenim elementa ſunt quatuor, quæ proportione reſpondent quatuor humoribus; vt ipſe Galenus aſſenſit loco nuper ſupra citato, & libro primo de naturalibus facult. cap. 6. ait elementares facultates ſunt humiditas, ſiccitas, caliditas, & frigiditas, ita analogicè aſſimilantur aquæ, aeri, igni, & terræ, ex quibus dictis deprehendimus aquam æquiparari phlegmati ambo frigida ſunt & humida, veluti in quarta ætate ſenum in his calor, & humor minuuntur quemadmodum voluit Gal. libr de hum. ſed reuertamus ad inſtitutum noſtrum, vbi Chaos metallicæ terræ in ſingula elementa reſoluendum ſit; in primis extillabit phlegma gradu ignis primo, prout balneo maris, cæteraque per alios gradus diuerſos eliciuntur, quemadmodum expoſcit eorum natura diuerſa, horum quippe ratio nobis fauet atque auctoritas celebrum ſcriptorum, quæ omnia approbat experiẽtia illationis huius nempe chalcanthi eſſe hunc terminum vt primo fluat phlegma humor adæquatus elemento ſiue qualitati aquæ, hoc autem ſequenti exemplo apertiſſimum erit: Eligatur itaque Ciprium aut Romanum aut Hungarum aut alterius generis Vitriolum, quod magis arridet magiſque cõmodum ſit, cum omnia ſint vnius naturę vel parum inter ſe diſtent, nihilominus prænominata aliis excellunt: paretur autem quod præ manibus eſt tenuiſſime molendo ipſum mox intromittatur in veſicam vitream flexam cuius vicem gerere poteſt boccia recta in prima. & ſecunda diſtillatione, quæuis in lebete balnei maris conſtituatur furnoque mox ei lenem ſubiici ignem opus requirit vt continuato calore reſudet exurgatque vapor, qui vertitur in aquã & fluit in aliud vas vitreum recipiens eam quam appellant phlegma tanquã elementum aquæ, & primum in ordine hoc vnum extillat huiuſcemodi calore molli ſit itaque antecedit alia, quæ eleuari nequeunt eodem primo caloris gradu, maximo autem calore extillarent omnia, quæ apta ſunt, confunderenturque ad inuicem eodem tempore cuncta fluendo: ſeruetur itaque norma, per gradus caloris congrui ſeorſim colligendo phlegma ad ſuos vſus loco, &

tempore.

tempore recenſendos; idcirco perſeueretur deſtillatio donec prorſus fluxum ſit phlegma, & deſinere conſpiciatur, quod inſtar aquæ inſipidum erit & clarũ, verum rectificari rurſus diſtillando opus eſt, cum plerique ſepties peragant hoc, mox ſeruetur in ampulla vitrea clauſum, & ad reliqua conuertamus: ſi vero deſtillare non deſierit ſed præ calore intenſo magis quam par ſit perſeueret tunc guttarum ſaporem explorare decet vt æque innoteſcat an ſit abſoluta deſtillatio phlegmatis aut aliud ſit elementum, quod exſtillat, qualitates ſenſibus deprehenduntur vt lingua ſapor, oculis color, naribus odor, & tactu vt lene aut aſperum: quare omnia iudicat ſenſus, vt Cicero. 2. de finib. præterea ſtriis per alembicum diſtributis indicatur exitus, cui ſuccedit diſtillatio ſpiritus humidi volatici aëris, nempe mercurialis, qui ſubtiliſſimus eſt albus, & acidus; quamobrem acetum philoſophicum, & minerale appellarunt, hanc partem medicam, verum vt ſeorſim excipiamus ſubſequentem aciditatem mutandum eſt receptaculum: vaſque retortum ſiue rectum, qualecunque ſit continens materiam deſtillandam transferatur de balneo in catinum cinerarium; tunc quoque calor cineribus intendatur: Præterea effluxo ſpiritu volatili ſi progredi velimus ad extractionem olei, quod refert qualitatẽ elementi ignis operæpretium eſt locare in bocciam curuam, at ſi recta eſſet inflectatur, lateri ad inſtar retortæ, quam leutum dicunt idiomate vulgari, in arenam atius atque ignem augere opus donec prorſus extillet oleum rubeum, & acre, hoc Chymici vocant ignem elementarem ſulphur metallicum, ſanguinem Vitrioli, & ſanguinem terræ, atque ſanguinem Leonis rubei, animam & tincturam, ſpiritumque ſiccum rubeum & fixum ſoluens ſolem Lunam cæteraque ſilentia a Poetis dicta: tunc enim dicitur aqua permanens: Præterea fæces Vitrioli, quæ in imo bocciæ reſident rubificatæ ab igne poſt deſtillationes appellantur caput mortuum, & colcothar terrenaque ſubſtantia, vt ſupra explicatum fuit, ex qua elicitur ſal dum in pollinem redigatur colcothar ipſum, mox in feruentem aquam putei, aut potius in aquam phlegmatis ipſius chaos, tanquam ei peculiarem, infundatur & digeratur per diem vel donec omnem ſalſedinem a capite mortuo contraxerit aqua; & ita per ipſam diffuſus ſal permaneat, guſtu enim percipitur ſalſa; deinceps vbi refrixerit aqua ſenſim effundatur, ac filtri lingua extillet, vt munda pellucidaque fiat, inde collecta in matulam vitream conſtituatur furno cinerum vt molli calore euaporetur, aqua in eius enim exhalatione concreſcit ſal abſtractus a colcothare, & diffuſus erat per ipſam aquam, reſidebit itaque ſal quem ſpagyrici appellant terram magicam: retroque dimittitur colcotharis fæx excrementumve exutum ſale experſque colore, & ſapore, & Vitrioli forma penitus deſtitutum ita vt terra damnata mortuaque abijciatur, quæ vulgo dicitur Vitrioli Creta, & dulcedo nullius fere momenti: præterquam vlcera praua deſiccat abſque mordacitate verum magis efficax euenit ex Vitriolo veneris.

Modus

Modus alius diuerſus ſegregandi elementa. Cap. XI.

QVidam præproperantia impulſi diſtillant a chalcantho elementa omnia in vnum confuſa, quod vnica vice agunt deinde, quod deſtillatum eſt, & in confuſum habet omnes partes qualitateſue dicas, tot inter ſe contrarias prout elementa ſegregant, & in ſingulas ipſius deſtillati partes rectificatione diſtinguunt. In primis itaque recondunt chalcanthum contritum, abſque alia præparatione crudum appellant, in veſicam vitreã cutiam aut in cucurbitam ſi ſatius arrideat in latus reclinatam, & ſi calore molli fluit aqua ac facile ſublimatur ſpiritus aquæ attamen non niſi magno eleuatur calore oleum ſeu pinguedo ipſius vitrioli quare in catinum arenæ locant bocciam ſubijciuntq; ignem ab initio mollem, maiori enim calore haud dubie citra deſtillationem exundaret materia cruda liquefacta, & prorſus deſtrueretur opus: ſenſim vero exordiuntur, & per gradus ſucceſſiue adaugent ignem donec penitus fluat quicquid deſtillare poſſit a primo liquore ad extremum in vno aceodem vaſe recipienti, in hoc igitur reſident ad inuicem confuſa cuncta vitrioli elementa præterquam terra, quæ adhuc latet in fæcibus quare ab eis elicietur vt infra demonſtrabitur: Hoc autem primum abſoluunt opus horis octo aut duodecim iuxta diligentiam operantis: Et ſi quibuſdam labor eſt trium dierum nihilominus ſunt, qui diutius, & qui citius ſe expediunt, nam deſtillationis opus varie terminatur iuxta peritiam, & animũ operantis, quemadmodum atteſtatur. Ouidius lib. 2. de Remed. nam cum variant animi variabimus artes: icciro ne hallucinetur operator, & obſtupefiat alterum pro altero aſpiciens, cum partium diuiſionem perficere velit, ad vnguem obſeruare debet ſingulas qualitates humoris deſtillantis iam ſupra expoſitas, diligenterque intueatur diſpoſitionem vaſis recipientis, quod præ nimia copia ſpirituum ex igne ſupra modum excitatorum ad inſtar nubium obſcuratur: ſolent enim apparere albi vapores, & ab ipſis inficitur vas receptaculum colore vario nam quandoque albeſcit prout dictum eſt, & interdum maximo rubore inflammatum conſpicitur, & quod magis refert ſæpe in fruſta diſſilire cogitur niſi magna animaduerſione caueatur, prout ſi ſenſim progrediatur igne, & non repente aut locetur receptaculum in alterum vas frigida plenum; ſit tamen receptaculum plumbeo circulo annexum ne attollatur ab aqua, aut refrigeretur linteolis frigidã madidis, aut inſtillatione ex epiſtomio ſeu gutturnio; aut adhibeatur cautela vt paulisper expiret iunctura, verum in hoc maxima requiritur diligentia primo ne nimia clauſura diſſiliat vas ex impetu ſpirituum: præterea euitandum eſt ne adeo pateſiat iunctura, vt exinaniantur ſpiritus nam inualidum eueniret opus, quapropter medium requiritur nempe ex vna parte vt frænetur ſpirituum impetus ita, vt a fractione tueatur vas, quod ex facili ſuccedet ſi perforetur lutum glutenue iuncturæ Vaſis ſtylo ferreo donec aliquid ſpirituum expiret illico enim vaporum vis exhalatione ſedabitur: verum ex altera parte ſtudioſe curare enitemur ne ſpiritus uaneſcant, quod dubio procul ex multa aſſiduaq; expiratione accideret, &

ita

Digitized by Google

ita in caſſum elaboraremus, e conuerſo autem ſine labore, vel fere nullo eueniet ſi acta aliquali reſpiratione vt puta quantum ſufficere v deatur vas receptaculum ab omni periculo fractionis cuſtodire, tunc ſedulo obturetur foramen vimine aut bacillo ſiue cono ligneo: in quibus perficiendis igitur obſeruetur quantitas nubium ac vaſis calor ne quid nimis, vel in remiſſione, vel intenſione ſed cuncta æquali lance librata, demum hac ſymmetria proſequatur deſtillatio donec frigeſcat vas receptaculum, quod ſemper accidit frigeſcere in exitu deſtillationis, quamuis aſſiduus perſeueret ignis, nihilominus tunc ignem deſinere conducit, emiſſa enim omni humiditate effluxiſq; vaporibus e quibus incaleſcebat, vas relinquitur duntaxat, vt frigefactis omnibus ſeponatur liquor diuidendus in ſingulas partes, vt infra.

Nunc modo vt ab inuicem ſeiunganitur elementa in receptaculo vaſe confuſa, operæpretium eſt imprimis ſoluere receptaculi inncturam commiſſurā, vt dicas, & quicquid exiſtit in eo diſtillatum effundere in boccam reſtam, Inde ab ipſo ſtillatitio liquore euocare licet calore tā leni phlegma elemētū aquæ. Mox vt aeris elemē ū effluat qđ inſtar humoris acidi ſubſeq ſolet peritiores ſpagyrici trāſferūt cucurbitā vna, cū liquore diſtilādo in catinū cineratiū vt aucto calore ſecundi gradus exuillet aciditas nempe ſpiritus aquæ mercuria lis in quo eſt quinta eſſentia, & reſidebit fundo cucurbitæ oleum rubrum, quod eſt tertium elementum, & analogice dicitur ignis, ſulphur ſcilicet metallicum, anima, & tinctura diſtillatque igne arenæ quippe tertij gradus, & boccia flexa, & decliui nam aſcendere nequit oleum ſua pinguitudine: prætereà vnum quodque rectificari debet reiterata diſtillatione, & calore gradus peculiaris, & ita reiteretur tribus, vel quatuor vicibus quamuis quidam reiterent vices ſeptem ſingulaque ſeorſum ſeruari poſſunt, quatenus vero vniri ſurſus poſſint inferius exponendum decreui: in præſentiarum enim expedit caput mortuum, quod indicat fæces relictas a diſtillatione, & pro terræ elemento habetur abſoluere, vt eliciatur ſal dum infundamur fæces in aquam communem ſtillaritiam feruentem per diem naturalem; aut in aquam phlegmatis proprij, in vtranque ingreditur ſal reditq; per coagulationem, & in reliquis progredi opus præſtat, vt in præcedenti ſtatutum fuit.

Accedit tertius variuſque modus diuidendi Elementa vitrioli. Cap. XII.

Plerique variant equidē ordinē diuidēdi partes vitrioli quare multiplex vſ modus ex tot relatis à ſcriptoribus, verū ne ab īcepto deſiſtere videas multifarios aliorū ritus ac comprobatā illorum conſuetudinē habitam in diſtillatione Vitrioli exponere perſequar: exordienſque a ſimplicioribus explebo atque compoſita recenſere, ita vt omnium animo ſatisfaciam: proinde vnuſquiſque eligat quod ſibi magis arridet: veruntamen omnibus perſuaſum velim fieri vbi ratio præſit: Quidam igitur præ alijs centrium collocant Vitriolum crudum abſque alia præparatione in Cucurbitam rectam figlinam

aut

aut vitream luto ſapientiæ obductam, ſic nominant lutum quo conſueuit ars munire vaſa, & loricare ea vt igni reſiſtant præſertim reuerberij: præterea indito Vitriolo in vas artis diſtillatorium imponunt capitellum alembici, aut abſque alembico ſat erit inflectere bocciam, quamuis recta eſſet, lateri ad inſtar retortæ bocciæ vel leuti vt dici ſolet eiuſque vicem geret, hæc ſunt vaſa obtorti colli: vbi vero ſitum erit vas in furnulo, opus eſt vt retortæ collum e fornace promineat ad ſex digitos cui coniungatur vas recipiens vitreum ampliſſimumque ac obturentur commiſſuræ glutine e farina, & albumine oui, ne diffluent ſpiritus Vitrioli, quibus expiratis illico, quælibet ipſius Vitrioli vis euaneſceret, noſtraque operatio in nihilum redacta vana eſſet quare ne hoc eueniat æque ſtipentur iuncturæ, & vndiquaque fornacis latus occludatur luto ſapientiæ, quo etiam retortæ bocciæ cornu incruſtetur, & ita muniatur ne flamma vel feruor exire poſſit, Mox omittantur omnia per diem exiccari; quibus inde peractis ſupponunt prunarum ignem initio mollem vt paſſim extillet phlegma; quo elapſo eximunt Vitriolum, cõteruntque atque in aliam bocciam immittunt ac ſuo phlegmate perfundunt eum; quod rurſus rectificatione euocant, ideſt diſtillatione, & ſæpius hoc repetunt, quoad amplius nihil phlegmatis emanet, & ſpiritus ideſt fumi foras emitti videantur, quos effluere prohibent ab igne ſemouendo, & fracto vaſe aſſumunt Vitriolum, in calcem rubicundam præ calore ignis conuerſum, quod in puluerem tenuiſſimum molendo redigunt, inde rurſus in retortam bocciam imponunt, quidam prædictũ puluerem Vitrioli ſolum ita ſemiuſtum a ſupraſcripta præparatione tot diſtillationibus plegmatis facta, quidam vero laterum fruſtula adijciunt, & vas recipiens copulant amplum, iuncturiſque rite commiſſis, & obturatis ignem ſecundum leges excitant die noctuque adeo vrgent vapores Vitrioli in liquorem verti, & olei formam nanciſci; quod in receptaculum ſuppoſitum effluit; hoc tamen in quinque diebus, & noctibus perficiunt, verum vbi diſtillare deſierit, ignem flammeum ad ſummum augent; quoad excandeſcat cucurbita albique profluant vapores, & ita perſeuerant vſque ad eorum deſitum, clareſcantque ſpiritus in recipienti, & vbi omnia refrixerint totum eximunt liquorem diſtillatum, alterique veſicæ vitreæ flexæ affundunt ipſum, mox alijs diſtillationibus graduatis ſecundum leges rectificant primum diſtinguendo aquam phlegmaticam inſipidam: deinceps volatilem ſpiritum acidum: ac denique ſpiritum acrem, quem oleum appellant ab omni ſedimento expurgatum huius autem olei vncias tres cum dimidio eliciunt ex qualibet libra Vitrioli rubificati ſi rite operentur: prærerea hoc oleum quamuis acre edulcant dum ſæpius phlegmate perfundunt ſuo inhumant, & diſtillant donec depoſita omni acredine edulceſcat, & ſuaue, eueniat hoc ita paratum magnopere aduerſatur apoplexiæ, paralyſi, epilepſiæ, febribus ardentibus, peſtilentibuſque, ſitim penitus ſedat, Ventriculum bile æſtuoſum corroborat, morbos veteriosos propellit, aliosque innumeros fugat potu aſſumptum aliqua aqua, decoctove vino aut alio conuenienti liquore ad tres aut quatuor guttas.

Modus

Modus quoque alius cum præparatione chalcanthi. Cap. XIII.

HVcuſque diſſeruimus plures modos ſegregandi ſingulas partes a rudi materia, quæ iuxta Lucanum libro ſecundo, refert Chaos primũ, quod aſſenſit Heſiodus Poeta celeber, Omerique coetaneus, nempe terram eſſe primum Principium corporum: in terra eſt aqua prior aere, quemadmodum aer prior igne, teſte Ariſtotile libro primo metaphiſic. text. 13.14.& 15 idemque meminit ex mente Anaxagoræ: quæ Omnipotens Deus ordine inſtruxit: Hęc itaque materia rudis eſt terra, & mineralis eſt prima metallorum omnium genealogia, in ea enim eſt quinta eſſentia mineralis cum quatuor elementis, quæ permixta comprehenduntur, & ad inuicem confuſa, quatuorvè qualitates appallare libuit, quas ſingulatim ſeiungi demonſtrauimus per varios ignis gradus, attamen a materia cruda citra vllam præparationem mundationis vel digeſtionis cum cohobatione vel ſolutione, at ſola diſtillatione, quæ ſufficit conſumere virulentiam corporis terreſtris pro correctione: In diſtillatione autem prior aere fluit aqua phlegmatica inſipida, & clara ita enim prior eſt in ordine naturæ ac facile primo ignis gradu diſtillat, qui mollis leniſve eſt, prout aquæ conuenit fluxilis naturæ: Mox ſubſequitur Aer & ſi inſtar aquæ diſtillat nihilominus ſpiritualis aciduſque innoteſcit, quamobrem ſpiritus aquæ mercurialis appellatur analogice, vt ſuperius iam explicatum fuit; Hic autem liquor aeris diſtillare nequit primo ignis gradu, immo niſi ſecundo vrgeatur gradu caloris: prætetea ambo prædicta elementa nempe Aqua, & Aer conueniunt ratione organi diſtillatorij, hoc eſt vas quod commune congruumque habent. ex matula enim aut alia boccia recta diſtillant ambo cum alembico, etſi commode faciliuſque deſcendunt, & fluunt e boccia procliui, & flexa ita quod vtroque modo tum per aſcenſum cum per deſcenſum conſtat diſtillare poſſe prænominatos liquores, qui primi binique ſunt, veruntamen diſtincti ordine ignis, cum vnuſquiſque liquor habeat ſuũ proprium, & differentem gradum caloris: verum a prædictis de magis diſtat liquor olei, quod appellant elementum ignis, abeſt enim ordine temporis, gradu ignis, inſtrumento, & ſubſtantia: nam oleum eſt pingue, & ineptum adeo vt alte aſcendere nequeat, iccirco diſtillat hoc oleum tantummodo e boccia flexa, & procliui ad latus præter, quod niſi magno eleuatur calore poſtremeque fluit cum tertius ſit liquor: hinc ſpagyrici prouecta prudentia ducti ſuppeditant calorem arenæ, hic tertius caloris gradus dicitur, quo diſtillare conſuetum eſt, alioquin minori calore non emanaret oleum ſatius autem a maiore impellitur: nimirum alij vſi ſunt calore limaturæ ♂, vice cinerum, & arenę magis enim igneſcit limatura vſque ad quartum gradum eumque ſupplet, & flammæ calorem fere æquat: verum quamplurimis longo vſu exercitatis viſum eſt ſatius expedire ignem flammæ vel prunarum nam plurimis aut paucis rurſus paruis vel magnis intenditur ignis vel remittitur ad libitum, & iudicium operantis, quem detectum nudumve appellant nulla enim interce-

ptione catini percutit ignis reuerberatque bocciam, luto tamen obductam, ipſa enim loricata luto ſapientiæ reſiſtit igni, & perdurat donec perficiatur opus diſtillationis: Tandem reſidet fundo colcothar Vitrioli ideſt fæx eius verſa in terram rubeam reuerberatione ignis combuſtam talem reperimus poſt retractionem trium elementorum, quæ in hoc ſale minerali ceu in altiſſima radice defixa exiſtebant, & vi organi diſtillatorij in liquores verſa defluxaque ſunt; reliquum eſt rurſus reuerberare terram, mox aqua immiſcere ignique exponere vt ferueat donec fiat lixiuium, vt mos eſt, ex quo percolato atque ad exiccationem euaporato remanet ſal: ex quibus deprehenditur non adeo calcinari poſſe reuerberatione fæces vt totum in calcem vertatur, & in nihilum redigatur, ſeruatur enim ex ſua propria natura humiditas ſalis glutinans, ideſt humidum ſalis primigenium, quod nulla calcinatione perit, neque abſumitur, immo reuerberatione reducitur in actum, quod demum ablutione cum aqua ſeparatur: & ita detegitur igne quod occultum erat, idcirco Galenus libro de theriaca ad Piſonem capit. 16. ait latens rerum natura in apertum ab igne profertur: ibique exemplum attulit de auro, de ferro, de chalcytide, & de ſale theriaco: quapropter huc uſque recenſita repetere nouimus, equidem ſumme neceſſarium, ſermo enim ſermonem aperit duplici de cauſa, & prima eſt vbi e nodis euoluimus, quæ olim calamo relicta adiecimus ac fuſius aperuimus, vt legentibus conſpicua ſint: ſecunda autem cauſa eſt ambiguitas, quæ emergit ex diſtillatione chalcanthi cum præparatione ipſius præcedente, quamobrem operæpretium cenſeo vt reuertamus ad initium diſtillationis a quo nuper diſceſſimus, vt dubium ſi quid ſit diſcutiamus captioſumque, & diſcorde aboleamus.

Quidam enim aberrantes exiſtimarunt duos diſtillare ſpiritus aceteos albos acidoſque a Chalcantho præter ſuum phlegma nempe initio diſtillationis quamuis vnus tantum ſit ſpiritus acidus, qui non diuiditur, neque duplicatur, & ipſe fluere poſt phlegma ſolet: verum præ cæteris Andreas libauius & ſi doctiſſimus & magnæ exiſtimationis vir; prodidit ex mente Ioſephi Quercetani ſi vitriolum optime præparetur ſæpius ſoluendo & coagulando interpoſita maceratione in Cella & digeſtione vaſe vitreo obturato ne fiat ſpirituum iactura & diſſipatio: his enim operationibus ſegregãtur partes attenuanturque & halituoſæ fiunt ita quod interdum ſubtiliſſimus Vitrioli ſpiritus acidus præcedit phlegma in diſtillatione mox poſt phlegma alter ſequitur ſpiritus qui fluit acidus, vt primus ita quod phlegma intermeat duos ſpiritus acidos, imò videtur libauius interſcindere ſpiritum ipſum acetoſum in duas partes quibus interponit phlegma, quod dubio procul improprium eſt & accidens, ac potius exiſtimandum caſu aut fortuna euueniſſe: præterea proſequitur libauius ſic dicere cum duos habeas ſpiritus acidos eos coniunge, & in pelicano mitte, vt circulentur donec odor violaceus expiret, poſt modum diſtilla in balneo, vel cineribus, & moderato igni elicies ſpiritum verum, in quo eſt quinta eſſentia, reliquum quod in cucurbita remanſit eſt oleum vitrioli dulce ita, quod habes phlegma ſpiritum duplum oleum dulce, & aliud oleũ acre. quod remanſit prius, hoc itidem exaltari poteſt ſalem in capite mortuo ſuperſtitem habes, quem cum aqua phlegmatis elicies &c. ex quibus videtur

ſex

Digitized by Google

ſex partes excipere e vitriolo; & antea ex Turqueti mente ſeptem recenſui: quemadmodum & alij potius imaginatione plurima ſcripſerunt, vt equidem tot agglomeraſſe oppoſita videantur, non ne autem aſſenſit olim libauius quatuor elementa eſſe initia omnium rerum a quibus omnia aſſumunt incrementum atque in ea reſoluuntur: hoc quippe verſatur axioma, & in communi ſenſu eſt prope philoſophos, idcirco Cicero primo Tuſcul. ait Ariſtotilem eſſe comphlexum quatuor illa genera principiorum, e quibus omnia oriuntur, & quintam quandam naturam cenſuit. Et ſi aliqui interdum vſi ſunt alijs viciſſim nominibus, quæ tamen ceu affinia eis adhærent, quare ſimiliter prodiderunt tria eſſe Principia in quouis genere prima quamuis analoga, quæ tamen ab elementis deducuntur imò, & cum ipſis ſemper exiſtunt, cum eadem ſint, nemine aduerſante, & ſi tria dicuntur principia nihilominus deprehendimus ea continere quartum elementum, & ideo vos animaduertere velim, ne verborum magnificentia alicuius ſcriptoris deluſi numeretis quatuor elementa, & tria principia hæc enim omnia conſtituerent numerum ſeptenarium, quod eſſet extra inſtitutum iter deflectere, non eſt itaque neceſſe toties eadem numerare, neque numerum operationum omnium metiri: verum, vt res magis pateat in exemplum adducam elementa, quæ ſunt quatuor, videlicet Terra, Aqua Aer, & Ignis, hæc palam conſtituunt quaternum: præterea quæ dicuntur tria principia ſunt Mercurius, ſal, & ſulphur; verum deprehenditur aqua pro mercurio: & terra habetur pro ſale nomineque eſſentiali dicitur AlKali analogice: Demum pro ſulphure conſtitutum eſt oleum aereum, & igneum, ita quod facile colligitur referri hæc tria principia in eundem quaternum numerum elementorum, cum duo exiſtant elementa in hoc tertio principio, quod appellatur ſulphur, aut oleum in quo continentur aer & ignis: quæ ſi connumerentur cum aqua, & terra referunt quatuor, eademque elementa ſunt: conſequitur itaque perperam, & abuſiue tria illa phantaſtica ſubſtitui principia pro communibus elementis teſte. Palmario in libro de lapide philoſophico aduerſus Andream libauium, hæc in ſingulas quatuor partes prout elementa ſeiungi poſſunt, quãuis non deſint qui abuſiue pro partibus proprijs omnes transſumunt friuolas per anguſta, & lubrica viarum flectentes: at ſanius vtileque conſilium fore cenſeo vias priuatas, & inutiles deſerere, & per alterutram ex duabus primis demonſtratis incedere, quæ binæ publicæ ac tutæ ſunt, Prima autem via eſt regia ac peruulgata per quam ſuperius inceſſimus capite decimo huius ſextæ deſcriptionis ſic veritate decoram, quemadmodum noſter eſt mos greſſi ſumus per hanc latam, & certam viam: Alteraque via capite vndecimo prodita adhæret primæ eique germana eſt &, in conſuetudinem habita: veruntamen quauis via ſegregentur elementa debito modo dinumerantur quatuor neque plura numero comprehendentur nec diuidi in plura aſſenſit Galenus in librum Hippocratis de natura humana Commentario primo pagina ſecunda ita dicens qui quatuor elementa naturæ ſtatuerunt quæ in ortu interituque verſantur naturalis ſcientiæ principia eſſe voluerunt neque iam ſingula in multas diuidi ſpecies queant: Inde ſequentis textus proſequitur ſic & ſi viciſſim mutantur ignem ipſum in duo corpora diuidere nunquam poteris niſi cogitatione minutam particulam: idem eſt intelligere de

aere, & ſic de ſingulis, vt Galeni ſententiam ſequar, ex ipſa enim conſequitur non diſtillare ex vitriolo duplicem ſpiritum acidum, qui vnus eſt, nec diuiditur more Quercetani, neque interſecatur a phlemate, cum non ſit hoc propriũ neque ſecundum naturam vitrioli: at ſenſuum fuiſſe operantis fallaciam arbitror: idcirco pari ſtudio veritus eſt libauius ambigens de ſententia Quercetani quamuis clariſſimi nominis: vbi conqueritur quænam ſit vera præparatio ad eliciendum ſpiritum genuinum ab ipſo minerali: cum videatur Quercetanus implicare ſententiam ſuam cum argento viuo ſublimato, quod eſt medicamentum ſumme pernitioſum: præterea alibi ſe vertere ac detorquere interdum velle videtur, denique vero omnibus comprehenſis proponit immutare proprietatem ipſius vitrioli quadam ſua præparatione non expreſſa, quod fieri nequit cum ſingularum rerum ſingulæ ſint proprietates, vt ſenſit Cicero in Acad quas omnibus rebus natura indidit teſte Platone, idcirco atque Galenus libro ſeptimo de Decretis Hippocratis, & Platonis cap. 5. inquit Natura enim ita comparatum eſt, vt ſubſtantiarum proprietates, facultatum etiam ſibi conuenientium proprietates ſecum habeant: idem eſt legere in librum Præſagiorum Hippocr. Com. primo præſag. 5. Gal. ait vnum de Hippocratis decretis eſt, vt non ſolum de communi omnium natura, ſed etiam cuius propria conſiderentur: rurſus libro de theriaca ad Piſ. cap. 3. & cap. 4. idipſum aſſeruit plurimis alijs in locis, quos toties recenſere me piget: verum reuertar ad inceptum: Proprium enim eſt ex Aqua fieri Aerem, vt voluit Ariſtoteles libro quarto phiſic. text. 63. quod magis proprium ineſſe in vitriolo docet quotidiana experientia: Quamobrem vitrioli partes quatuor ceu elementa ſegregantur in diſtilatione hac proprietate a natura ei attributa, vt primum diſtillet phlegma ideſt aqua vitrioli inſipida, quam ſequitur aer, qui eſt ſpiritus acidus atque elementum medium inter alia: quapropter nulla obſtat pręparatio quin primum fluat phlegma adeo quod cum præparatione, vel abſque præparatione vtroque modo primum ſemper fluit phlegma nempe initio diſtillationis a vitriolo phlegmati autem ſubſequitur aer, Mox pro tertio extillat oleum aere hoc appellatur ignis elementum: poſtremoque ſal extrahitur a fæcibus: memini nanque legiſſe eundem diſtillandi modum deſcriptum a Crolio viro eximio literiſque bene merito citato a Libauio lib. 8. de extract. eſſent. & elix. cap. 16. aſſerente hanc eſſe præparationem Crolianam vbi diſtillatione in balneo elicit phlegma inde ſecundo ordine per cineres ſpiritum acidum, & tertio ordine graduque per arenam oleum acre, & ſic habetur ſententia a peritioribus ſecundum legem apertiſſime pronuntiata, diutinaque experientia collectæ, neque huic obijcit caſus alicuius feſtinati, qui neglecto ordine graduum ignis forte ſubierit maiorem, & operi inconuenientem: quid mirum igitur ſi præ flagrantia agitatus cæperit diſtillare ſpiritus acidus, non ſimplex tamen, neque putus fuit, ſed alijs partibus confuſus, cum omnes liquores Vitrioliique partes vnica vice, & in vnum confuſę immodico conſtituere vrgeantur ab igne, vt ſupra demonſtrauimus: quapropter verendum eſt ne vna cum ſpiritu acido confuſa pars phlegmatis diſtillauerit: reliquum vero phlegmatis forſan ſolum diſtillare poterit paulo poſt exitum ſpiritus acidi, dum autem diminui omittatur ignis, adeo vt vix leni tepore langueſcat, mox vero ſi accidat rurſus in-

curia

Digitized by Google

curia roborari ignem, rurſus quoque ſpiritus diſtillabit, variat enim diſtillatio prout ignis inæqualitate variat: negotium igitur totum conſiſtit in igne, qui accurate per gradum exequitur, vt legis ratio expoſcit: præter quod ſcire expedit naturam, diſpoſitionemve rerum tam, etſi reperiantur ſubiecta apta antemittere ſpiritum in diſtillatione, mox poſterius propellere phlegma quēadmodum alia quoque e diuerſo, vt in oppoſito apparet oppoſitum, cuius exēplum conſpicimus vino ex eo enim diſtillat ſpiritus ante phlegma ſed oppoſitum deprehenditur aceto in eius diſtillatione enim in primis effluit phlegma poſtremo autem emittitur ſpiritus: Idipſum aſſeruit Philippus Vlſtadius libro Cæli Philoſophorum cap. 21. hinc itaque conſequitur ex variis naturis ſortiri varias operationes abſque ulla tamē partium interſecatione nam vna aſſequitur alteram iuxta ordinem ad quem Natura dux in omnibus inclinat, cui quibuslibet ſuum proprium: idcirco Galenus in libr. præſag. Hippocr. commentario primo inquit vnum de Hip. decreris eſt vt non ſolum de communi omnium natura ſed etiam cuius propria cōſiderentur: Idem voluit lib. 2. de Decretis & lib. de Theriaca ad Pis. cap. 3. & 4. magnifacit proprietatem naturam ve rerum: & 4. lib. de ſimpl. med. fac. cap. 7. & lib. 11. eiuſdem facultatis, vbi tractat de cancris fluuialibus: & lib. 3. meth. med. cap. 3. hortatur nos perdiſcere proprietates medicamentorum: Idem conſtat lib. de informat. med. emp. extra ord. Claſs. cap. 6. legitur, vt proprium a communi diſtinguatur: & lib. 3. de temperam. cap. 4. enunciauit diligenter obſeruandam eſſe propriam cuiuſque naturam: præterea Porphyrius in Ariſtotilem magnifacit cum alijs vocem proprij, dum hortatur Chryſaoricum cęteroſque diſſipulos admonet neceſſarium noſcere quinq; voces ſub quibus omnia quæ ſunt continentur: prout Genus, ſpecies differentia, Proprium, & accidens: hæc enim ad decem ſumma genera Ariſtotelis conferunt & ad logicam Philoſophiæ vniuerſæ inſtrumentum, ſpectant: idcirco qui ab hoc ordine digredietur operam ludet; nihilominus non reprobamus præparationem quæ pro fecto perficitur ſolutione depurationeque materiæ digeſtione maceratione & concoctione: hæc vtiles habentur operationes ad imitationem Naturæ, ipſa enim vtitur ijſdem ad maturādos fructus reſque quas producit vniuerſas: nos quoque nouimus in hac facultate diſtillandi vitriolum cum ſeparatione cuiuſcunque elementi præparationes attenuare materiam rudem & crudam & eius ſingulas partes ſatius diſponere ſeparationi ac inde promptius accelerare fluxioni diſtillationis: hoc ordine tamen naturæ in ſuis primordijs ſtatuto euenit vt Aqua prior aere fluat ex hoc ente minerali; quapropter conſequitur præparationem non deſtruere naturæ ordinem primigenium etenim eum confundere nequit, neque eius proprietatem tollere, imo in melius conducit non vnam ſed æque omnes partes pro naturæ beneficio: quæ tamen omnia ſupplet diſtillatio ſolaque æquat: ipſa quoque ſegregat tenue a craſſo purumque ab impuro & homogeneum abheterogenio ſi debito modo fiat: Præterea etiam ſi concedatur oleum dulce reſidere poſt circulationem vt uoluit Quercetanus quid tum poſtea erit ne aliud quam reliquiæ ſpiritus acidi alterati ac refracti, tum ab aqua phlegmatis permixta cum ipſo ſpiritu, cum etiam a circulatione, his enim remittitur aciditas, ac penitus miteſcit, acredo-

Digitized by Google

que ſi adeſſet adimitur ac quælibet eius vehementia languet, hinc dulceſcere dicunt quamuis uerendum ſit de operatione extraordinaria: Cautio itaque adhibenda ne quis in gradu ignis error admittatur, verum etiam animaduertere licet non eſſe profecto dulce ut mel aut ſaccharum aut huiuſce modi aliud in eodem enim ſenſu non accipitur: Verum ſcriptores ſæpe abuti conſueuere hoc adiectiuo dulce ſubdulceque utroque indicantes omne quod eſt inſipidum & fatuum, more Martialis ſcribentis, vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, memini quoque Galenum pluribus in locis aquam communem appellaſſe dulcem, quamuis omni ſapore expers ſit, ſed reſpectu aquę marinæ uel alterius mineralis aquæ, prout primo libro de temperamentis capite ſecundo ait quemadmodum balnea dulcium aquarum: & libro primo de ſimplicium medicam. facult. cap. 25. repetit aptiſſima ſunt dulcium aquarum lauacra: & libro decimo methodi med. capite decimo inquit in hectica febre valere dulcis aquæ balneum: ac inde libro vndecimo meth. med. capite nono de curandis putridis febribus approbat temperatum dulcis aquę lauacrum: rurſus Galenus libro in quo probatur animi mores corporis temperaturam ſequi capite tertio adduxit Zenonis auctoritatem, qui dicere ſolebat quemadmodum Lupini amari cum aqua macerantur dulceſcunt: hi tamen fatui ſaporis ſentiuntur poſtquam depoſuerunt amaritudinem abſtractam ab aqua: præterea dulce nominauit Galenus quod pingue eſt prout legitur libro quarto de ſimplic. med.c. facult. cap. 10. Verum etiam ſuperius capite ſexto eiuſdem libri vocitauit oleum dulce quod eſt commune oleum ex oliuis maturis expreſſum: quamobrem ex recentitis hucusque conſtat nō peculiariter dici dulce æqualiter vero conſonat ſuaue dicere quod allicit guſtum qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptuarius: Verum de his tantum dixiſſe volo cum cætera ex habitis aperta ſint, iam enim opportunum eſſe videtur vt explanemus quibus participent qualitatibus ſingulæ partes a Vitriolo diuiſæ, nedum qua vi & facultate polleant: Verum enim his obuiam egredi Sycophantam percepi qui ſibi vacuum arrogabat modum diſtillandi aliorum detrimento: hinc prius quam in alios huiuſcemodi morboſum difflueret ſolium conſtitui certam proferre ſententiam in ſequenti; demum pollicita ſoluere:

Sophiſticus Imaginoſuſque modus Præſtigiatorum. Cap. XIV.

QVidam per ſomnia cōceperunt mente, quę me hercule fieri nequeūt at potius inquam vmbram noui modi ſegregandi elementa omnia diſtillatione vna cuius repens fumoſaque Imaguncula eſt relicta ceu vagina ipſius vanitatis, quam animo turbulento, & arrogantia tumido cogitarunt verboſi omni ratione inanes: hi vnica diſtillatione nugantur effluere elementa quatuor inter ſe diſtincta liquorum forma ac ſingula per ſe eodem tēpore, & modo nulloque ignis diſcrimine: aſſerunt enim hoc euenire factu, & opere

opere vnius organi diſtillatorij: vt ſi in ipſo organo vaſeue vno conſiſteret ars tantumque negotium diſtillandi quæque elementa ſeparatim eadem tamen diſtillatione vnica: quamobrem ſuum proponentes phantaſma inſtituunt magiſterium artificiumue ſequenti ordine abſoluere, & in primis chalcanthum, vel aliud diſtillandum mens eis eſt immittere in bocciam rectam, & longam ſiue altam dicere mauis, quam mox pileo vitreo ſiue capitello turbinato naribus roſtriſue quatuor munito tegunt ad hoc munus ſingulare facto, hac ſerie, vt æque quadripartiantur ſpatia locaq; corporis ipſius pilei, ita vt vnum in ſuprema fere parte inſertum ſit roſtrum alembici longum, & fiſtuloſum magnitudinis conſuetæ in arte, alij appellant naſum, & in Chymicis Cornu Cerui dicitur, vt in dictionario Martini Rulandi, qui a ſummo eminētior, & ab imo deductior eſt: Alterum vero roſtrum prope infimam oppoſitamque partem pilei ſitum: Cæteraq; duo roſtra ſint locis mediis fixa ac æque diſtincta, quæ ſupplere dicunt quatuor diſtilationis gradus, idcirco ipſis Roſtris ſingula ſupponunt vaſa, quæ recipiant, & colligant liquores quatuor quos ab inuicem diſtinctos diſtillare putant, eoſque nominant elementa, hac equidem nouitate delectantur imperiti, veruntamen decipiuntur, cum nequaquam ſimul, vt ſemel vno, & eodem tempore effluere poſſint cuncta quatuor elementa per quatuor roſtra alembici diſtincta, eoque minus ſingula per ſe ab inuicem diuidun tur vnica diſtillatione, cum potius confundantur: nihilominus pertinaces ipſi delirant neſcio quo ſyllogiſmo docti, aut qua demonſtratione perſuaſi, adeo, vt temere proferant omnia diſtillate modo prædicto vaſis gratia, ſed ſacra Numina teſtor meras eſſe erronum nugas: cum vaſe enim minime concurrit ratio ordinis gerendorum ex cauſa venientium: Iccirco expedit naturali ſpeculatione aſſueto cauſas diſquirere, vt prodidit Ariſtotiles libro primo Phyſicorum Tex. primo Tunc enim opinamur cognoſcere vnumquodque cum cauſas primas cognoſcimus, & principia prima, & vſque ad elementa: mox tex. 3. proſequitur ex vniuerſalibus in ſingularia oportet procedere, vt ad certiora, & notiora naturæ veniamus: idē lib. 1. metaph. cap. 1. & 2. pꝛeterea abſolute egit Philoſoph. de cauſis lib. 2. phyſic. tex. 20. ita dicēs qm̄ cauſæ quatuor ſunt de oĩbus erit phyſici cognoſcere ſcilicet materiā, & formā, & Motorē, & propter quid: ex his palam eſt inſtituiſſe Philoſophum quatuor cauſarum genera: quarum, prima eſt materialis cauſa, quæ ne à propoſito egrediamur in chalcantho conſiſtit, hoc enim eſt ſubiectum, ex cuius ſubſtantia eliciuntur, quatuor elementa: ſecundam vero cauſam aſſeruit eſſe formalem, quam in ipſa materia exiſtere patet, cum apud Dialecticos axioma ſit, & in communi ſenſu verſatur formam eſſe in materia: Efficientemque cauſam pro tertia ſenſit Philoſophus illam a qua fit aliquid circa materiam, vt moueatur ad aliquid, quemadmodum legitur libro primo Phyſicorum tex. 73. aut ens agit aliquid aut patitur ſed patitur ab igne, vt alteretur, & tranſmutetur in quatuor elementa diſtincta huic aſſenſit Galenus libro tertio de ſimpl. medic. facult. cap. 4. quicquam ex ſpecie in ſpeciem mutari nequit citra excalfactionem &c. quamobrē moueri agitarique nequit materia chalcanthi niſi ſubijciatur pati ab igne, vt incaleſcat alteretur, & in vapores attenuetur tranſmuteturque ſecundum materiam: peculiare enim eſt calidi fundere atque liquare materiam ſubiectam

quemadmodum frigidi condenſare teſte Galeno lib.4. de ſimpl.medic.facult. cap.2. idipſum repetit cap.16. eiuſdem libri nempe natura calidi eſt celeriter alterare atque in aliam ſpeciem mutare: Demum quartam ſcripſit Philoſophus eſſe cauſam finalem propter quid,ideſt cuius gratia aliquid fit hęc eſt diſtillatio, quæ tamen aſcribitur operanti, qui diſtillatione elementa ſegregare conatur hinc dicitur cauſa, quæ id efficit cuius eſt cauſa, vt Cicero de fato: Veruntamen omnium rerum Opificem Deum,& cauſam cauſarum eſſe concluſerunt omnes Philoſophi:ex prædictis itaque conſpicuum eſt errare à toto Cœlo,qui putant vas eſſe in vlla prædictarum cauſa, cum ſit diuerſum vas ab omni cauſarum ratione. Quinimmo ridiculum videtur ſi demonſtrare velimus,vtrum vas ſit,vel ne ex natura prædictarum cauſarum:nihilominus,vt feram rudibus opem,recenſere me perſuaſum habeo,quemadmodum Ariſtoteles libro quarto Phiſicorum diffuſe diſeruit de multiplici loco,quanquam omnia ad duo maioris momenti perſtringere magis referat; nempe aut locus eſt in re, aut locus eſt extra rem: Si locus eſt in re,eſt pars locati in quo eſt materia,& forma,& ita locus non ſeparatur à locato,cum contineat illud,quod eſt in eo. Sed corrumpitur per corruptionem eius, vt commemorauit Philoſophus loco præcitato,in ipſo enim ente eſt locus tranſmutationis,vt in materia, & forma: ex quibus conſequitur locum in re nullum intelligi vas: Verum ſi conſidereretur locus extra rem,non communis eſt materiæ, ſed alterum eſt à materia,vt boccia ſiue vas eſt locus tranſlatus,& ſeparabilis à materia tanquã accidens in ſubiecto, & res eſt in loco ſicut aqua in vaſe,nihil enim eſt vas eius,quod eſt in ipſo,idipſum ſæpius repetit Philoſophus, quod amphora, vel dolium non eſt vinum, neque vinum eſt vas,ſed notabile legitur tex.11. eiuſdem libri locus non eſt entibus cauſa aliquo modo quatuor, quoniam non eſt materia,neque forma. neque finis,neque motor: Conſtat igitur inaniter nugari eos,qui inter cauſas diſtillationis connumerãt vas, fundus enim vaſis nullam habet facultatem abigendi materiam ad ſummitatem, ſicuti neque ſummitas,quæ pileus nuncupatur,& vulgo Capitellum turbinatum attrahit eam: neque calefit materia à vaſe, quanquam in eo, ceu inſtrumento contineatur: ſumme tamen neceſſarium eſt incaleſcere materiam, vt moueatur,& in vaporem eleuetur,ſi extillare debeat: Incaleſcit autem ab igne agente externo, qui materiæ internum mouet proprium ingenitumq; calorem,etſi idem operatur ſol, ignis cœleſtis, quemadmodum Ariſtoteles libro primo Metheororum, capite quarto de pluuia, ipſa enim fit ex vaporibus eleuatis è terra calefacta à Sole: idcirco huius exemplo ſupplere conſpeximus ignem materialem,quemadmodum ſatis demonſtrauimus ſuperiori capite octauo, vbi egimus de ratione ignium auctoritate Galeni: Ignis vi ſua eſt cauſa calefactionis materiæ,ac ipſius attenuationis, vt demum tranſmutetur materia in vapores, & in pluuiam,quæ diſtillatione habetur. Ignis igitur ardoris cauſa agitat materiam, & ab imo vaſis impellit ipſius materiæ partes, quæ in vapores attenuari, & verti aptæ ſunt;præterea vapores prædictos ad inſtar nubium ſurſum ducit ignis ad cacumen bocciæ, vbi rurſus coacti condenſantur, & diſtillando corruunt ad fundum recipientis: Verum atque diuerſus requiritur ignis calor ad opera diuerſa, quibus ſuppeditari poteſt gradus ſuus, vt docet ratio, cui conſentire

Google

ſentire æquum eſt experimentoque,rationi nexo fidem præſtare cogimur: du bio procul conſuetum conſpeximus vno quippe gradu ignis minimo prout balneo maris fluere elementum aquæ, ceu aliorum magis fluxile, & aptum, hoc enim ignis gradu primo vnum elementum emanat, quod magis aptum eſt proportione agentis,vim enim non habet gradus iſte omnia propellere neque maiora vrgere, niſi augeatur ipſius agentis gradus, ita vt ipſius proportio viſque peræquetur aptitudini materiæ:vbi vero agens ad ſummum vigorem augeſcat,& multiplicetur, nulla proportione habita aptitudini materiæ, omnia dubio procul confuſa, & ad inuicem mixta,ac perturbata impellet, quæ tamen apta ſunt eleuari: Quapropter elementum quartum analogum terræ fluere nequit, neque aſcendere aptum eſt vllo ignis gradu, quanquam extremo eoque minus gradu minimo: gradus autem vbi opus ſit, accõmodari debet ad ſcopum artificis periti,& non cerebroſi,nec non fiat ſecundum materię elaborandæ naturam,vt fuſius in conſpectu omnium erit inferius. Idcirco ſi ordine methodico procedatur iuxta materiæ aptitudinem,& agentis vires,vt requirit ratio experimento fulcita, ſuccedet optato: alioquin exitus non eueniet ſperatus; rurſus vero reuertam ad gradus ignis, vt exemplis agam, quorum gratia res magis pateat: nam ſupra expoſito primo ignis gradu accedit; Itaque ſecundus,qui eſt cinerum calor, quo effluit aeris elementum, hoc eſt acidus vitrioli ſpiritus: Præterea tertio, & quarto ignis gradu diſtillat oleum vitrioli,vulgo dicitur elementum ignis,& tertium elementum,vt antea expo ſitum fuit: Hoc equidem elementum ob eius ſubſtantiam pinguem,& oleoſam,nequaquam aſcendere poterit cacumen alembici, neque per pilei roſtra tranſire:hoc enim peculiare eſt tum oleis cuiuſcunque generis,cum etiam pinguibus,& craſſis omnibus deſcendere:idcirco olea, pinguiaq; omnia eliciuntur per bocciam humilem decliuem,& flexam:alioquin enim altiora aſcendere nequeunt,hinc cum effectus ſint contrarij,conſequitur neutiquam poſſe ab vno eodemq; gradu ignis tranſmutari,neque vno, eodemque vaſe regi ob diuerſas qualitates ipſius materiæ,iuxta commune Philoſophorum dogma:iam verò demonſtrauimus qua ratione perficiantur, quod animaduertere operæpretium eſt ea mente, quam ratio, veritaſque præſcribit: Etſi homines exempla malunt,quàm verba,quia loqui facile,præſtare difficile, vt Quinctilianus libro tertio, capite octauo ait, quia facillimè,ad conſentiendum homines ducuntur experimentis: Veruntamen opus perficere nemo poterit,niſi,qui vtriuſque facultatis conſcius erit,quamobrem rememorari fas eſt,quod Theorica ſcrutamur veritatem, cuius practicam exequimur opere, vt ſenſit Ariſtoteles libro ſecundo Metaphiſicæ Tex 2.3. & 4. Reliquum expedit nunc diſquirere,an quartum elementum aliquo artificio eleuari,ac ſurſum duci ad capitellum,inde diſtillare poſſit,vel ne, ita vt tranſeat per quartum alembicum, ſiue dicere mauis per quartum alembici roſtrum,aut ſi per deſcenſum, aut nequaquam emanet, quod vt ſatius aſſequamur in primis ſcire licet in vaſis fundo, conſidere fæces viſas relictas poſt diſtillationem olei è vitriolo,& cuiuſcũque liquoris humiditatiſue, vtputa aquæ, Aeris, & Ignis, hæc ſunt tria elementa, quæ effluunt,non vno vaſe,neque vna diſtillatione ſegregata,niſi confuſa:alio quin diuiduntur diuerſis ſuis proportionatis gradibus ignis, ac diuerſis organis;

nis; fæces igitur in ſummo ſiccatæ, & ab igne areſactæ relinquuntur ſine humore inſtar terræ, cum omne humidum abſummat combuſtio, teſte Galeno libro primo de elementis: præterea diſcurrens ipſe de terra ſicca libro ſecundo de temperamentis, capite quinto ait, ſicuti fieri non poteſt, vt in terra ſicca herbæ naſcantur, nutriantur, & incrementum capiant &c. Rurſus libro tertio eiuſdem facultatis de temp. capite primo ait, Terra, vel terrea re aliqua accenſa fit pruna: ex quibus colligitur conſiſtere in fundo reliquiam vitrioli exuſti, quæ refert terrenam ſubſtantiam cum empyreumate ſic ab Ariſtotele vocato, ex qua ſubſtantia emiſſa eſt humiditas, quæ apta erat egredi, effluxique ſunt vapores; quare ad inſtar terræ exuſtæ conſtitit fundo vaſis præ grauitate, quod peculiare eſt terræ, quæ eſt vniuerſi pars ignobilior, teſte Galeno libro 17. de vſu part. cap. 1. Præterea memini dixiſſe Ariſtotelem libro primo Metheororum, quatuor autem exiſtentibus his igne, & aere, & aqua, & terra: omnibus quidem his ſubſtare terram aſſeruit: idcirco patet humidum perire corporis vſtione teſte Galeno libro primo de elementis cap. 6. nihilominus permanet humidum primigenium igni reſiſtens, quod eſt in ſale terræ exuſtæ: fit enim ſalſedo ex terreſtreitate exuſta, vt docet Ariſtoteles loco præcitato differens cauſam ſalſedinis Maris eſſe exhalationem fumoſam combuſtam, quæ accidit ex parte terræ, adeò quod ſalſum manet ſubtus deorſumue dicamus propter grauedinem quemadmodum dulce, & potabile ſurſum ducitur propter leuitatem: conſidet igitur terra cum empyreumate ideſt igneitate pro vt eſt natura Salis, teſte Plinio lib. 31. naturalis hiſtoriæ: Separatur autem Sal à terra, & ab omni re combuſta, non diſtillatione extrahitur, at ſi lauetur aqua dulci imbuitur Sale, vt docuit Galenus lib. 9. de ſimpl. medic. facult. hoc vbi per lotionem ablatum ac remotum fuerit aqua, in qua medicamen ablutum eſt, calidam adſciuit facultatem, quare ſi euaporetur aqua imbuta ſalſedine concreſcit ſal, quod appellant terram magicam: poſtremo a ſolutione ſalſedinis acta cum aqua, & colo ſeiuncta relinquitur terra limoſa, quæ frigida eſt, & citra mordacitatem deſiccare potens, prout eſt natura terræ ſimplicis: hanc terram appellauit, Libauius dulcedinem vitrioli libro 2. alchimiæ tractat. 2 de extractis. pagin. 173. prædicta equidem argumento ſunt, quartum elementum nempe terra, nullo gradu ignis, nulloque vaſe opus eſſe vt diſtillet; nequit enim terra eleuari ſurſum ad vllum vas, quantumuis etiam humile, eoque minus ad capitellum roſtratum, ſed permanet fundo: nil miri eſt igitur, ſi euanida ſpe fruſtrentur, inconſtantiaque notantur, qui declinant à dogmate peripatetico, & à veritate, veraque ratione, cuius magna vis fictas hominum inſidias non admittit, verum per ſeipſam tuetur, & vndequaque ſibi viam parat, hinc cum inuenta ſit clariſſime eluceſcit, cui adhærere expedit, erroneſque, & præſtigiatores cauere, qui doloſis promiſſis vitam ſuſtinent, vt legitur in primum librum Metamorphoſ. Ouidij: viuitur ex rapto, nõ hoſpes ab hoſpite tutus. Ex his itaque hucuſque recenſitis, ac optimè perpenſis, in promptu eſt cognoſcere ſuperflua, & abſque cauſa eſſe tot roſtra, cum vnum ſufficiat emungere quamlibet humiditatem, quæ apta ſit aſcendere ad capitellum naſutum, cuius obſtaculo vertitur in aquam, hæc inde deſcendit, effluitque per orificium naſi, ſit modo vnum, aut plura nil refert, à pluribus

enim

Digitized by Google

enim orificijs non ſeparantur differentes humiditates, veluti aquæ, & aeris, hæc enim ſolæ aptæ ſunt eleuari, & altè aſcendere, vbi vrgeantur ab igne, cum ſolus ſit agens qui magna vi impellat omnia, licet confuſa, ſi vero per gradus remittatur ignis, tunc ſeparatim ſingula vrget ordine ſeparantur enim ab igne tantum, & non à naribus vaſis: quamobrem prætereamus huiuſcemodi vaſa tot naſis intricata, nam incongrua ſunt: omittamuſque eorum auctores naſutos, & dicaces, qui naribus in rugam contractis Rhinocerotis more, alios ſubſannare ſolent, iccirco Perſius Satyra 3. ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.

Per quam vana exiſtimatio eorum, qui male ſentiunt de Oleo Vitrioli. Cap. XV.

VErum priuſquam enarrare proſequar facultates ſingularum partiū, quas ſegregare à Vitriolo demonſtraui, operæpretium duxi recenſere diuerſas opiniones, quæ conceptæ ſunt de ipſo oleo Vitrioli, ne vllum relinquatur ambiguum, quod diſſidio euerti poſſit, at ne hoc eueniat, diſtinguere licet æquum, & integrum, ab eo quod diuerſè declinat: Quidam enim ſummis laudibus ad ſidera extulerunt ipſum oleum, aſſerentes, quod ex Vitriolo multa egregia educuntur omnis generis remedia, adeo vt in hoc mettallico indiuiduo exquiſite præparato exiſtat integra Medicinæ officina, nam liquor Vitrioli humores præparat omnibus modis, cum tartarea, & craſſa attenuet, tenuiaque obtemperat, impura expurgat, ſuperua canea vero per vrinas, ſudoreſque, per alui excretionem, & per vomitum euacuat, obſtructa aperit, doloreſque omnes ſedat anodina ſua facultate, venena, humoreſque venenoſos expellit, & omnes inflammationes, ac febriles ardores extinguit, & quod magis refert, calorem naturalem inſtaurat, ac ſummatim ſi in elixirem fixetur vim renouandi, inſtaurandique habet: eſt enim purgatiuum ſpecificū omnium humorum, confert phthiſi, ac verminationi, maniæ, omnibus oculorum affectibus, calculo, aſthmati, icteris ſcirrhis, lienis, & hæpatis, imbecillitati, atque dolori ſtomachi; Idem legitur in librum tertium Gabrielis Fraſcati de aquis Returbii pagina 83. vbi conſuluit pro tollenda ventriculi frigiditate aſſumere potu ieiuno ſtomaco guttulas duas olei ſulphuris, chalcanthi ve cum vino cretico; verum antea libro ſecundo, dixerat in vſum eſſe apud medicos hiſpanos propinare febrientibus aquam frigidam cum tribus, vel quatuor guttis olei Vitrioli ad maiorem penetrationem, quod maximè cum fælici ſucceſſu illis contingit, nam per vrinam. & aluum egregie purgat: præterea Petrus Andreas Mathiolus ſplendidi nominis auctor, laudat vſum olei Vitrioli, aſſeritque neceſſarium eſſe in morbis altas fibras agentibus: Inde Geſnerus tot aſcripſit dotes oleo Vitrioli, vt vix medici perſona dignum exiſtimet, qui eo carere vult: eaſdem facultates ineſſe oleo Vitrioli abundè plerique, ac ferè innumeri commemorati ſunt, ac præ alijs Philippus Mullerus: Ioannes Baptiſta Zapata: Gabriel Faloppius: Hieronymus Rubeus Rauennas, vir iſte celeberrimus hac noſtra ætate, & paucis ab hinc annis, è vita deceſſit, ipſe in medi-

ca ſa-

ea facultate benemeritus edidit librum de diſtillatione, in quo deſcripſit modum eliciendi oleum à Vitriolo, atque vires eius fusè recenſuit: ſummoperè quoque prædictum oleum Vitrioli approbauit Amatus Luſitanus in Dioſcoridem, inſinuans ſi vna, vel altera gutta in aquis cordialibus merſa, quas aceroſas cum ſtipticitate reddit, intus aſſumatur per os conferre aduerſus febres peſtilentes: huic propoſito refert proportione exemplum proditum ab Horatio Augenio libro, quem edidit de modo præcauendæ peſtilentiæ, vbi teſtatur admirabili ſucceſſu iuuare oleum ſulphuris aſſumptum cum aliqua potione conuenienti aduerſus diſtillationes catharrales, putredinoſaſque infectiones peſtilentiales, atque plurimas alias paſſiones. præſertim thoracis vitia: Verum enim ſulphuris oleum, & Vitrioli oleum congenera ſunt analoga, ac ferè eiuſdem naturæ, dè quibus non modo vetuſtiores, cum etiam Neoterici quam celeberrimi tractarunt comparatione vtrumque horum mineralium adinuicem plurimum ſe conferre, Sulphur enim eſt in Vitriolo, & in Sulphure Vitriolũ, quemadmodum demonſtrauimus deſcriptione tertia de atramento *Sutorio*, neminem ergo, qui medendi rationem callet, admiratio teneat, tot audire optima, maximaque de oleo Vitrioli decantata ab innumeris Clariſſimis Scriptoribus. Hoc autem medicamentum ſeipſum approbat, necnon experimentum laudes eius canit: veruntamen in oppoſito alii diſſentiunt à prædictis, quamuis inuida, mentienteque opinione cenſeant inania pro grauibus, cum perſuaſum ſit eis reſpuere vſum olei Vitrioli, triplici de cauſa; vna eſt, quia viroſa vi, quam habet corpus terreſtre crudum, prout è minera immundum, noxium ſit. Secunda autem cauſa eſt, quia oleum ſit acidum, iccirco aciditate infeſtum ſit neruis, partibuſque neruoſis. Tertia quoque cauſa reprobant oleum Vitrioli, quia ſit valde acre, quod indicat vim adurentem, & cauſticam, hinc deprehenditur, quod tuto propinari nequeat febrientibus. His igitur in medium prolatis obſtrepũt, & obuiam laudibus Vitrioli reſiſtere nituntur. Aliud verò diuerſum ab his perſuadet ratio, quæ omnia præpollet, & eſt cauſa, quæ demonſtrat verum, diſcutit, & diſtinguit omnia. Iccirco Seneca eximius philoſophus, inſigniſque poeta, ſcriptis prodidit, quod ratio eſt naturæ imitatio, ea enim ſequitur naturam, quare bonum ſine ratione nullum eſt, neque virtus aliud eſt, quam recta ratio, ipſam verò Græci appellarunt Μετοδον, eadem enim quam celerrimè ad peritiam, & cognitionem aduenimus, nempe diſtinguendi graduum differentias omnium rerum, ſed præſertim cuiuſcumque liquoris effluxi à Vitriolo. Vt propoſitũ requirit, ne quidem omittamus quod, & quantum faciat præparatio perfecta in diſtillatione, ſegregationeque elementorum, & in liquorem reductione, mundum, exutumque ab omni terreſtri, viroſaque vi Vitrioli, depoſita enim ea relinquitur in fæcibus ipſius corporis terreſtris, in quo erat, adeo vt facillimè, ac tuto citra moleſtiam, & ad multa perutilis propinari poſſit, quamobrem ſoluta eſt primæ cauſæ dubitatio. Quatenus vero ad ſecundam cauſam aciditati ſpectantem, facile reſpondetur obiectioni, quod ſi oleum Vitrioli obeſſet aciditate, non vteremur aceto, omphacio, oxalide, citreis, aurancіis, & limonibus, cidoniis, ceraſis, prunis, puniciſque, acacia, & Tamarindis, ac huiuſmodi aliis acidis, quæ ſæpiſſimè aſſumimus, tum cibariis, tum etiam medicamentis maximo guſtu, & beneficio,

quibus

quibus ſimilitudo,& ſapor eſt idem, vt in oleo acido Vitrioli,vt palato percipitur, præterea Galenus ſummopere commendauit facultatem aceti incidentem,& attenuantem; cuius exempla plura prodidit libro decimo quarto, methodi medendi,capite quinto,necnon libro ſecundo de arte cur. ad Glauconē cap. 4. vbi vſus eſt aceto acerrimo cum emollientibus mixto in curatione tumoris ſcirrhoſi in tendonibus,& ligamentis:hę ſunt partes neruoſę,quibus tamen acetum non ſimplex,neque purum admouetur, quemadmodum neque ſuccus limonum merus corporibus ingeritur, neque aliud conſimile merum habetur in vſu;permixtum autem alio conuenienti, quod cum retundat, & contemperet,ſuave,ac delectabile euenit, emolumentoque confert. Reliquū verò de tertia cauſa diſſerere decet, & in primis inquam empirici impoſtores improbe agunt,qui audaciſſime in omni tempore,indiſcriminatimq; quoduis oleum Vitrioli acre merumque propinant, hoc eſt oleum rubeum, vel atrum igneum,& corroſiuum,quod nunquam in corpus immitti, neque in vſum febrium curandarum haberi debet: Etſi plerique theorica, experientiaque clariſſimi auctores vſi ſunt hoc oleo,veruntamen conuenientibus admixto, quibus remittitur eius vis: Tunc enim retuſum per ſuum bedoar, quod eſt ei cōtrarium præter,quod omni malignitate vacat,non exedit metalla,neque corpus humanum, & vix ventriculum pertingit, niſi quantum ſufficiat humiditates extraneas abſtergere:ita quod alioquin ineptum,& noxium eſt, mixtura tamen alterius medicamenti fit vtile,& noſtro ſcopo ſatisfacit,quod fieri poſſe perſuadet ratio; docetque experientia, idem etiam aſſeruit Galenus libro tertio de temperamentis capit 2. & 3. cum neque minima ignis fauilla comburat,quamuis ſuapte natura comburendi facultatem habeat: rurſus idipſum aſſenſit Galenus libro tertio de ſimplic.medicam.facult.cap.23.opus eſt enim, vt quidquid agat,etiamſi ſit valentiſſimum, aliquantam tamen, & magnitudinem habeat:quando nimirum, & ignis ipſe ſi prorſum minimus ſit præterquam,quod non vret,nec calfaciet quidem:quippe cum & centeſima ſcintillę partiuncula ſenſu nobis imperceptibilis ſit:idcirco Gentilis de Fulgineo in expoſitione quinti Canonis Auicennæ iudicium apte pronunciauit, aſſerens medicinam validam, quarti gradus corrigi poſſe adeò vt fiat ſecundi gradus per admixtionem aliarum medicinarum: verum etiam nos ad primum, minimumque gradum deſcendere ſentimus eadem ratione Gentilis. Dum autem in hoc immoror diſcurſu, memini de his fuſe expoſitum fuiſſe deſcriptione tertia: quantum attinet corpori ipſius attramenti Sutorij, vt in memoriam reuocem, quæ iam recenſita fuerunt, quippe inter corroſiua exiſtere corporalia magis periculoſa,ac eò magis vbi à minera nondum ſint depurata. In præſentiarum autem vlterius progredi aggreſſus ſum ad diſtillata iſta,namque abſq; læſione tranſeunt, ſi modo alijs liquoribus permixta fuerint; vt tamen quilibet excutiat intelligentiam ſuam meminiſſe expedit expoſitam fuiſſe ſegregationem partium cum diſtillatione,tum vt depurentur, cum etiam vt ſingulas earum ſimplices præbere liceat nulla contrarietate qualitatum repugnante,vt ſi nobis occurrat refrigerandi neceſſitas, eligemus non oleum rubeum, & acre corroſiuum,ſed potius ſpiritum album,clarum,& acidum, quem alioquin dicunt ſpiritum aquæ,& aquam Vitrioli ſecundam,quām exibere poſſu-

mus

mus cum aquis Cicoreæ, endiuiæ, ſcariolæ graminis, vel aliis conuenientibus: erit enim hoc remedium tutum delectabileque, & ſecundum rationem factũ, quod extinguit calorem febrilem à putredine ortum, infringit nanque omnẽ putredinem, & ſic omni moleſtia exoneratur natura, & in triumphum ducitur: nemo itaque audebit obiicere huic liquori ſimplici acido cum pars ſit talis, non tamen quale eſt totum, neque eadem eſt ratio acidi liquoris frigidi, quæ habetur olei acris, & vrentis, cum neque ſingula pars habeat totius vires, ſingula vero ſingulis morbis ex natura ſua conducunt, quapropter carus eſt medicis ſimplex Vitrioli ſpiritus acidus, hic eſt albus clarus, & volatilis abſque vlla corroſione, iccirco corpori humano apprime cõmodat, nihil enim noxiæ infert corpori, plus autem auxilii præbet: nil agit cum vehementia, non perturbat, neque vomitum ciet, immo corroborat ventriculum, calorem extraneum non inducit, immo compeſcit eum refrigerans teſte Galeno libro 4. de ſimpl. medic. facult. cap. 7. acida tenuitate pollent corporis, ſed perinde vt adſtringentia refrigerant: ex frigido enim ſubtili fit acida qualitas, quare penitus oppoſita eſt acri qualitati, vt voluit Galenus libro quinto de ſimpl. medic. facult. c. 26. nam quod acidum eſt, palam refrigerat, alioquin verò omne acre excalfacit: iccirco oleum acre, & corroſiuum Vitrioli, hoc eſt rubeum, aut atrum, quod appellant ſpiritum fixum diſtinguere expedit, à ſpiritu albo perſpicuo, & acido, quem pleriſque placuit nuncupare aquam ſecundam, & oleũ album Vitrioli, quo nil tutius adminiſtrari poteſt ad tollendam quamcunque obſtructionem, ac putredinem delendam, vtique, & calorem febrilem putredinis effectum, qui ſublatis cauſis perſiſtere nequit: memini Galenum libro vndecimo meth. med exibere oximel in febribus, non modo, vt refrigeraret, verum vt de obſtrueret, & putredinem abſtergeret, quæ omnia efficaciſſime agit oleum Vitrioli, aperit enim attenuat abſtergit, atque refrigerat, vt acetum: ſed eo magis præcellere patet.

De facultatibus ſingularum partium vitrioli, exordiendo a phlemate humore aqueo, & primo. Cap. XVI.

IAm diximus ſingulas partes ex natura ſua, non omnibus conducere, ſingulæ verò ſingulis tantum morbis conferunt, cum neque pasr habeat vires totius: quamobrem iuxta inceptum de ſingulis deſcribere expedit: præterea, vt decus conſeruemus, quod primum fuit in diſtilatione, æque ipſum primo ordine collocabitur, prout fit in acie: phlegma autem elementum aquæ diſtillat primum à vitriolo, gradu ignis primo, quam leni, iccirco ſine ſpiritu, & ſine ſapore, inodorumque fuit, quare frigidum inſipidumque, album, & clarum, vt aqua percipitur: cuius facultates ſunt nigrefaciendi capillos, vbi in ipſa vitrioli aqua madefiant, præterea cutem, atque eius tumores, puſtulaſque applicita purgat, & cuncta oris vitia: Et ad vitriolum ipſum purgandum, cæteraque eius elementa præſtat, nam ſi ſæpius phlegma ſuperfundatur ſpiritui mercuriali ipſius vitrioli, & ab eo diſtillando rectificetur, ſuauiorem

uiorem odore efficit eum, ſaporeque dulcem cum aciditate ſpirituali abſque ulla ſenſibili corroſione in lingua,& auſteritate tarda: Idem euenit oleo acri, nempe ſpiritui ſulphureo, ſi ſuper eum diſtillando ſepties tranſeat phlegma rectificatum edulcoratur oleum, & omni acredine exuitur ſpiritus quamuis igneus, ob phlegmatis frigiditatem: quamuis in hoc peragendo quidam, vice phlegmatis, vtantur ſpiritu vini, vulgo appellatur aqua vitæ, hac ratione ducti, quod ſpiritus vini, cum ſit ſulphureus,& oleoſus trahit, ad ſe per vim ſuam magneticã, quod eſt ei ſimile, veluti eſt Chalcanthi ſulphur exiſtens in oleo, ita vt diſtracto ſulphure edulceſcat oleum conſequitur: ſic perſuaſum eſt Ioanni Baptiſtæ Portæ lib. 10. Magiæ, & antea Euonimo filatro, Raimundo Lulio, Theophraſto Paracelſo, & Scaligero; Alij verò ſuggerunt acetum ſtillatitium, quemadmodum, & alij aquam dulcem ſtillatitiam, veruntamen phlegma proprium vitrioli efficacius eſt, & alijs præualet: præterea cum ipſo phlegmate extrahitur ſal à vitriolo combuſto, vt artis eſt; ſi autem phlegma ſimplex exhibeatur potu, vt aqua, febres ardentes,& peſtiferas extinguere pollet: propinatur infantibus doſi vnius drachmæ, adultis autem cocleare vnum vel duo ad ſummum: rurſus ſi aqua ipſa, quã phlegma nominauimus, rectificetur diſtillatione mox vbi opus ſit, per os aſſumpta, facilem ciet vomitum citra vim vllam, & noxam minimam, ita vt facile, ac fæliciſſimo ſucceſſu propinari poſſit: Antiquitati mos fuit vtilis,& familiaris, quippe euacuare corpora per vomitum in curatione plurium variorumque morborum, cum non modo adultis, verum etiam infantibus lactantibus epilepſia correptis exhiberent vomitoria, & ſummopere commendabant ea, quæ hodierno tempore clamoribus execrantur medici quidam inſcij, qui citra rationem, ſed adulatione ſubſcribunt voluptatibus ęgrotantium,& aduerſantur Hipocrati lib. ſecundo Epidemiarum ſect. 5. vbi vomitum excitare docuit in Epidemicis morbis: exinde Galenus obſeruantiſſimus doctrinæ Hippocratis, omniumque ſuperiorum veneratione, inquit libro quinto de vſu partium, capite quarto, rectè igitur veteres Medici, vt alia omittam ſalutaria præcepta, vomitus à cibis in ſingulos menſes repeti præcipiebant, alij quidem ſemel, alij verò bis:& libro de remedijs paratu facilibus, ad capitis dolorem ex ventriculi cruditate approbat vomitum: rurſus prope calcem eiuſdem libri ait ipſe Galenus, ad coxendicum dolore affectos vomitus, quam alui deiectio iuuat magis: ibidem proſequitur de curatione ſymptomatum ex letalibus medicamentis iubet, vt euomant, epoto prius hydreleo: præterea libro decimo de compoſ. pharmac. ſecund. loc. cap. 2. ait auxiliantur etiam vomitus ipſis iſchiadicis magis vtique, quam euacuatione, infernæ per ventrem: ac inde libro ſecundo de arte curatiua ad Glauconem cap. 1. ſic inquit laborans ventriculum per vomitum expurgandum: ſuperius quoque libro primo eiuſdem facultatis cap. 10. de curatione tertianæ nothæ in calce dixit, vomitus autem poſt cibum adeo his, quibus hęc febris perdurauerit, vtilis eſt, vt multos ſciam, ſolis vomitibus ſtatim prorſus fuiſſe curatos: mox ca. 14. eiuſdem libri repetit, qui verò ex vitioſis humoribus os ventriculi mordicantibus, diſſoluuntur, hos poſt aquæ calidæ aut hydrelei potum faceuomere: Verum cap. 11. prodidit, vtendum autem, & vomitibus poſt cibum, tunc continue,& ſi nihil prohibuerit, elleborum album

eſt

eſt exibendum: Ex his palam eſt, Hippocratem, Galenum totamque antiqui tatem habuiſſe in vſum vomitoria cuiuſcunque generis, a leuioribusq; exordiendo aſcenderunt ad fortiora, vt puta ad elleborum album licet natura ſit conuulſiuum, nihilominus familiariter, ac fœliciſſimo cum ſucceſſu Veteres adminiſtrabant eum. Verùm quo magis tutè, præmiſſis vniuerſalibus, quemadmodùm docuit Galenus libro 13. meth. med. nec non primo. ac ſecundo de art. cur. ad gl. & alijs pluribus in locis ſuppeditari valet aqua phlegmatis ipſius vitrioli, de qua eouſque dicta ſufficiant.

De viribus ſpiritus acidi, volatiliſque vitrioli, qui pro aeris elemento conſtituitur, quintam eſſentiam continente, & in ipſam perficitur, & pro oleo primo habetur quod album eſt. Cap. XVII.

SEcundus verò humor diſtillatione emiſſus, eſt nomine ſecundi elementi, quippe natura aeris, forma autem liquoris aquei albi perſpicui, vt aqua cryſtalina, quare ſecunda dicitur aqua vitrioli: quæ ſatis diſtat à primo humore aqueo, phlegmate nūcupato, in odore, ſapore, & valore: Hic enim eſt ſpiritus volatilis vitrioli cryſtallinus, qui medius ambigit inter aquam, & oleum, etſi ab eis differt, nam odore ſuauis percipitur ſpiritus iſte volatilis, ſapore autem dulcis cum aciditate ſpirituali abſque vlla ſenſibili corroſione, veruntamen cum aliquali tarda auſteritate corroborat: demum valore volatilitas iſta excellit non modo humorem aqueum phlegmatis, verum etiam oleū corroſiuum, ſcilicet ſpiritum ſecundum igneum fixum, rubeum, & acrem, cauſis ſupra expoſitis: hic eſt itaque ſpiritus volatilis aquæ vitrioli, acidus, tenuiſſimus, penetrantiſſimuſque, totius enim corporis habitum permeat, vnoque momento fertur eius virtus ad Cerebrum, ad Cor, ad Renes, & ad omnia viſcera: ipſe primus ſpiritus appellatur, & humidus, reſpectu ſpiritus ignei; etenim primus ex ſpiritibus diſtillatione effluit: præterea prædictum ſpiritum primum acidum, & volatilem nuncuparunt quidam oleum album, aquoſum tamen eſt, quod ſatis diſtat ab oleo rubeo corroſiuo, cùm tamen proprium intelligatur oleum, humor qui tertius effluxit coloris rubei, atri, & pinguioris, ideſt oleoſioris: ex ſpiritibus verò ſecundus igneus, acris, & fixus, quem iure dicunt eſſe oleum corroſiuum: Hæc omnia ſcitu digna, ac ſummopere vtilia fore admonui, ne quiſpiam ab re capiat vnum pro altero, vt puta acidum pro corroſiuo, neque phlegma inſipidum, neque ſpiritum nimium dilutum: Reuertamus autem quo digreſſi ſumus; Spiritus itaque primus albus, acidus, & volatilis eſt in officinis medicis auis rara, cuius eximia virtus iam adeò innotuit Clariſſimis diuerſarum regionum Medicis, huius ſeculi præſertim, vt ſum me approbatus ſit aduerſus innumeras contumaces ægritudines, nec amplius ignari poſſint quicquam detrahere laudi ipſius ſpiritus acidi, nam odoratu ſolo celeriter ſternutamentum mouet, & caput expurgat; iccirco pro arcano habetur ad expellendam epilepſiam, apoplexiam, paralyſim, ſuffocationem matricis,

tricis, cæteroſque omnes vternos morbos, & cordis palpitationem, Cordis enim, & Cerebri ſpiritus corroborat, ac tandem efficaciſſimum, ſingulareque remedium eſt ad extinguendas omnes febres, quamuis ardentes, earumque ſitim ſedat, præterea peſtilentibus optimè conducit: cum ſucco violarum, & ſirupo de Bugloſſa quartanam pellit, & quotidianam, & alia plurima præſtat, dum tamen à medico ſuppeditetur methodico, & non empirico: aſſumitur potu ab adultis doſi ſcrupuli dimidij vſque ad integrum cum aliquo liquore, aut conſerua idonea: pueris verò ſat eſt exibere duas, aut tres guttas: at grandioribus natu quinque, vſque ad ſex: eadem triplici medicamentorum doſi progreſſus eſt Galenus libro ſeptimo methodi medendi cap. 11. de curanda ventriculi intemperie, vbi proponit ſummam doſim, & prope aliam minimã doſim mox inter vtramque conſtituit mediam doſim, vt omnibus eſt legere, Verum atque ratio perſuadet ipſas differentias: omnes enim vno calopodio claceari nequeunt, cum aut vni pedem nimis arcte comprimat, aut alteri nimis laxè diffugiat: ita neque victus, vel vſus medicamentorum ratio omnibus æque conuenit: & ideo non puero, vt viro, neque debili vt robuſto, tantã quãtitatem propinare poſſumus: iccirco neque paruo, exilique corpori, vt magno, cum neque dolia puſilla lauamus, ſi opus ſit, eadem quãtitate aquæ, vt magna, ſed copioſiore vtimur in amplis, minore autem in gracilibus, & anguſtis: quæ omnia animaduertere expedit: rurſus itaque, ſi æque adminiſtretur ſpiritus acidus vitrioli, omnibus fere corporis præpurgati affectibus medetur, putredinem enim aciditate arcet, ac ſumma partium tenuitate obſtructiones pellit, ſanguinemque impurum reficit, humiditates ſuperfluas abſumit: ſitim cuiuſque febris extinguit, inflammationem, & prauitatem peſtilentem delet, hæmorrhagias cohibet, & calorem natiuum inſtaurat, ſpiritus corporis noſtri cõſopitos excitat, & innouat, hinc mirificè præſtat his, qui ſeſe à morbo reficiunt, imbecilleſque ſenes refocillat: Veruntamen progrediendo membratim, exordiar à capite, quod ſi ſit imbecille corroborat, cephalalgiæ, atque emicraniæ confert ſpiritus acidus vitrioli, vigilias aufert, conciliatque ſomnum: at ſi vna cum ſpiritu uini aſſumatur ieiune, memoriam labilem firmat, & cum aqua amaraci ſanat vertiginem, melancoliam, apoſtemata capitis, epilepſiam, apoplexiam, paralyſim, conuulſionem ex repletione, lethargiam, phrenesim, & tremorem ſanat, viſum debilem recreat, catharros abſtergit, & curat omne reuma, ſurditatem, guttam roſeam faciei, ac eius puſtulas, anginam, dentiumque dolorem, & pectoris vitia corrigit, nam blande purgat eum, atque pulmonem ab omni catharro, iccirco tuſſim demulcet, & aſtma curat, ſanguinis ſputum cohibet, & ſyncopem tollit, laſſis ſubuenit, ictericis, & febre quartana correptis, ventriculum bile æſtuantem ſanat, & corroborat, eius faſtidium aufert perturbationem, nauſeamue, immo potius violentas vomitiones mirifice compeſcit, appetentiamque cibi excitat, caninum autem appetitum remouet, ac penitus abolet, intrinſeca apoſtemata deſtruit dyſenteriam, diarrheamque, ac quoſcumque alios fluxus ventris omnes ſanat, & dolorem alui tollit, aduerſatur venenis, morſibuſque venenoſis, paſſionem collicam ſanat, & hydropẽ, viſcera corroborat, calculum diſſipat, lotiumque mouet, iccirco inflationem ventris, chacheſiamque reſoluit: hæmorrhoidibus confert, guttæ artetice, ſciaticæ,

V

Digitized by Google

ticæ,& podagræ,pediculos,& vermes interficit, præterea pro curatione lepræ eſt ſummum remedium,nempe ſpiritus iſte volatilis vitrioli,præter quod morbum venereum diluit. In hoc equidem ſpiritu metallico vitrioli deliteſcit quinta eſſentia,& magnetica virtus aduerſus acidos melãcolicos, ac vitriolicos animalis ſpiritus: præſertim ſi pluries rectificetur, ac tandem circuletur. ſpiritus iſte, acquirit enim odorem violæ ſuauem, & quintæeſſentiæ dignitatem,& ſaporem dulcem cum aciditate: nimirum igitur hunc ſpiritum appellarunt Philoſophi analogicè,aurum potabile, atque celidoniam, quæ pellit ægritudines fere omnes, & incolumitati reſtituit: potu autem aſſumitur cum aliqua aqua ſtillatitia,aut vino,aut vini ſpiritu,aut iure carnis,aut Iulepo, aut alio liquore congruo,commiſcetur,atque conſeruis,aut ſirupis iuxta intentionem medici,floridum enim colorem in eis, viuidioremque excitat, præterea cum ſit guſtui acceptus liquor iſte acidus vitrioli, ac magno voluptatis ſenſu percipiatur,ſicut etiam alia cuiuſcunque generis medicamenta, ſiue purgantia ſint,ſiue alterantia,ſiue corroborantia,quibus immiſcetur ſuauiora reddit: præſeruatque præter quod præparat ea,ac eorum uires adauget: nam ſi aliquot injciantur guttulæ ſpiritus aciduli Vitrioli in infuſionem roſarum aut violarum aut in earum ſirupos abſolute præparatos quibus mox aqua quæuis ſtillatitia addatur,rubicundi uini colorem rubino pulchriorem, acquirent, ac præter uirium præſtantiam longe maiorem ad ipſum corpus purgandum, gratiſſimum,ſuauiſſimumque induent ſaporem ſirupi acetoſi,aut de ſuco acetoſæ, aut acetoſitatis citri,de granatis,aut de limonibus, de ribes,de agreſta, & huiuſcemodi alijs aptis ex ſinguere febres,inflammationesque interficiãs,atque corruptiones delere,& ut paucis multa cõplectar,vniuerſale eſt remedium, quod maxime ad omnia fere conducit, quare alijs variiſque ſuggeritur: fiunt enim rotulæ,vel tabellæ ex faccharo cum minima portiuncula ſpiritus Vitrioli,in maiori enim quantitate lenteſcit ſaccharum: præterea vero fit quoque ſaccharum candidum vitriolatum,quod ſpagyrici recentiores uocant Saccharum Lunæ vt ſi vna pars ſpiritus Vitrioli obruatur in decem, & octo partes ſacchari candidi cryſtallini,& puluerizati,& plures ſi eſſet valde acidus,guſtus ſit iudex; hæc compoſitio in ore contenta eclegmatis more medicis conſueto ſuſpirioſis,& ſiticuloſis confert uirtute, & gratia ipſius aciduli ſpiritus Vitrioli,qui ſi diſpliceret tam acidus,iniciantur in eum laminæ chalybis,ac ſæpe mutentur,nam ſpiritum acidum refrangunt,& dulcem faciunt: cum ipſo ſpiritu fit crocus ferri, vbi limatura ferri munda irroretur ſpiritu Vitrioli, mox per noctem ita macerari omittatur deinceps obruatur in aquã fontis tepidam,vt plurimum enim ſoluetur ſi quieſcere relinquatur,donec frigeſcat,tunc colo traiciatur,quemadmodum per cartam bibulam,inde igni leni euaporetur aqua,& ſubſidet crocus ferri,qui facile ſoluitur quocunque liquore,exibetur aduerſus hepatis, lienis,& uentriculi affectus: præterea ſpiritus Vitrioli albus interficit argentum viuum,præcipitat,& fixat eũ,ita quod amplius fluere nequit,immo in puluerem redigitur,edulcoraturq; aqua ouorum,tunc à Theophraſto Paracelſo dicitur turpetum minerale; rurſus ſi ſpiritus ipſe Vitrioli iniciatur in aquam quantitate,vt aceſcat aqua in qua infuſa ſint aromata,quæuis ſint, prout garyophilli, aut nux myriſtica cinnamomum

mum

Digitized by Google

mum maſtix,myrrha,& huiuſcemodi alia,mox diſtillentur,maior equidem copia olei effluet ex eis:ſi vero acidulus ſpiritus Vitrioli affundatur quantita te vnius vnciæ in dolium cadumue vini, ab omni corruptione præſeruat eũ, corruptumque integritati reſtituit,& turbidum illuſtrat:ipſe Vitrioli ſpiritus bis,terue rectificatus ab omni terreſtreitate diſſoluit corallos, atque vniones ex quibus efficax fit medicamentum quod maximè conducit ad fluxus hepaticos,lientericos,& dyſentericos, & confeſtim corroborat hepar, & ſtomachum,ex quibus deprehenditur acidum Vitrioli eſſe menſtruum diſſoluens, quod uicem ſupplet aceti,aut limonum,aut berberi,nam æque,vt ipſi ſucci,è quolibet corpore,ſiue lapideo,aut metallico, cum etiam e uegetabili educit tincturam vt infra palam erit: quoduis corpus ex recenſitis comminutum infunditur in hoc vitrioli ſpiritu acido dicto menſtruo diſſoluente,& digeritur quouſque inficiatur tinctura,nempe colore corporis infuſi, quod exutum ſuo peculiari colore,derelinquitur inſtar cadaueris abſque anima,ab eoque ſeiungitur menſtruum tinctura Imbutum,ſi vaſe inflexo, ſenſim euacuetur, mox eidem menſtruo affunditur guttatim tertia pars aquæ pluuialis ſtilatitiæ, nã exigui temporis ſpatio decidet tinctura,imo hocciæ,tincturæ autem noua affunditur aqua ſtillatitia,quoad dulceſcat,& ab omni ſalſedine menſtrui mundetur, demum ſeparatur aqua ſenſimque perinclinationem effundatur aut colo,aut diſtillatione,& ita deorſum reſidet tinctura, verum ex prædictis ſatis conſtat, varias dici poſſe tincturas ſpiritu Vitrioli,ceu menſtruo,aut ex floribus,ſeminibus,& radicibus vegetabilium omnium,quemadmodum, & ex metallicis,ac lapidibus.

De vero Oleo Vitrioli analogice dicto elemento ignis, ac de dotibus ipſius. Cap. XVIII.

DVplicem demonſtrauimus ſpiritum emitti a Vitriolo, primus ſcilicet ſpiritus eſt,qui poſt phlegmatis diſtillationem effluit à chalcantho non vſto.hic eſt mercurialis ſpiritus aereus humidus uolatilis albus,& acidus de quo ſatis in præcedenti egimus:In præſentiarum vero accidit ſecundus ſpiritus,hic equidem rubeus eſt ſulphureus igneus, acris, & fixus poteſtatem ſiccus terreſtreitatem enim participat cum emphyreumate, Vrgetur liquor iſte ui ignis vehementiſſimi,ex colcothare, hoc eſt vitriolum vſtum rubefactumque ab igne: quare ſæpe eius liquorem appellant oleum colcotharinum accerrimum,ſignumque ſuæ fortitudinis eſt, ſi iniecto ligno excitet fumum,ac ſi exureret eum: hoc eſt uerum ſingulareque vitrioli oleũ corroſiuum,quo vtuntur Alchimiſtæ ad ſolutiones; tincturas, & alia uaria, ſoluit enim aurum,argentum,ferrum,cæteraque, ſi adhibeatur induſtria: eodem quoque modo fit crocus,vt diximus in præcedenti: optime præcipitat hydrargyrum lotum prius & mundum at ſi commiſceatur his acredo ligni guaiaci, mox præcipitatũ edulceſcat cum aqua roſarum uel acetoſæ, vel meliſſæ. inde ſublimetur,in florem eueniet præſtantiſſimum medicamentum g. llicis:

ipſum autem oleum corroſiuum externe ſuggerunt chirurgi ad uſcera putriſ-da, gangrenaſque, & carnem luxuriantem delet, hæmorragias cohibet, & inflammationes compeſcit: porros, verrucaſue, & acrochordones euellit, & ſanat, calloſque tollit cuiuſcunque generis: Iccirco Bartholomeus Maggius ſcripſit libro de vulneribus ſclopetorum pag. 96. conducere oleum chalcanthi ad remouenda granula pulueris pyrici ideſt ſclopetorum, in vulneribus fixa, ſi ſpecillo in ipſo oleo corroſiuo intincto madefiant: rurſus Alexander Traianus Petronius libro ſeptimo de morbo Gallico, commendat oleum Vitrioli ad vlcera faucium, & conſulit, ut ſpecillo inuoluto lana uel goſſipio, uel ſpongia, & infuſo in Vitrioli oleo, veluti expedit, ulcera madefiant &c. quamobrē corroſiuum hoc minime conuenit interius exiberi, cum ſatis moleſta ſit eius vehementia: veruntamen miteſcit ex induſtria, ita ut interius tuto aſſumi poſſit, quemadmodum ſi eſſet ſpiritus primus, vbi adimatur eius acrimonia quouſque edulceſcat, quod plurifariam exequi datur: in primis verò remittitur acredo olei, ſi alio congruo liquore commiſceatur, quemadmodum alias expoſitum fuit: Alioquin refrangitur ipſa olei acredo à phlegmate proprio Vitrioli, ſi ad inuicem admiſceantur, nempe phlegma, & oleum, mox ſæpius ab oleo rectificatione ſeparatur phlegma, donec edulceſcat oleum: eodem modo demonſtrauimus edulcoſcere ſpiritum acidum: præter quod ſi oleum corroſiuum permiſceatur cum ſpiritu acido una cum phlegmate mox decies vrgeantur, diſtillare ab oleo phlegma, atque ſpiritus volatilis, acidusue dicatur idem refert, rurſus uero prædictos liquores abſtractos conducit ſuper oleū affundere, ac toties retrahendo ſegregare, tunc enim oleum corroſiuum, ideſt ſpiritus ſecundus, & fixus acquiret naturam volatilem à ſpiritu primo, & dulcedinem à phlegmate: Nonnulli verò dulce efficiūt oleum corroſiuum affundendo ei ſpiritum vini, inde digeſtione, & circulatione parant, ac demum diſtillatione ſeiungunt: Alij vice ſpiritus vini ſuggerunt aquam pluuiam ſtillatitiam ad duplum: Quamuis in hoc ſit efficacius phlegma ipſius Vitrioli, tanquam ei peculiare: vt cunque fiat longa circulatione temperatur, efficaciuſque viribus euenit: prætetea dulciſſimum quoque fit oleum Vitrioli quātumuis acerrimum, euenitque potabile, ſi ei admiſceatur olei Tartari aliquid, & opportune digeratur, tametſi vtrumque ſit acre, nihilominus digeſtio contemperat omnia, cum ſufficiat ſola digeſtio facta per menſem balneo maris accredinem demere, præter quod deprehenſum habemus experientia duo acria iugulare ſe mutuo, & agere, vt erumpat tertium mite: Præterea dulceſcit atque oleum, amittitque omnem acredinem ſi in ipſum intromittatur unionum puluis hic enim decidere facit ſpiritus ſulphurei acredinem, ſaliſque corpus ex oleo rubro ad imum ruit, ita quod ad inſtar aquæ retuſæ remanet, quam appellant oleum dulce: idipſum euenit ſpiritui acido, amittit enim aciditatem ob pulueris prædicti commixtionem. Idem eueniet ſi vice pulueris unionum, adiiciatur puluis lapidum cancri, aut cornu cerui uſti, & ſimilium ex quorum commixtione efferueſcit oleū eiuſque ſpiritus acris abſcedit: Verum etiam edulceſcit oleum Vitrioli corroſiuum ſi cum glarea mixtum rectificetur: conſequitur, atque dulce fieri tū ex accido, cum ex acri, ſi in quoduis eorum iniiciantur chalybis laminæ, ac

ſæpe

ſæpe mutentur, nam ipſe vtrunque ſpiritum reſtangunt: Mox vero vt cunque præparatum fuerit oleum Vitrioli corroſiuum, dum tamen edulcoratum ſit, tunc dubio procul poterit interius ac tuto ſuggeri; accommodum enim admodum medicamentum erit naturæ humanæ; ipſa enim dulci aſſumpto delectatur teſte Galeno, commode ratione vict. acut. erit itaque delectabile, minimeque moleſtum, icirco Galenus libro primo de ſimplic. medic. fac. cap. 35. de propriis ſenſus cuiusque, ſenſoriis ait ex mente Platonis omniaque quammaxime ad naturæ ſtatum reducit, quicquid eiuſmodi eſt, iucundum ſuaueque, & cognatum eſt omnibus, violentarumque paſſionum remedium ac medela, nominaturque dulce: Idem voluit libro quarto eiuſdem facultatis cap. 18. & cap. 22. rurſus atque ſecundo libro de loc. affect. cap. 6. ex quibus facile quiſque percipere poterit oleum Vitrioli dulcificatum medicamentum eſſe opportunum, atque eius vſum haberi tutiſſimum corporibus melancolicis, magis uero phlegmaticis humidioribusque, ut aquoſis, & ideo conducit febri quartanæ, & quotidianæ catharro, colicæ paſſioni, hydropi, podagræ, artriti, matricis paſſionibus, & cachæxiæ, & id genus aliis adhibita prius uniuerſali purgatione: ac congrua victus ratione.

De Sale, elementoue terræ vitrioli. Cap. XIX.

SVper eſt explicare vires ſalis Vitrioli, de quo ſimplici vnicoue differere mihi perſuaſeră: vbi vero animaduerti multifarium eſſe ſalem ipſius vitrioli: nam ſæpe oculorum intuitu conſpexi ex varia vitrioli elaboratione, plures, atque varios ſortiri ſales è vitriolo: quamobrem placitum mutaui, & in hanc deueni ſententiam, quippe ſatius fore ſingulos diſtinguere ſales vitrioli, ne confundatur eorum hiſtoria, nihilque omittatur in deciſum: Sal igitur vitrioli communiter eſt ipſius propria eſſentia relicta in corpore calcinato, hæc enim incombuſtibilis eſt, comburitur autem corpus vitrioli vaſe clauſo quoad rubeum fiat inſtar ſinopidis rubricæ, hoc ſpagyrici Transmontani appellant colcothar, & caput mortuum, vt alias diximus, quare in hac reuerberatione corporis mediante diſtillatione, vel abſque ea dum comburitur, abſcedunt vapores, ſpiritusque humidi, & ſicci omnes; & permanet humidum radicale ſalis glutinans, hoc eſt primigenium, quod non abſumitur igne; immo producitur in actum ſalis, quod ſuccedente ablutione ſeparatur, & in propatulo euenit ſal: nam corpus uſtum, & contritum perfunditur irrigaturque aqua pluuia, aut ſtillatitia dulci, aut phlegmate ſuo proprio, vt elixetur, ac vna aliquandiu coquatur, deinde ſedimento in quiete facto, eueniet humor clarus, qui colatur filtri, lingulis, aut charta emporetica bibulaue, vel alio quouis modo, & in cucurbitam vitream transfunditur, rurſus fæces exiccentur, ac reuerberentur inde perfundantur aqua, quod ſępius repetitur, vt totus ab eis fæcibus proliciatur ſal: tandem extractiones aquæ, omnes collectę, & ad inuicem mixtæ coagulantur igni in ſalem, quem ab effectu dicunt artificialem alioquin à materia colcotharis, appellant colcotharinum, & vniuerſali nomine vitrioli ſalem, ſequitur enim naturam ſui corporis nempe vitrioli, quamobrem colcothar ſexies reuerberetur ad minus, & ſemper acquiret ſalſe

V 3 dinem,

dinem, quæ extrahitur elixatione cum aqua: rurſus prædictum ſalem artificialem ſoluunt ſpagyrici aqua ei propria iam ab ipſo corpore diſtillata, vt tota ſalis eſſentia eliciatur, inde aquam reuocant vſque ad reſiduas tertias demum relinquunt loco frigido ex ſe coagulare quamuis etiam per alembicum ſiue per retortam propelli poſſit, ac ſumme attenuari, vt indicauit Oſualdus Crollius hunc itaque ſalem appellant eſſentialem; præterea ſi quinquies aut ſepties reſoluatur prædictus ſal ope aquæ phlegmatis, ac toties coaguletur in pulcherrimos lapillos albos reducetur ſal relicta omni impuritate corporis: tunc vero appellatur AlKali vitrioli, & ſal metallicus: quamquam conſuetum ſit appellari AlKali omne, quod more lixiuij elixatione extrahitur a cineribus; aut calce cuiuſcunque materiæ verũ magis proprie dicitur AlKali ſal è cinere Kali herbæ aliter vitri: ſicuti proprium nomen dicitur ſal vitrioli de quo in preſenti agitur: Hic eſt ſal fixus ex colcothare extractus, & in imo permanens: Ex hoc fit ſal ammoniacus philoſophorum vbi ſale extracto à colcothare, addatur ſpiritus eius ac inde ſublimatione exaltetur in aquilam cœleſtem, quã nuncupant ſalem ammoniacum philoſophorum, & parum refert ſi armoniacum proferat ignobile vulgus: At ſi retrocedere liceat, ac rurſus colcotharis ſermonem perferre, cum ſal colcotharis volaticus, ſiue volatilis dicatur, de, relinqui quæritans inſtanter me reuocet, vt in propatulo conſeram ipſum ſalem volatilem vitrioli elici per ſublimationem è colcothare, nempe capite mortuo vitrioli non eluto: ex eo quippe exprimitur igne, & ad ipſius floribus ſublimare, in altumque tolli cogitur vi ſulphuris ipſius ſocij: ob id flores colcotharis æque dicuntur, aqua vero inter ſublimandum diſtillat in qua ſoluuntur flores per deliquium, ac rurſus coagulantur in ſalem volatilem: Præterea ſi colcothar tritum, ac duplo ſalis armoniaci vulgaris mixtum ſæpius in ſublime vehatur, ſaltem quoad amplius eleuari nequeat, at potius ſubſideat colcothar croceum hoc eſt vitriolum iam per vſtionem rubificatum, demum ſublimatione croceum eſt factum, quod in cellaria, vel alio quouis loco frigido, & humido expoſitum ſoluitur in oleum coloris aurei, quod lunam eodem colore inficere aſſerunt: verum habetur quoque ſal alter ex oleo rubro, dum lení calore diſtilletur ad ſpiſſitudinem mel ſit creſcit in ſalem, quamuis, & alter compoſitus eueniat ſal, dum enim ipſi oleo infundas quartam partem olei Tartari, illico ferueſcunt vna, mox Tartari oleum demittit ſuum ſalem, & in præceps deorſum deicit ſalem olei rubri nempe colcotharis, ita quod ſales ambo Tartari ſcilicet, & colcotharis in vnum coagulantur ſedimentum, quod ſalem vocãt; oleumque relinquitur inſtar aquæ retuſæ, quam appellant oleum dulce: prædictum ſalem compoſitum approbant aduerſus renum obſtructiones, & calculum abſumptum cum aqua alKeKengi: Alioquin etiam abſcedit ſpiritus acris olei rubri colcotharini, ſi, ipſi vice Tartari ſalis vel olei adiiciantur vnionum ſcobs, aut lapides cancri, aut cornu Cerui uſti, & huiuſcemodi alia ex quorum commixtione efferueſcit oleum, & concreſcit, ita quod alter colligitur ſal compoſitus, ac penitus idem euenit, quod ſupra demonſtrauimus: quibus habitis, ne verbis nimis abundare videamur, hic conſiſtemus, ſat enim erit ad præſens generales omnium ſalium vitrioli ſummas expoſuiſſe, cum tempus vrgeat rem perſtringere, & inſtitutum noſtrum proſequi, ſermonem itaque

Digitized by Google

que conuertemus ad ſalem fixum colcotharis, cuius nomen vniuerſale indicat craſſiorem partem ſubſtantiæ vitrioli, quæ habet naturam terreſtrem, cum empyreumate. Porro ſal omnis digerit, adſtringit, calefacit, ſiccat, abſtergit, re ſoluit, humidumque ſuperfluum conſummit, & diſſipat: Præterea vero experientia habemus ſalem colcotharis, alios excellere in medicina, etſi varie operatus: Per vomitum enim facilem exonerat ventriculum onuſtum ex quacumque cauſa dolentem ſanat, chronicos, lætalesque morbos curat, aduerſus febres, diſenteriam, & anginam confert, epilepſiam tollit, ſi aſſumatur per os prædictus ſal colcotharis vitrioli rite præparatus ad grana ſeptem, octo, vel decem, iuxta ægrotantis vires, diſſolutus autem vino haurire expedit, aut cum ſaccharo candido, ac demum aqua fœniculi diſſolutum, & calide propinatum aut aqua cum melle, aut iuſculo carnis, aliove conuenienti humore liquido, leni facileque vomitu, & parua immo vix perceptibili, noxia minori quam diximus, expurgat radicitus mineras mali: quamobrem vtile ac præſtantiſſimum eſt vomitiuum, & præ omnibus ſingulare ſubſidium euenit ex hoc ſale in affectibus Epilepſiæ, ſi propinetur vna cum ſirupo, vel oximele ſcyllitico: Præterea pueris præſtat aduerſus lumbricos, ſi quatuor, vel quinque grana ipſius ſalis colcotharis exhibeantur in chochleari vini maluatici: rurſus ſi prædictus ſal naribus inſuffletur, ſternutamenta egregie excitat, & adeo facile, vt citra noxam cerebrum excrementis, tum ſeroſis, cum etiam aliis infractum, innocentius, alioquouis ſternutatorio medicamento mire repurgat: Præterea per ſedem operatur, ſi aqua polipodij propinetur: & per vrinam cum aqua alKeKengi: atque per ſudorem cum aqua fœniculi, aut Apij: Aliæ equidem multæ exiſtunt dotes egregiæ in hoc ſale metallico pro vſu tum medicinę corporis humani, cum etiam vſu corporis metallici: nam præterquam quod pręcipitat amalgama metalli factum cum hydrargiro; ſi eo commiſceatur ſal iſte, ac tenuiſſime ad inuicem terantur omnia in puluerem enim uertentur adunguem, ſatis quoque utile conferre ſpondent archodumiæ profeſſores, quemadmodum ſi lunę terreſtris laminis fiat ſtratum, ac more cæmenti ſolatiatim alterum conſtruatur ex ſcobe ſalis Vitrioli commixti una cum æquali pondere ſalis fuliginis quæ caminis adhæret: hoc igitur puluere laminas humare oportet, mox clauſo uaſe ne diflare poſſit, torqueantur igne per uiginti quatuor horas, demum extrahantur laminę à cemento, fuimentur que cineritio: luna autem ipſa malleo rurſus in bracteas plicabiles attenuetur, quæ nouitia ſcobe ſternantur, ita vt reiteretur ſuperior operatio, ac quater idem exequatur ordo, ac tandem aqua ſtygia examinatur luna, hoc enim ſupplicio magnum pollicentur quæſtum haberi ex luna, nam eius pars fixatur in ſolem, vt ſaltem decem pro centenario lucrentur: Induſtriæ operando, alioquin euaneſcit operatum.

De Clyſſo, vnitateve elementorum Vitrioli. Cap. XX.

ETſi hucuſque animum direximus intentum explicare ſimplicia, quæ à corporibus, natura compoſitis tantum, elicere conſueuit ars, diuiſione partium elementarium, prout diximus de Vitriolo. Quippe duplici de cauſa: primam equidem dicam fuiſſe cauſam diuidendi partes, qualitateſque Vitrioli diuerſas, vt ſingula earum quæ magis arrideat adminiſtrari poſſit abſque dubio contrarietatis; Huic proxima accedit ſecunda cauſa ſegregationis elementorum, vt partes ipſæ in ſegregatione elaboratæ, & à ſuperfluitatibus fæculentis depuratæ, omnes rurſus artis adminiculo coniungantur, ita vt vnitatem in Triade coniunctam conſtituant priori perfectiorem: ſimplicibus itaque expeditis cõſequens duxi ea proſequi, quæ compoſita dicuntur, etenim ea in duplici differentia ſunt conſtituta; Primamque differentiam eſſe cenſeo ſupra expreſſam, vbi corpora qualia à natura producta abſque hominum artificio dicuntur reſpectiuè ſimplicia, quanquam ab ipſa natura ſint compoſita ex varijs contrarijſque partibus elementarijs; quæ in diuerſas partes ſegregantur arte, ac ſeorſim elaborantur, vt demum abiectis fæcibus expurgatæ remaneant partes, & ſicuti ab vna ſubſtantia deductæ ſunt, ſic etiam rurſus quicquid in eis eſſentiale eſt ad vnum redigitur compoſitum: quod vnitas Trithemij appellatur à Martino Rulando in Dictionario Alchemiſtico: idipſum proditur à Paracelſo, videlicet Ternarij in vnionem reducto, at Neotericorũ vulgus nominat Clyſſum ideſt compoſitum ex appendicibus, quippe eiuſdem rei partibus ſeorſim elaboratis, demum omnibus ſimul complexis in totum includit partium rei ſubſtantiam, ita quod renouatur ens primum, veruntamen maioris Energiæ: fit enim extractione ſubtilitatis omnium entis partiũ, quarum fit vnitas, & reuificatio in vnum eſſe commune coiens. Quare Quercetanus, & alij Philoſophi Clariſſimi aſſenſerunt prænominatis ſcriptoribus qui concordes aſſeruerunt omnes Clyſſum eſſe virtutem occultam, quæ ad plures partes pergit, mox reuocat eas ad rem primam, ex qua exierunt, eam vero efficaciorem reddunt, quemadmodum conſpicimus radices herbarum in caulem tranſire, ac reliqua, quæ ſurgunt ex eis, ac denique in eaſdem radices redeunt poſt autumnum, ac in eis hyeme deliteſcunt vſque ad ver, ac æſtatem: Idipſum perhibetur exemplum Vitrioli, ex quo palam eſt euenire Clyſſum, nam eius ſubſtantia tanquam radix, plantaque ferax in germina tumet, & in caulem aſſurgit, multiplicefque ramos ſpargit, folia, flores, ac denique fructus emittit: dum enim Vitrioli ſubſtantia, ceu radix in vapores eleuatur, diſtillatione tranſit in phlegma, mox in ſpiritum volatilem, cui ſuccedit ſpiritus fixus, quem appellant ſpagyrici oleum, tandem verò ſal ab ipſo corpore Vitrioli cõbuſto elicitur per ablutionem, & irrigationem eius cum aqua, fæceſque terreę abijciuntur: quibus peractis rurſus vniuntur prædictæ partes depuratæ, adeo quod reuertuntur ad ſuam radicem, & reaſſumunt vultum ſuum ſplendidiorem hoc ſequenti modo, videlicet ſal imbibitur oleo, exinde nutritur ſpiritu, demum phlegmati circulato immiſcentur omnia, digeruntur, & concoquuntur

tur ad concretionem vſque. & ita ſanè perficitur Clyſſus Vitriolatus, qui ad omnes morbos ſpecificum eſt remedium purgans per anum, per vomitum, vrinas,& ſudores; Cum præterea partibus nobilibus recreandis, ſummopere conferat: etenim his abſoluta eſt prima compoſitorum differentia nomine Clyſſi,vnitaſive,quæ conſtituitur ex vnius rei,v:pura Vitrioli partibus ſeorſim elaboratis, vt earum ens primum renouetur efficacius: Altera igitur, ſecundave ſequitur differentia de compoſitis non vnius rei partibus tantum, prout ſuis appendicibus, verum alienis rebus, & varijs conſtituta, licet quandoque vna res,cum etiam interdum plura adijciantur induſtria, & prout late exponetur inferius: Nunc itaque ſat erit concluſiſſe Clyſſum eſſe coadunationem, qua vniuntur tria Vitrioli principia, iam prius diſtillatione diſgregata, Mercurius nempe,& ſpiritus à ſuo oleo ſulphureo,& ſale. His tamen quatuor comprehendi elementa, atque eadem eſſe principia conſtat, quæ ſuperius ſi memineritis,quantum opus erat demonſtrauimus, quamobrem ad alia properandum cenſeo, quæ depurationis via abſoluuntur, extractione lapillorum Vitrioli à quibus elicitur tinctura:Inde eius magiſterium perficitur,atque demum lapis,& medicina conſtruitur vniuerſalis,etenim componuntur hæc, vt prima elementa,& appendices vnius rei, videlicet Vitrioli, merito collocantur ſub prima differentia Clyſſi.

De glacie,ac de lapillis conficiendis, ex Vitrioli colcotare, coloris cuiuſcunque fuerit prius Vitriolum: vbi quoque recenſetur quomodo in bolum opacum euenire poſſint. Cap. XXI.

POſt diuiſionis explicationem principiorum Vitrioli,ac æque eorum coniunctionis in vnitatem & Clyſſum:expedit recenſere lapillos Vitrioli, eatenus eorum natura perfectius ſortiatur:quamobrem ſuccedit,vt referamus quomodo lapilli concreſcant ex humore eſſentiali puro, & ab omni ſorde mundo à colchotare Vitrioli extracto,modo vt infra:primum vero operæpretium eſt animaduertere humorem ſolum eſſe medium extractionis eſſentialis,cuius humiditas ſi diſſipetur leni calore, mox interueniat frigidum, temporis tractu coagulatur, euaporando enim igni ſecedit humor aqueus, & conſiſtit ſuccus congelabilis, qui denique citra calorem,quin potius ſub dio, autem ſaltem loco frigido coagulatur in glaciei formam, lapillive pellucidi vt cryſtallus. Alioquin vero maiori calore perſeuerante, penitus tota abſumitur humiditas,& in bolum opacum ad inſtar luti condenſatur: adeo vt inter ſe diſtare bolum & lapillum,ratione eorum ſubſtantiæ,palam fit: bolus enim ex humore ſpiſſiori coagulatur,lapillus autem ex dilutiori humore naturæ vitreæ,& fragilis concreſcit. Præterea lapillus ipſe ſatis ſuperque abeſt à lapillo extracto,& concreto ex ſimplici,& rudi Vitriolo,iam conſtituto deſcriptione tertia,capite de prima Vitrioli differentia,quam coparoſam appellant vbi conſcribitur

ſcribitur modus repurgandi Vitrioli, ac omni diligentia emundandi eum: quod tamen ſemper eſt idem Vitriolum, veruntamen præſtantius, quam prius erat, cum enim magis mundum à terreſtreitate priori exiſtat, iure quoque magis approba..ur: prout eſt non tamen puritate, tenuitateque æquiparatur huic l.pillo, de quo nunc agimus, neque viribus æquipollet, vt ipſe huius enim ratio agendi congruit ſeparationi elementorum per alembicum, ita vt ſubtilior, ac efficacior euadat lapillus præſens; Etſi ..lter ex rudi, & ſimplici modo, faciliorique conſtructus affinis eſt, nam ex vna ac eadē radice deducitur vterque, nihilominus infimus eſt ille minus elaboratus, minoriſque efficaciæ in omnibus exiſtit, iccirco conſequitur cæteris excellere præſentem lapillum, quē vt agas expedit immittere chalcantum in bocciam vitream, eamque alembico, & vaſ. recipienti connectere, mox ſtipatis iuncturis quicquid elici poterit diſtillatione tum phlegmatis, cum etiam ſpiritus primi educatur igne cinerū; poſtmodum collectæ humiditatis pars rurſus affundatur ſubſidenti colchotari tenuiſſime attrito quartum ſupereminea altitudine quatuor digitorum: nouaque boccia includitur puluis, & aqua, inde aeri frigido exponere bocciā opus eſt per aliquot dies ſæpius commouendo, quoad colore Vitrioli inficiatur aqua, ipſa enim ceu menſtruum analogum attrahit tincturam, & virtutē cum eſſentiali parte chalcanthi, tunc ſenſim effunditur aqua imbuta colore chalcanti, cuiuſcunque generis fuerit, & coloris: cum equidem reperiatur foſſilis chalcantus, & factitius varij coloris, aut ex metallis variis retrouerſis: veruntamen e Venere, aut Marte magis approbatur, prætterea nobilior, atque efficacior eſt horum lapillus cum ipſa tinctura, ſiue ſit cærulea, ſiue lutea, ſiue viridis, aut quæuis alia, quamuis Ioſepho Quercetano Medico Galliarum Regis videatur viridis magis arridere, quemadmodum legitur eius libro Tetras, vbi aſſeruit diſtillare Vitriolum Cyprium vel Vngaricum viridiſſimi coloris, ac rurſus humiditatem ab eo diſtillatam reddit colcothari, quod eſt ipſius Vitrioli corpus præ diſtillatione vſtum, hanc vero commixtionem indigeſtione tuetur per aliquot dies, ſæpius concutiendo, donec aqua ſmaragdinum virorē contraxerit, mox ipſa paulatim abſque turbatione depleatur: ac iterum fæcibus menſtruum nouum ipſius aquæ affunditur ordine præſcripto per dies digerendo, ac ſæpius commouendo, donec reliquum tincturæ proliciat, ſi quid fuerit: tunc vnitas extractiones omnes virore imbutas diſtillare oportet leni igne quouſque tertia pars, aut ſaltem quarta retro maneat, hæc enim reſidebit ad inſtar conſiſtentiæ mellitæ, quæ demum in cellario, locove frigido ſeruata concreſcet in lapillos virides pellucidos, ac adeo elegantes, vt ſmaragdos emulentur ipſi ſapore acidiſſimo, quod procul dubioque ſuccedet, dum proliciantur lapilli ex Vitriolo viridi vtcunque ſit, vel Cyprium vel Vngaricum, vel ex Agoit agri bellunenſis: Alioquin vero euenient lapilli alterius coloris cuiuſcunque fuerit Vitriolum, prout ex cæruleo Vitriolo deducuntur lapilli cærulei Saphirum æmulantes, & ſic de ſingulis ſentiendum perſuadet ratio, experientiaque comprobat, idipſum ſenſit Andreas Libauius vir magnæ æſtimationis lib. 8. de extract. eſſent. & elixyr vbi in exemplo prodit extrahere lapillos cæruleos, ex Vitriolo cæruleo, more vt ſupra expoſitum fuit, in quo tamen negotio abſoluendo ſuppeditat acetum ſtillatitium, vice aquæ ipſius Vitrioli,

trioli, hoc enim acetum gerit vicem cuiuſcunque menſtrui ſoluentis quemadmodum, & ſpiritus vrinæ, & ſupplet ad extractionem eſſentiæ Vitrioli cum eius tinctura, quale fuerit illud vt inde in lapillos æque tinctos vertatur, qui plurimum præſtant in medicinam, efficaciores enim ſunt ſale è capite mortuo Vitrioli, præter quod ſi ſoluantur ipſi lapilli ſpiritu acido Vitrioli, & per dies circulentur, eueniet liquor eximiæ poteſtatis, nam aſſumptus doſi vnius ſcrupuli, vſque ad drachmam ſemis, omnes ferè morbos expellit. Hic vero conſiſtere congruit omiſſis ex tranſcurſu dictis, vt pergam ad rationem eliciendi tincturam à cholcotare per ſtillationẽ, de qua mihi eſt ſcopus differere.

De Vitrioli tinctura eſſentiali. Cap. XXII.

RErum omnium Tincturam, tum Vegetabilium, cum etiam mineralium, & animalium, omniumque vniuerſim ex quatuor elementis ortum habentium, celebrarunt Clariſſimi philoſophi pro arcano ſpecifico, quo eſſentiam, qualitateſque rerum formales, atque ſummatim earum colorem extrahunt, ita vt ab effectu tincturam nuncuparint eſſentiam extractam cum rei colore quam obrem huiuſcemodi poteſtatem ei aſcripſerunt, vt ſuo colore penetret, & in ſui ſimilem naturam tingere valeat corpora omnia, quemadmodum agere inſpicimus crocum in aquam infuſum: cuius extractionis modus frequentiſſimus eſt, nempe in aliquo congruo menſtruo infundere ea, quæ tincturam habent, & digerere oportet ſaltem per horas ſex, donec menſtruum extraxerit colorem rei infuſæ: tunc ſenſim inclinato vaſe depleatur liquor colore rei infectus, & ſeruetur: nonumque aliud menſtruum eiuſdem generis affundatur corpori, & digeſtioni reponatur, quod ſæpius ita progrediendo fiat, donec tincturam penitus elicuerit relicto corpore decolore: demum omnes infuſiones tinctura imbutæ, & à cholcotari euacuatione ſegregatæ, vniantur, & diſtillentur vſque ad conſiſtentiam mellitam, vt iuxta morem vertantur in lapillos coloratos, de quibus ad vnguem commemoratum fuit ſuperiori capite: Verum ex his conſpicuum eſt lapillis priorem exiſtere tincturam, quæ elicitur equidem infuſione rei coloratæ in menſtruo facta, demum præſcripta artis induſtria operatur, vt in lapillos concreſcat ipſa tinctura, ita vt vna eademque operatione fere hæc omnia euenire videntur: nihilominus hæc non eſt adhuc noſtra tinctura perfecta quam cupimus; Veruntamen ab ea tinctura corporali, & in lapillos concreta deducitur noſtra tinctura eſſentialis cum diſtillatione; quare attenuatione efficacior, & maioris energiæ euenit: Capiantur itaque lapilli iam coagulati cum ipſa tinctura, perſpicui cryſtallini, ac ſapore acidiſſimi, qui abluti exiccentur, inde in matulam vitream amplam humilem veró, & breuem reponantur, & addito alembico diſtillentur, vt moris eſt, effluet enim oleum, eſſentiaue tenuiſſima coloris eiuſdem vitrioli, hæc eſt tinctura eſſentialis: Etenim conſtat, duplicem eſſe tincturam eſſentialem, vnam habemus apertam, Alteram verò productam iccirco eas recenſere ſatis opportunum fore excogitaui: Tinctura igitur aperta eſt, quæ in ſuperficie ſe offert ſponte naturæ, etſi quandoque partim artis auxilio attenuata in eſſentiam retrahatur, ea tamen extracta euenit ſemper na-

tura

tura talis in colore, qualis iam fuerat in ſuperficie ſubſtantia eius prima. Quemadmodum huic ſimilem ſupra præſcripſimus, more Andreæ Libauij libro octauo de extract. eſſent. & Elyxir. Vbi egit de oleo vitrioli cæruleo eliciendo, ibique ab eis locis mundis, ac exiccatis per matulam humilem deſtillat oleum cæruleum quemadmodum ſupra, in primis à colchotare cryſtallos extrahit cum aceto ſtillatitio demum ab eis. Aliud ſimile legitur apud Oſualdũ Crollium, quanquam ſubuiride, nam ex quolibet colore euenit tinctura ſimilis: ſupereſt altera tinctura producta. quæ in oppoſito primæ penitus agit, à centro enim ad ſuperficiem, quod occultum erat, producit in propatulo, exteriuſque elicit, quod erat interius. & producit ad actum, quod erat in potentia: prout exempli gratia conſpicimus vitriolum propalam viride, quod ſi vratur, tunc euocatur color rubeus internus, & palam producitur ad extra tinctura rubea, quæ occulta erat: & huiuſce modi exemplum habemus à Galeno. ſi mẽtem expergiſeceritis Domini me hodici, vt olfaciatis veritatem, memineritis hoc ſpagyricum docuiſſe Galenum libro de Theriaca ad Piſonem vbi cap. 16. inquit, Multa ignis commercio meliora redduntur, & latens rerum natura in apertum ab igne profertur: rurſus, & antea libro primo de antidotis cap. 15. demonſtrauit chalcitim fieri flauam, & ruffam vſtione, cum antea eſſet chalcitis candida, cuius teſtimonium præbet carmen. 19. in cap. 17. eiuſdem libri primi de antidotis Gal. ex Democratis ſententia, vbi pro epigrammate legitur deſcriptio theriaces exametro verſu: quapropter tinctura ruffa, quæ occulta erat in candida chalciti, ignis vi producitur ad extra, hinc ab effectu ſic dicitur color, uel tinctura producta: prætεrea ſi in mentem reuocetis iam demonſtraſſe chalcitim eſſe attramẽtum metallicum, patrem, & effectorem attramenti ſutorij ideſt vitrioli, palam quoque erit vitriolum habere tincturam in propatulo viridem, aut luteam, aut cęruleam, vt plurimum, quæ in occulto exiſtit rubea, ipſa enim ad extra producitur rubea ignis vi, & ducitur in eſſentiam forma liquida olei cum tinctura rubea ipſius vitrioli, quamobrem pudeat vos execrari ſpagiricam veram medicinæ præparationem, ne obſiſtatis veritati, ipſiue Galeno, & omnibus Clariſſimis medicis cuiuſcunque ætatis: Verum redeamus quò digreſſi ſumus, videlicet ad tincturam productam, quæ vt fiat conſtruantur lapilli, vt ſupra demonſtrauimus, ipſique immitantur in Pellicanum vas vitreum, mox eis ſatis affundatur vini ſpiritus, demum hermetice claudatur vas, & per dies leni calore circulari licet, inde alembico vitreo, arena locato, ſuggeratur ignis gradatim, donec vitrioli ſpiritus extullet cum ſpiritu vini, & rurſus reſidenti cholcotari attrito immittere oportet ſpiritus ipſos in boccia flexa luto ſapientiæ munita, & igni aperto per quatuor dies euocare eos vna cum oleo: Inde vini ſpiritus excipiatur balnei calore, poſtmodum ſubſequetur cinerum calore, ſpiritus vitrioli, nam fundo denique reſidebit oleum inſtar ſanguinis rubicundiſſimum, & dulce cum acido ſuauiſſimum, nempe tinctura eſſentialis producta, cui admirandas tribuit dotes ſpagiricorum ſcola, at præ alijs grauiſſimi nominis ſcriptor Ioſephus Quercetanus libro Tetras, cap. 30. cuius epigramma eſt de interna vitrioli ſignatura.

De

Digitized by Google

De Magiſterio vitrioli. Cap. XXIII.

QVanquam plura, variaqua extent magiſteria, prout equidem multa, ac varia ſunt opera in artibus: nam opera ſunt finis magiſterij, vt ſenſit Ariſtoteles, Magiſteriumque eſt ipſa magiſtri functio, & dignitas: Vnde conſequitur magiſterij nomen, deductum fuiſſe à magiſtro; quod non eſt nuper excogitatum, neque à Paracelſo inuentum, licet de ipſo diffuſe meminerit libro ſecundo de vita longa, & in ſexto archidoxorum, quibus in locis citat perfecti magiſterij titulum, non ſua, ſed veterum inuentione: hinc conſtat ab altiore auctoritate deductum, & per quam antiquum eſſe magiſterij nomen: quemadmodum eſt legere apud Meſuem de perfecto magiſterio in oleo Philoſophorum, quod, & ſapientiæ dicitur: idipſum facile vnuſquiſq; percurrere poterit in Ariſtotelem de perfecto magiſterio: & Arnaldi villanouani librum perfectionis magiſterii: Gebri Arabis ſummi Philoſophi librum ſummæ perfectionis, ſiue perfecti magiſterij: Gulielmum Gratarolum: ex Neotericis vero, Oſualdum Crolium. Ioan. Iacobum Vuecherum, Ioſephum Quercetanum, Andream libauium, præter alios innumeros, qui de varijs tractarunt magiſterijs, & adeo accurate, vt pudor atque dementia eſſet eorum diligentiæ partem operis addere, vt ſi ſolem facibus illuſtrare vellemus: quibus igitur omiſſis tum liberalibus, tum etiam ſordidis, & mechanicis, omnibus denique cuiuſcunque generis magiſteriis, & artibus, nobis ſufficiet inſtitutum proſequi magiſterium vitrioli. Hoc ſpagiricè conſtruitur, non ex rudibus confuſis, ſed mixtione plurium eſſentiarum liquidarum, quæ iam fuerint extractæ à vitriolo, & attenuatione elaboratæ, demum ad vnam perfectiorem formam redactæ: iccirco exempli gratia expedit oleum nempe tincturam productam, quam antecedenti capite demõſtrauimus, iam ſolerti perſpicacique deſtillatione ſegregare, vt tincturam conſequeremur à ſpiritu mercuriali diuiſam: inde vero, ſi ipſam tincturam cupierimus in magiſterium reducere, rurſus eam ſpiritui ſuo copulare exigit opus, & ambos liquores prædictos in Pellicano vaſe hermetico concluſos circulare ad pluſculos dies, donec vnus eueniat liquor dulcis, atque ſuauis, qui mire prodeſt aduerſus epilepſiam ſanatque Apopleſiam, paralyſim, vertiginem, maniam, & fincopem: corroborat ventriculum, expellitque chacheſiam: ac pleriſque aliis morbis reſiſtit maxima ſua virtute: aſſumiturque doſi vnius, vel alterius guttæ, cum aliquo liquore congruo; At maioris ænergiæ ſubſidium erit, vbi in prædicto magiſterio reſolutum ſit aurum phiſice calcinatum, vt moris eſt.

De lapide ſalamandrico elixireue medicina vniuerſali Cap. XXIIII.

POſtquam vela contraximus a Vitrioli magiſterio nuper expoſito exigit nunc occaſionis neceſſitas Vt properemus ad ſummum reducere omnia quæ hucuſque diuiſimus a Chaos noſtri ſubiecti prout matre antiqua,

qua, licet hæc imperfecta ſit terra, ab ea tamen extraximus hydram, & cum analoga ipſius paludis lympha in lapillos retraximus, a qu bus inde eſſentialem tincturam induſtrioſa deſtillatione recepimus atque Magiſterium circulatione ſpiritus vtriuſque conſtruximus nempe uolatilis ſpiritus atque alterius ſpiritus fixi quorum vnus mercurialis habetur & alter exiſtit pro tinctura ſulphurea, Veruntamen ambo ex viridi Leone Riplæi excoriato deducuntur: quibus abitis demum ſi ad perfectionis apicem uelimus prænominata ducere quemadmodum ad finem extremumque terminum probitatis omnium operationum pretioſiſſimæ: in primis ſuum cuique modum eſſe opus animaduertere, vt ordine aggrediamur rationem conficiendi ſpagyrice medicinam uniuerſalem & incomparabilem quæ a radicali metallorum humore dependet, hæc enim balſami facultates præſtat ad tuendam valetudinem Vitamque protogandam quippe in longiora tempora eam proferre: ac morbos quoſcunque expellere valet inſtaurat enim & auget vitæ Spiritum ſine quo nemo viuit; nunquid mirius hac medicina uniuerſali, qua veteres Philoſophi imperfecta metalla ad perfectionem ducere connixi ſunt & corpora humana a morbis omnibus vindicabant: iure itaque appellarunt ipſam medicinam viniuerſalem, alioquin elixirem, idem enim refert, aut lapidem ironia referentes medicinam fixam, quæ igni prælatur eaque permanet & abſque vlla euaporatione reſiſtit: præterea lapidem philoſophorum nominarunt tanquam eorum inuentum, atque lapidem non lapidem dixerunt nam in virtute & efficacia eminet lapis iſte alus quibuslibet gemmis; veruntamen non lapis dicitur etiam quia non eſt in ſubſtantia lapis proprius præterquam ſimilitudine: at ſi forte aliquis obijceret non eſſe hunc lapidem philoſophorum neque ab eis excogitatum cum varii ceſpitantes exiſtiment materiam lapidis uariã, vndique ſunt reſponſiones: quibus vnuſquiſque eligere poteſt quod ei magis arridet vel iuxta ſenſum ſuum in quo abundat, licet in ipſo plerique decipiantur, ne tamen Tirunculus more Talpæ uagetur amore vt ipſi proximo debeo & conditione (Vt in Sacris literis) conſulo inſpicere ſedulo opera noſtra, ex eis enim facile percipiet nos ſatis demonſtraſſe lapidem noſtrum metallicum eſſe originem omnium minerarum in ipſo enim ceu androgyno ſiue hermaphrodito uigent mercurius & Sulphur metallorum ſeminaria ex quibus cõſtruitur lapis: quamobrem cum ipſam nouerit ueritatem deoſculetur eam atque eius ſemitam ſequatur Vt ducem naturam habeat materiamque operi idoneam & naturæ familiarem ac magis propinquam pro huiuſcemodi negotio: idcirco itaque aſſumatur leonis rubei caput mortuum poſt ſeparationem ſanguinis & ſpiritus in tumulo bocciæ relictum, quod in furno reuerberetur donec in calcem penitus uertatur, quæ mox in proprium phlegma idest in lympham iam initio effluxam artis auxilio a chaos materia prima obruatur quouſqe ſale exuatur inde phlegma ſale corporis exuſti imbutũ colo traiiciatur & uefica uitrea leni calore coaguletur, ac iterum ſoluatur ut artis eſt, filtretur demum infirmo calore cura vt concreſcat, ſæpius ad perfectiorem depurationem, cõſiſtet enim ſal terræ inſtar aquæ congelatę in lapidem cryſtallinum firmamentum operis e terra magica deductum quare a quibuſdam Cęlum ſecundum magicumque, a quo ortum eſt cælum primum in ſubſtantiã

aqueam

aqueam magis puram: ſalem autem quippe aquam ſiccam Gebri quatenus eſt corpus terreſtre depuratum pro matre & ſponſa primi Cæli habent Philoſophi: Idem uocarunt ipſi Infantem ex Virginea terra matre antiqua Chaos ortum, qui nutriri expoſcit ſuo lacte iam liquoris forma deſtillatione extracti a primo ente, ex quo formatus eſt Adam: hinc Sal firmamentumue dicatur humore mercuriali exutum præ nimia ſiti appetit humectari ſuo analogo humore, ex inde finxerunt Poetę prędictum more vulturis uociferari petens pro ope ablatum liquorem ſibi reſtitui quo denique aliis opem ferre queat: quamobrem ſalem ſuo ſpiritu reſeruato ad duos digitos irrigare operępretium eſt ac ęque digerere & deſtillare, mox rurſus nouum ſpiritum eademque menſura ſeruata affundere exigit opus; ac eodem ordine perſeuerandum cenſeo quouſque pars volatilis ſuperet partem fixi, adeo vt omne ſit aptum abire ſublime ac vſque ad ſidera extolli. tunc itaque Vaſe ſublimatorio includunt ipſum & igne ut artis eſt ad cacumen vaſis locum ſubliniorem ut puta Cælum Vaſis euolare cogunt, quod ironice proferunt in aquilam cęleſtem exaltari, quę talcum & quamlibet unionem orientalem luciditate excellit: idcirco prędictum ſalem cognominant armoniacum alioquin etiam mercurium philoſophorum, cui vbi inferre uelint formam tincturam & animam adiiciũt gluten ſulphoreum tanquam agens, in quo ſunt tinctura forma & anima. hoc igitur glutine liquoroſo prout fermento inceratę incumbunt ſalem exaltatum in ☿ phyloſophorum ipſam quoque reiterant inbibitionem pondere & mẽſura philoſophica, idcirco audite ſapientiſſimum ſalomonem Regem Hieruſalem libro.11. ſapientię, omnia diſpoſuit Deus in numero pondere & menſura: memineritis expoſitum fuiſſe ſuperius cap. 20. de Clyſſo in triadem uniri videlicet corpus, ſpiritum & animam hęc ſunt tria principia ſæpius cognominata ſal mercurius & ſulphur quę nunc amplexu matrimonii collocauimus ſtrato tori furni ſecreti, veris Philoſophis noto, ut perfecte coquatur Triades unita tempore congruo, nec non calore analogo naturali fixetur, quod innoteſcet vbi omnibus elapſis coloribus mundi fulgeat denique purpureo tam optato Tunc orta erit ſalamandra fixa perpetuans in igne fluida & penetrans quæ dicitur elixir lapis vera ac uniuerſalis medicina quæ per os aſſumpta doſi unius grani ſanat corpora humana & ab omnibus morbis quamuis deploratiſſimis liberat & redintegrat ea: operaturque inſtar balſami, qui vitę ſpiritum hominum recreat, cuſtodit & auget, pręterea cum deprehenſum ſit experientia aduerſari venenis conſequitur atque cognationem virium lapidis bezoar habere, quamobrem merito a quibuſdam communicatur ei nomen lapidis bezoar ipſius: ita vt medicina ſpagirice parata plurimum valeat reficere vitam noſtram valida ſua virtute calefti, nam omnia membra, ſanguinem ſpiritum, & calorem naturalem more vegetum inſtaurat, cuius beneficio vtinam tot annos vitam producere queamus quot Neſtor aut Noe, ac æque diteſcere valeamus, vt Cræſus: Quam maximum beneficium præter alia infinita nobis largitum eſt gratis ab Omnipotenti Domino Deo noſtro, velatum tamen diuerſis ſimulationum inuolucris ne ab hominibus prauæ voluntatis raperetur perperam, neque idiotis palam eſſet, ipſi enim aliis inutiles, ſed pro ſe ipſis tantum ortos putant: viris autem euangelicis

duntaxat

Digitized by Google

duntaxat qui pro omnibus ſunt, permiſſum eſt ſublimibuſque ingenijs atque Muſaru n cultoribus reſeruatum, quamobrem ſuperiores Philoſophi a conſueto loquendi vſu recedentes annixi ſunt ſub diuerſis aſpectibus ſimulatiſq; affectibus occultare arcanum ac ipſius fructus tam prætioſos exemplum aſſumentes a Natura ſagaci, quæ triticum producit munitum tegumento ariſtæ, vt ſub tutela ſpicæ a morſu auium tueatur: ſtudioſe itaque intueri oportet ſynonyma magica ſeu aſtralia, ſymbolaque omnia, ænigmata, allegorias figuras, & queſtiones obſcuras quibus vſi ſunt ipſi Philoſophi omiſſa plana ſermonis ſerie: vbi abdiderunt opificium noſtrum magicum fabula Theſei qui ab Athenienſibus ſorte miſſus fuit Cretam a Minotauro deuorandus labyrintho, at Theſeus conſilio Ariadnæ, & ope occidit Minotaurum, & in primis concluſit ei os cum tribus pilis e ſale chalcanthi cuius eximia facultas eſt conſtringere os leonum, Vrſorum atque Taurorum, ita vt mordere nequeant: Demum filo duce accepto ab Ariadna euaſit e labyrintho: nam pro filo intelligitur ratio qua veſtigia rexit ambageſque reſoluit: præterea pro tribus pilis non picis, ſed indicantur poma tria aurea propter quæ Atlas ideſt liquor ſeu aqua mercurialis velociſſima curſu coacta conſtitit vi ſalis magici nempe æris noſtri, ſulphuris ve philoſophici, his deprehenditur concurrere materiam mercurij pro ſubiecto generationis ac principio primo in quo imprimēda eſt forma, cum mercurius ſit liquor vnctuoſus vaporoſus velociſſimus in curſu naturæ aqueę cui inducitur forma, & vita a ſulphure agente, & balſamo naturæ, quare principium formatiuum dicitur hoc aereum, & igneum eſt præter, quod naturæ ӕthereæ participat: & poſtea materiæ proximū eſt principium terreum ſalis coagulat enim & conſeruat vnitam materiam cum forma in corpus abſolutum quod perficitur ut terminatum fuit binis operationibus uniuerſalibus, quæ tamen inter ſe diſtant diuerſe operantes cum quælibet earum oppoſitum alterius agat: quamobrem Philoſophorum quidam æquipararunt ipſas operationes columnis Herculeis, quæ ſunt Montes duo oppoſiti, unus in litore Africæ, & alter oppoſitus eſt in litore Europæ: Alij uero conſimili ratione ducti comparare uiſi ſunt prædictas operationes Polis Mundi cæleſtis, hi ſunt cardines nempe partes Cæli duæ immobiles ſibi mutuo oppoſitæ, quarum altera eſt ad ſeptentrionem, & altera ad Auſtrum: his uero quemadmodum circumuoluitur ſphera mundi ſic etiam arcanum opifiſcium uertitur illis binis operationibus oppoſitis, quarum prima eſt quæ ſoluit congelatum in primam materiam, & in ſpiritum attenuat eum: Altera oppoſitum agit nam ſiſtit, & concreſcit quod ſolutum eſt congelat liquidum & fixat quod eſt uolatile, iccirco ſingulis his operationibus proſequitur opus alternatim uſque ad finem in quo peragendo ſumma adhibenda eſt diligentia ne peccatum in deffectu neque in eccеſſu committatur: præ aliis uero Deum implorare decet, ut propitiet nos, & illuminet corda noſtra nam ſine ipſo factum eſt nihil, & iuxta Pſalmum Niſi Dominus ædificauerit domum in uanum laborauerunt qui ædificant eam.

Praxis

Praxis olei e Vitriolo compoſiti ac de Monarchia Theophraſti Paracelſi. Cap. XXV.

OPportunum eſt aggredi modum eliciendi oleum à Vitriolo cum alienis compoſitum licet quandoque vno aut altero, interdum quoque pluribus,& varijs admixtum: varijs enim varia fiunt, quæ conſtituta exiſtunt ſub ſecunda differentia compoſitorum commemorata cap. 20. de Clyſſo:& ſi compoſitionis medicamentorum duplex eſt cauſa, quam Galenus expoſuit auctoritate Hippocratis libro primo, de compoſ. medicam. per gen. cap.3. ita dicens cui tamen nonnulla adijcimus aliquando virium ipſius vehementiæ obtundendæ, interim inſuauitatis mitigandæ gratia quemadmodum Hippocrates in libro de victus ratione in morbis acutis: ex quibus facile deprehenditur fieri ſtructuram cum alienis, quæ valeant remittere vim noxiam, & nauſeam quoque eximere; vt eueniat medicamentum lene tutum atque ſuaue: nihilominus præter hanc ſententiam docet ratio comprobatque experientia adijci quandoque alia poſſe, quæ in oppoſito agant adeo vt medicamenti vires intendantur vbi opus expoſcat exterius adminiſtrari, aut tenuiſſima eueniant quouſque per alembicum potiſſime tranſeant iccirco Virgilius in Buc. ſcripſit ſic paruis componere magna ſolebam: de his vero ſingulatim ac fuſe agetur vbi offeretur occaſio: cum occurrat in præſentiarum pro exordio compoſitorum recenſere armoniam ſiue monarchiam Theophraſti Paracelſi, quã prodidit libro auroræ Philoſophorum, alioquin Gerardus Dorneus ipſius interpres vocauit Congeriem Paracelſi de arcano Vitrioli rubeaque tinctura ex eo proijcienda citra calcinationem necnon citra vehementem deſtillationem deteſtatus eſt enim Paracelſus extremum ignem afferens exuere oleum chalcanthi ſua propria tinctura, atque omni dulcedine,& fragrantia, quapropter intendit Paracelſus leni igne elicere ſuccum Vitrioli ac oleum nobile, & fragrantiſſimum cum tinctura, & dulcedine: at longe ſe res habet imo a ratione alienum hoc pace tanti viri prorſus cenſeo cum enim tinctura ſit in oleo ſiue in parte oleaginoſa, quæ centro corporis reſidet tenacique ſubſtantia adheret parti terreæ, quamobrem fortioris ignis gradum requirit, vt ſegregari enucleatique poſſit, idipſum experientia docuit nempe vehementiſſimo igne deſtillati oleum a vitriolo prius ad rubedinem vſque calcinato ita, quod reuerberij igne aut ſaltem extremo exequuntur prædicta, præterea his fauet auctoritas celebrium ſcriptorum: nihilominus modum a Paracelſo deſcriptum recenſere non omittam: In primis itaque iubet vitriolum purificare a lutoſis viſcoſiſque ipſius terræ, imperfectionibus ſoluendo ipſum, cum ſua tinctura in aqua cõmuni, quæ mox colo tranſmiſſa committitur igni, quam leni, vt ad exiccationem leuem euaporetur aqua reſideatque vitriolum magis mundum, verum animaduertit in euaporatione aquæ chalcantho imbutæ penitus ſolem euitare ne tincturam cum arcano abſorbeat ſol, quare periret arcanum: rurſus vero æque, vt primo aditu ſoluatur vitriolum in aqua dulci, inde per filtri lingulam tranſeat,& leui igne exiccetur, quod ſæpius rectificando reiteretur expreſ-

ſe decreuit donec omnem terream impuritatem amittat vitriolum, innoteſcit autem, hoc vbi amplius non conſpiciantur fæces, quod demum vaſe vitreo colligatur ſic ad vnguem depuratum, deinceps calido hipocauſto ſeruetur vas peroptime clauſum ne halitus efflentur, ibi vero digeratur vitriolum menſiũ aliquot ſpatio, quo varij apparebunt colores, ac Tandem in ſupremam rubedinem deſinent: rurſus verò, vt latius repurgetur vitriolum in rubedinem phiſicã verſum demergatur aceto, vbi vero ſolutum fuerit opus eſt filtro, aut charta emporetica, aut alio quouis modo percoletur deiciendo fæces, quæ diſſolui nequeunt, percolatumque euaporatione leniter exiccetur, aut deſtillatione detrahatur acetum ne amittatur, quod priori efficacius eueniet; ſæpius verò ſolutionem vitrioli in aceto reiterare expedit quoad prorſus à fæcibus mundũ, & rectificatum ab omni terreo inquinamento euadat; demum illud depuratum vitriolum boccia vitrea concludatur, cui alembicus ſuperponatur, ſtipenturque commiſſuræ ne ſpiritus diſſlare neque exhalatione euaneſcere queant, vt Theophraſti Paracelſi verbis vtar, tunc igne lento ſuauique deſtillatione e vitriolo proliciendus eſt olei ſpiritus, hoc autem appellauit oleum benedictũ aſſerens carere omni acredine imo dulcius quocunque alio balſamo, & quouis aromatico delectabilius eſſe: rurſus verò emergit ibi ambiguum, vtrum ſi per alembicum deſtillari poſſit oleum, vel ne, cum nil aliud ſit alembicus præter, quam cacumen, & ſummitas tegens bocciam rectam, & altam adeo, vt neceſſe ſit in altum aſcendere, quæ deſtillantur per alembicum quare æque dicuntur deſtillari per aſcenſum: In oppoſito autem conſtat oleum ac omne pingue deſcendere potius per vas decliue, quod dicunt deſcenſorium, videtur itaque conſequi ſumme erraſſe Paracelſum quamuis excuſandum ſentiam, vt obiectum crimen ab eo reppellatur operæ pretium eſt animaduertere vitriolũ adeo tenuiſſimum, & ſpirituale factum eſſe tot operationibus, vt facile in ſublime eleuari queat, & per aſcenſum deſtillare, nec quiſquam in poſterum vereatur: rurſus verò, vt redeamus ad arcanum Theophraſti Paracelſi decerpere memineritis terram foliatam albiſſimam nitidamq; niuis inſtar, quæ imo bocciæ reſedit poſt hanc poſtremam deſtillationem, inde, vt conſtruamus magiſterium expedit fiala excipi terram ipſam prout ipſius magiſterij corpus cui ſenſim affundatur oleum ſuum in quo ſunt anima, & ſpiritus vitrioli hinc momento oleum amplectitur corpus ſuum quemadmodum anima ſolet maximo deſiderio copulari corpore eiuſque amplexu magnopere delectari, quamobrẽ prædictorum copulationem analoge Paracelſus appellauit matrimonium, quod in furno ſecreto philoſophorum reponit ibique per quadraginta dies continet, quibus abſolutis perfectiſſimum habebis oleum admirandæ virtutis, quo mercurius, & ſilentia imperfecta in ſolem perfectiſſimum vertuntur: præterea ipſius medicinæ multiplicationem hoc modo habebis, ſume mercurij corporalis partes duas olei benedicti partes tres ad inuicem permiſceantur, & quadraginta diebus in digeſtione permaneant, & ſic in infinitum multiplicari poteſt: quatenus verò ſit medicinæ tribuendum curat omnes ægritudines mundi, quæ corpori humano accidere ſolent, nimirum omnis generis remedia prodit vitriolum: quæ tamen omnia vnuſquiſque experiri poterit, vt ait Apoſtolus, probate, quæ bona ſunt tenete.

Dini-

Diuiſio elementorum Vitrioli aliorum ope, & miſcelo. Cap. XXVI.

EXpoſitis ſingularibus modis ſegregandi elementa Vitrioli, qui tamen modi vnicum complectuntur ens nimirum per ſe, vel ſeorſum citra vllius miſcellam: expedit vlterius progredi ad ea, quæ aliorum acceſſione aſſequuntur compoſitorum nomina de quibus meminerimus prætactum fuiſſe capite de Clyſſo: quare huiuſcemodi alia hic addam, quæ negotio noſtro congruunt: videlicet de modis; qui plura comprehendunt: in primis vero a paucioribus exordiendo inſtituemus, quemadmodum compluria commiſcentur vt eorum ope magis attenuetur ſubſtantia Vitrioli, & cum iis diſſoluatur, ita vt potiſſime in quaslibet partes entis elementa ve diuidatur, ex quibus iam compoſitum erat à natura: hinc eadem ratione ad maiora aſcendere præſtat, quare plures conſtāt modi, quibus eſſentiæ, & olea Vitrioli varie compoſita educuntur, quemadmodum paulo ante indicauimus; in poſterum vero per exempla imitanda late conſtabunt. Capiatur itaque Vitriolum Romanū vel aliud cuiuſcunque generis, deligatur tamen melius inde commolitum reponatur in catino eique affundatur acetum acerrimum deſtillatum, & calefactum, quod rudicula id eſt ſpatula lignea agitetur vſque ad diſſolutionem, ſolutumque colo filtri traijciatur, mox ipſum cucurbita excipiatur vitrea cui ſuperponatur alembicus iungaturque vas recipiens, demum omnibus connexis atque rimis, & iuncturis glutine occluſis balneo maris locetur, & ignis gradatim ſuppeditetur, quouſque humiditas deſtillet vſque ad ſpiſſitudinem cremoris hordei tunc remotis alembico, & recipienti occludatur, & fimo equino calido circunſepiatur vt materia digeratur, quindecim dierum ſpatio; quibus elapſis transferatur cucurbita in diplomate rurſus munita alembico, & recipienti molliſque ſupponatur ignis vt deſtillet, quod efflu ere aptum erit huiuſcemodi caloris gradu prodibit enim elementum aquæ, quod cuſtodiatur: Reliquum vero in alteram bocciam vitream luto ſapientum oblitam reponatur, & ſecundo ignis gradu, qui eſt cinerum vt moris eſt euocetur ſtillatim ſpiritus acidus id eſt aeris pars: eadem ratione procedendum eſt ad deſtillationem olei elementi ignis, nempe tertio ignis gradu; qui eſt arenæ, cuncta tamē poſſent vnica vice, quamuis ad inuicem confuſa euocari acerrimo igne, quæ poſtea ſeiunguntur ſingula ſuo proportionato igne: de his autem non eſt cur multa dicamus, parantur enim hæc eodem modo, quo ſæpius recenſuimus iam capite nono, decimo, vndecimo, & duodecimo, neque inter ſe diſtant præterquam miſta ſint quædam ex pluribus, aut alia ſimplicia ſingularia ve dicas: ſupereſt parare terram ex fæcibus relictis poſt deſtillationes, & fundo vaſis reſidentibus; facile autem paratur terra ſi in ſcobem redactæ fæces reponantur in vas figulinum vitro oblitum ſemiplenum, & clauſum lutoque obductum exponatur fornaci vbi horis ſex ſaltem reuerberetur, ita vt tenuiſſimus fiat puluis, quem imbibe tuo elemento aquæ deinde molli igne vrgeatur deſtillare, quod ſepties reiteretur ſingula vice calcinando terram mox eam im-

X 2 buendo

buendo humore vt ſupra, & deſtillando tunc enim elementum, aquæ purificatum erit, quod ſeorſum cuſtodiatur: præterea eodem ordine, & cum ipſa terra purificantur cætera elementa, quæ ſingulatim ſegregata, & depurata rurſus omnia ad inuicem copulari vnirique poſſunt vt fiat vnitas, & Monarchia ſupra commemorata ex mente Theophraſti huic enim adhæret: terram inde magicam à fæcibus ſegregatam molire oportet, & cum ignis elemento trito, & rubefacto copulare, & rurſus vna terrere ſuper lapidem porphyritem his vero aquæ elementum molendo reddatur mox ſubſequenter addatur imbuendo, aeris elementum adeo vt rurſus vniantur, quatuor elementa in ampulla vitrea, & optime opilata contegatur fimo equino quoad penitus ſoluantur omnia, & liqueſcant deinceps ſolutum recondatur ſoli vel cineribus tepidis donec ſicceſcat, nam lapis euadet durus, cuius pars cadit ſuper centum ☿ mundi, & purificati dum tamen in ſigillo caleſiat ſuper ignem proijcitur lapis iſte tritus nam illico vertet ☿ in ⁙ : quatenus vero ad medicinam corporis humani mira operatur.

Abditum ſenis experimentum. Cap. XXVII.

MEmini Senem Clariſſimum patrium meum medicum nō vulgarem imo Apollineæ diſciplinæ eruditiſſimum, Qui longa experientia ductus capiebat libras duodecim Vitrioli Romani ſtalactici, quod tritum diſſoluebat lympha calida eamque frigefactam colo traijciebat filtreo, rurſus vero Vitrioli reſiduum alia mergebat feruenti lympha, & percolabat, vt primam, ter quater ve cunctas abijciendo fæces: præterea ſolutiones ambas inferebat in matulam vitream, aut in ollam fictilem deuitreatam, quam leni igni exponebat, quoad euaporaſcet aqua, & iterum Vitrioli corpus concreſceret fundo coloris citrini, ſed dimidii diminutione, reliquum enim defecit in defæcatione per ſolutionem acta. Tunc Vitriolum ab omni ſorde ita depuratum conterebat, atque tripertiebatur ipſum mox in tres retortas indebat, quas luto artis loricatas exiccataſque locabat furno venti cum ſuis recipientibus vaſis arte annexis inde furno tecto ſubijciebat ignem trium carbonum, qui accenſi erant hoc lenis ignis gradu perſeuerabat, quouſque fluxiſſet phlegma cætero aridis proſequebatur ignem ſenſim adaugere lignis, donec fumi apparerent albi in recipientibus vaſis, ipſi enim ſunt Vitrioli ſpiritus tunc eo magis ignem ciebat vt ad extremum igneſcerent vaſa, donec penitus deſierint fumi omneſque vapores, ita vt vaſa exacte clarueriint hoc termino deſtillationis conſequebatur aquam glorioſam, quam excipiebat ac ſeorſim cuſtodiebat veſica vitrea optime clauſa.

Deinceps e retortis fractis excipiebat cadauer ac tenuiſſime molibat ipſum, idem aqua communi feruida mergebat ut cadaueris ſalem extraheret, in aquam enim merſum ſoluitur viti corporis ſal, quare vt ſeparetur expedit aquam ſale prædicto imbutam ſegregare a capite mortuo & vſto, inde eam filtro ter ſaltem extillare demum matula vitrea affundere ac igne leni congelare nam in ſalem albiſſimum concreſcet.

Præterea

Præterea prædicti ſalis vncias binas molire expedit, quam tenuiſſime idipſumque ampulla vitrea immittere mox quoque ſuper eum aſpergere aquam glorioſam iam ſupra ſeruatam, vt digito vno tantum ſupereminеat euitando ſuperfluum ne pereat opus: demum fimo calido inſerebat ampullam ac circũſepiebat præter os ipſius ampullæ, quod ſupra fimum eminere conſtituebat clauſo tamen ore ipſius ampullæ cum antinotorio, & glutine e farina volatili calce, & albumine oui, ibique octiduo conſiſtere dimittebat, hoc enim termino conſuetum eſt ſolui ſalem in aquam iccirco elapſo ipſo tempore extollebat vas a fimo, & inclinato vaſis ore ſenſim effundebat quod ſolutum erat in alteram ampullam, & in ipſam atque clauſam cuſtodietur liquor præter, quod ex ſe commutabitur in lapillos pro vſu vt infra.

Rurſus vero ſuper reſiduum ſalis non ſoluti nouam affundebat aquam glorioſam, & benedictam quantum ſupereminеat digito vno, inde tecto clauſoque ore vaſis vitrei, vt ſupra locabat fimo octiduo: quibus actis detegebat vas, & reclinato ore eius effundebat, quod ſolutum erat in aliam ampullam, & per ſe cuſtodiendum transfundebat.

Tandem, quod inſolutum retro manſerat ceu nullius valoris abijciebat aut exiccabat ac demum igne validiori, quamlibet abſumebat humiditatem, Inde ſi quid puluetis reſidiſſet ponderabat nulla alia ſane de cauſa præterquam, vt ſciret ad vnguem quantum lapillorum ſolutum fuiſſet.

Ne per inannia nubila ſubeamus, æquali lance libretur ſtatutum opus, & vbi defierit ſal, qui ſolui nequierit inſolutum abijciebat bonus ſenex, & ſupplebat nouo ſale, hoc enim ordine ſeruato æquabat doſim propoſitam, vice deficientis igitur totidem ſalis noui ingerebat in matulam vitream, & ſuper aſpergebat aquam glorioſam, quantitate, & ordine vt ſupra expoſitum fuit de prima ſolutione ſalis.

Cum vero exiſtimaſſet binas vncias ſalis ſolutas in pluribus, aquæ glorioſæ portionibus ac in lapillos concreuiſſe ad inuicem, omnes in matula vitrea cõiungebat vna cum vaſe recipienti, ſtipabatque iuncturas ne diflaret, & diplomate deſtillabat phlegma ab eis, ita vt lapilli reſiderent forma maſſæ ſalis cum ſpiritibus aquæ tantum.

Rurſuſque ſali immittebat nouam, aquam glorioſam quantum ſat erat vix tegere ſalem, biduoque vas ſituabat ventre equi in digeſtione, mox duplici vaſe exaltare nitebatur donec effluerit phlegma ac idipſum repetebat opus ſupra recenſitum, nempe nouam affundendo ſali aquam, & digerendo ac æque deſtillando phlegma, quod ſæpius reiteretur, quoad materia ſalis noſtri fiat ad inſtar Camphoræ, quod procul dubio euenire conſueuit, quinta aut ſexta ſaltem vice iuxta probitatem magis vel minus lapidis noſtri metallici.

Tandem ſi altera vice reſumatur opus deſtillandi phlegma reſidebit imo vaſis materia ſalis penitus phlegmate immunis verum ad inſtar butiri clari, quod expedit ingeri in ouo philoſophico longi colli inde hermetice clauſo.

Præterea ipſamet immenſa medicina vt perficiatur recta indiget coctione, quæ per gradus caloris varios abſoluitur, in primo enim gradu conſtituitur ouum philoſophicum medicinam continens, furno cinctum, cui ſubaccendatur lucerna munita oleo, & thryalli quinque filorum, vt calorem per quam le-

nem inducat,quo tantum excitentur ſpiritus materiæ medicinalis,adeo vt circa eius maſſam videantur circulare; cum vero deſierint, augendus eſt calor vt accedamus, vſque ad ſecundum gradum, quapropter conducit multiplicare fila thryallis vt altius circulare queant ſpiritus ſuptaque eminere,quorum deſitus expetet atque augeri calorem ad tertium gradum, hic æque exequitur ſi filis amplietur ellychnium ac ſucceſſiue ſemper magis vnaque cum oleo tueatur lucerna,ita vt ſpiritus circulando aſcendant ſublimiora, quoad fixi conſtiterint,tunc extinguatur lucerna,mox frigefactum ouum philoſophicum lorice tur luto ſapientum, muniatur itaque vt prunarum igni reſiſtere queat hic erit quartus gradus caloris ac omnimodæ perfectionis ſupplementum.

Ex inde aperetur ouum inter quatuor lateres circuitum agentes medium vero circuitus nempe eorum vacuum repleatur prunis,quibus circumſepiatur ouum vndique ac ſupra tueatur per diem naturalem,eoque elapſo, & vaſe frigefacto, reperitur eliciturque medicina fuſibilis vt cera, colorisque rubea vt ſanguis, & dicitur ſulphur extractum a lapide noſtro metallico conferens ad rubeum, nam ſi huius medicinæ pars proiciatur ſuper octo partes lunæ fuſæ fixabit eam, & vertet in ſolem obrizum colore,ſubſtantia, & pondere, & in omni examine probum.

Quamuis præſcriptæ Medicinæ facultas præcipua ſit fixare atque tingere nihilominus ſumma energia conducet ſi ſoli per Metamorphoſim iam tranſmutato ac rurſus fuſo annexeris portionem ſextam Apollinis mineralis referet enim vicem fermenti cuius proprium eſt ducere de potentia ad actum, conſtabilietur itaque vt æquum omne exactumque iudicium ſuſtineat.

Quapropter ex propoſito fermento ducimur ad multiplicationem medicinæ vt infra, Cape hydrargyri depurati, & feruefacti aceto, & ſale,mox per corium tranſacti,cui additur apollinis in elimatam ſcobem aut in folia tenuiſſima redacti vncia,& optime agitetur,quoad amalgama fiat cui tandem alteram commiſce vnciam præſcriptæ medicinæ,& in puluerem deuenie t, Quem ouo philoſophico reconde, ſigilloque Hermetis claude ipſum mox cinerum clibano caloris gradu primo repone vbi trium dierum naturalium ſpatio conſiſtat hoc expedito auge calorem, vſque ad ſecundum gradum, quem proſequere alijs tribus diebus. Demum aſcendens tertium gradum, & perſeuera quouſque nouendium abſque vlla intereeptione compleueris. Poſtremo expedit ouum ipſum luto artis munire exiccatumque locare in laterum circuitu prunis pleno, vt ſupra conſtitutum fuit ac eodem ordine ſuccedet conſequi medicinam, cuius portio cadit ſuper octo lunæ vt in Apollinem vertatur optimum abſque alia ſocietate.

De alijs

De alijs modis euocandi oleum a vitriolo aliorum ope, verum abſque elementorum diuiſione exordiens a liquidis prout menſtruis. Cap. XXVIII.

PLerique habentur equidem modi ad euocationem olei e vitriolo præſertim alterius auxilio prout aquæ tantum, aut aquæ mox aceti, aut lotij puerilis depurati, aut capitelli, ideſt lixiuij, aut aquæ vitæ ardentis, aut cum alijs liquidis, ad hoc munus aptis, quæ menſtrua dicuntur, prout inferius palam erit, verum enim huiuſcemodi modi fere omnes continuata ſerie exequuntur, eodemque propemodum ordine, vel parum inter ſe diſtant, ita vt ipſo ſtylo conditi videantur omnes quamobrem ne prolixitate labamur, qua tedio legentes afficiantur, eadem ſæpius repetendo, cum tamen neque ipſa penitus omittemus: prædictos itaque modos vno concludemus capite, quã breuiori ſermone fieri poterit: & præ alijs ſequens occurrit: Diſſoluitur vitriolum in aqua communi limpida ac tepida, inde ſolutio ipſa frigefacta ſegregatur a fæcibus colo per filtrum proprium, aut per filtrum chymicum quadruplicis chartæ ſubſtrato ſetaceo, quod ſæpius fiat donec abſque ſedimenio relinquatur pars liquidior, quæ vaſe vitreo amplioris transfundatur, vt matula vitrea eſt, cui ſubijciatur ignis, vt euaporet aqua ac denique coaguletur nempe in corpus ſuum priſtinum concreſcat vitriolum magis equidem mundum cuius margini ſuperiore annaſcitur flos chalcanthi ſubcæruleus, aut viridis prout erit vitrioli tinctura admodum tener, ſed in vſu pro flore tincturæ eſſe poteſt: præterea vitriolum, hoc iam ſolutum ac probe colatum, & contritum extendunt ſoli, quoad albeſcat, tunc ipſum molire expedit, & in leutum vitreũ vas deſtillatorium ſiue in veſicam flexam vitream luto ſapientium munitam recondere: mox eam Reuerberij furno locare eique vas recipiens annectere ac igne duodecim horarum deſtillare cogitur oleum chalcanthi, vna cum aqua: quo ita mixto vtuntur Spagyrici interius exhibere, ſic enim mixtum euadit temperatum, quare alterius aquæ mixtionem excuſat peculiaris ipſius aqua: Sin aliter hoc immittunt oleum ita confuſum, cum phlemate in matulam vitream, & cinerum igni committunt ore matulæ detecto, vt euanescat aqua pre calore magis minuſue quantum libuerit oleum acrius, aut mitius, quamuis alia aqua, vel liquore congruo dulceſcere queat: Alij quoque induſtrie ſoluunt vitriolum Romanum vendibile tritum enim tantum obruunt in aquam communem fontis, vel putei mox, quod ſolutum eſt, colo traijciũt ac demum eſſiccant dum tepidis cineribus mittunt donec euaporatione penitus euaneſcat aqua: rurſuſque concretum imo vaſis reſidat vitriolum tenuioris tamen ſubſtantiæ, quam antea: præterea ipſius vitrioli ſolutionem reiterant noua fontis aqua eadem ratione percolando, & congelando, quod quater perficiunt ſoluendo colando, & congelando nullis exceptis: Idem denuo ſubſequitur opus reiterari ac toties pari ordine ſoluendo vitriolum ipſum ex aqua concre-

tum rurſus in aceto, vice aquæ mox percolare expedit inde igni congelare, quod reſidet tandem validiori igne cremant donec ſynopidis inſtar rubeſcat, deinceps ſub dio ſiue Ioue Sereno exponunt per duas noctes, vel quoad humeſcat, tunc aqua ardenti irrorant eum lentoque vitreo, luto artis obducto, excipiunt, & furno reuerberi locant ac igne ſuppoſito deſtillare cogunt aquã ardentem vna cum aqua phlegmatica vitrioli ſeorſum colligendo, & nouo vaſe recipienti mutato, ac igne ad ſummum vigorem adaucto oleum exſudare cogunt, quod tribus horis extillabit potentiſſimum ad abſceſſus incidendos: idem quoque oleum vicem aquæ corroſiuæ ſupplet, ſatius enim hoc corrumpit hydrargirum, & in præcipitatum album vertit eum.

Oleum vitrioli compoſitum ſcriptum à Bernardo Penoto Aquitano. Cap. XXIX.

AFfunditur colcothari tuſo Vinum album generoſum ſufficienti quãtitate, mox igni ferueant pixide opus eſt, vſque ad ſiccitatem inde rurſus molitum colcothar indatur retorta loricata cui annectatur cõceptaculum: idcirco igne ſemiſopito vrgeatur paſſim augendo, vt moris eſt, in primis effluet aqua limpida mox vero mutato conceptaculo colligitur oleũ rubeum, quod emanat inſtar ſanguinis, præterea commiſceantur oleum, & aqua, ac ſæpius ad inuicem rectificentur, vt in vnum redigantur, cui additur totidem optimi ſpiritus vini, & mixta digerantur atque in pellicano circulari expedit, donec aquiſierit odorem fragrantiſſimum quintæ eſſentiæ: Tunc ipſius circulati excipias patina libram vnam cui admiſceas caphuræ drachmæ dimidium, ac totidem vnicornu, ſpodij drachmas duas, raſuræ cranij hominis, omnium ſandalorũ ſingulorum vnciam vnam, ſucci coralli ſcrupulos duos, viſci quercini, ſeminum, & radicum peoniæ ſingulorum vnciam vnam, Moſchi, & ambari ſingulorum ſcrupulum Vnum: hæc omnia ad inuicem mixta in phiola vitrea clauſaque omittantur digeri, nam liquor eueniet ſaluberrimus aduerſus omnes ægritudines quamuis contumaces atque rebelles.

Alii ſepties diſſoluunt vitriolum quale eſt venale in aceto ſimplici aut aceto deſtillatione excepto, ſolutumq; excolant linteis linguis, deinde in corpus aceto in halitus emiſſo, vel deſtillatione leui detracto redigunt: hoc tandem intra prunas aut furno reuerberi exurunt quouſque ad rubedinem conſtiterit: demum in bocciam flexam reponunt ac igne validiori vrgent deſtillare oleum rubeum.

Qui verò vice aceti vtuntur capitello, ex cinere calce, & aqua facto, aut puerorum Vrina deſpumata, ac filtro tranſacta ad ſoluendũ vitriolum, quod inde filtrant ac eſſiccant, eodem tamen ordine ad vnguem ſeruato prout de aceto aſſertum fuit, nihilominus magis augent pondus vitrioli diſſoluti in capitello aut lotio, quam aceto ob eorum ſales: præterea, quod lotio ſolutum quater erit eſſiccatumque mox ad rubedinem vſtum appellant vitrioli crocum a ſimilitudine, hoc omnes medicinas ſuo colore inficit ſi eo commiſceantur præſertim

tim

Digitized by Google

tim ſales,& præ aliis ammoniacum dum equali pondere ter ſublimari cogantur,vt moris eſt,hoc denique ſublimatum tritum ſuper lapidem porphititem loco frigido, & humido, aut clauſo vitro ſub fimo equino ſex dierum ſpacio ſoluetur in liquorem nuncupatum a ſpagyricis oleum de croco vitrioli compoſitum: vt ærugo crocea vitrioli, vel ſanguis terræ,quo ſi imbibatur calx ☽ tranſit in calcem ſolarem quæ in Apollinem facile commutatur. Exurunt tamen quidam vitriolum in olla cohoperculo clauſa ac luto artis oblita relicto tamen paruo foramine in vertice,vt fuliginoſæ exhalationes.quę animalibus, & plantis pernitioſæ ſunt,penitus efferãtur igne prunarum aut furno reuerberi donec aſſetur vſque ad rubedinem, quod equidem diminuitur per medietatem, id ipſum vitriolum ſimpliciter rubificatum appellant vitrioli crocum ſimplex alij fæcem vitrioli colcotar vitriolum fixum, quod ſi lauetur elicitur ſal,mox ſi reliquum in pollinem ſiccam reducatur, dicitur terra damnata,quę dulcis eſt, id eſt citra ſaporem facultatem habet vlcera ſiccare ſine morſu,cicatricem inducere eis, confert tumoribus aquoſis, hæmorragiaſque vulnerum ſiſtit; … t fæces vitrioli combuſti, curat v … , reſoluit herniam varicoſam eiuſq … teſtes,cuſtodiatur tamen interul … tur lixiuio, illico inficeretur colo … untur ipſa aqua decoctionis vitri … longa ebullitione, vbi velint arma … abſterſa madefaciunt penna, vel g … arma colorem æris emulantur, … ro factum adherebit armis ſi oblin … nſtrumento arti idoneo, quibus a … ſa,& ſi arma hoc amalgamate in … runtamẽ poſtquam ſub cineribus … eſcat hidrargirus, vt paulo poſt … ureus apparuerit color, tunc modi … nquam oleum,vt ſatius liniãtur,q … breuiori temporis ſpatio detracta …

Se … perfundatur aceto ſtillatitio triplo … quotidie ter, mox lente per alem … ſtillatum quantum requirit opus … uſo, vt ſatius attenuetur, ac tande … rrideat pulcherrimus quare iure d … t tinctura, Alioquin acetum philoſ … colcotar ſexies aceto ſoluunt inde p … cturæ vicem gerit: & in vſu ſolutioni … m commiſcent arenam præſertim marinam, cum colcotare præparato,vt ſupra expoſitum eſt.

Aliter colcotar infundunt in aquam pluuialem ſtillatitiam quoad colcotaris rubedine inficiatur aqua,operam tamen ludunt, qui phlegma ſuum peculiare omittunt pro pluuiali aqua,mox per lacinias abſtracta euaporetur,& con

creſcet

Digitized by Google

tum rurſus in aceto, vice aquæ mox percolare expedit inde igni congelare, quod reſidet tandem validiori igne cremant donec ſynopidis inſtar rubeſcat, deinceps ſub dio ſiue Ione Sereno exponunt per duas noctes, vel quoad humeſcat, tunc aqua ardenti irrorant eum leutoque vitreo, luto artis obducto, excipiunt, & furno reuerberi locant ac igne ſuppoſito deſtillare cogunt aquā ardentem vna cum aqua phlegmatica vitrioli ſeorſum colligendo, & nouo vaſe recipienti mutato, ac igne ad ſummum vigorem adaucto oleum exſudare cogunt, quod tribus horis extillabit potentiſſimum ad abſceſſus incidendos: idem quoque oleum vicem aquæ corroſiuæ ſupplet, ſatius enim hoc corrumpit hydrargirum, & in præcipitatum album vertit eum.

Oleum vitrioli compoſitum ſcriptum à Bernardo Penoto Aquitano. Cap. XXIX.

Affunditur colcothari tuſo Vinum album generoſum ſufficienti quātitate, mox igni ferueant pixide opus eſt, vſque ad ſiccitatem inde rurſus molitum colcothar indatur retorta loricata cui annectatur cō ceptaculum, idcirco igne ſemiſopito vrgeatur paſſim augendo, vt moris eſt, in primis effluet aqua limpida mox vero mutato conceptaculo colligitur oleū rubeum, quod emanat inſtar ſanguinis, præterea commiſceantur oleum, & aqua, ac ſæpius ad inuicem rectificentur, vt in vnum redigantur, cui additur totidem optimi ſpiritus vini, & mixta digerantur atque in pellicano circulari expedit, donec aquiſierit odorem fragrantiſſimum quintæ eſſentiæ: Tunc ipſius circulati excipias patina libram vnam cui admiſceas caphuræ drachmæ dimidium, ac totidem vnicornu, ſpodij drachmas duas, raſuræ cranij hominis, omnium ſandalorū ſingulorum vnciam vnam, ſucci coralli ſcrupulos duos, viſci quercini, ſeminum, & radicum peoniæ ſingulorum vnciam vnam, Moſchi, & ambari ſingulorum ſcrupulum Vnum: hæc omnia ad inuicem mixta in phiola vitrea clauſaque omittantur digeri, nam liquor eueniet ſaluberrimus aduerſus omnes ægritudines quamuis contumaces atque rebelles.

Alii ſepties diſſolutum vitriolum quale eſt venale in aceto ſimplici aut aceto deſtillatione excepto, ſolutumq; excolant linteis linguis, deinde in corpus aceto in halitus emiſſo, vel deſtillatione leui detracto redigunt: hoc tandem intra prunas aut furno reuerberi exurunt quouſque ad rubedinem conſtiterit: demum in bocciam flexam reponunt ac igne validiori vrgent deſtillare oleum rubeum.

Qui verò vice aceti vtuntur capitello, ex cinere calce, & aqua facto, aut puerorum Vrina deſpumata, ac filtro tranſacta ad ſoluendū vitriolum, quod inde filtrant ac eſſiccant, eodem tamen ordine ad vnguem ſeruato prout de aceto aſſertum fuit, nihilominus magis augent pondus vitrioli diſſoluti in capitello aut lotio, quam aceto ob eorum ſales: præterea, quod lotio ſolutum quater erit eſſiccatumque mox ad rubedinem vſtum appellant vitrioli crocum a ſimilitudine, hoc omnes medicinas ſuo colore inficit ſi eo commiſceantur præſer-

tim

Digitized by Google

tim ſales,& præ aliis ammoniacum dum equali pondere ter ſublimari cogantur, vt moris eſt, hoc denique ſublimatum tritum ſuper lapidem porphiritem loco frigido, & humido, aut clauſo vitro ſub fimo equino ſex dierum ſpacio ſoluetur in liquorem nuncupatum a ſpagyricis oleum de croco vitrioli compoſitum: vt ærugo crocea vitrioli, vel ſanguis terræ, quo ſi imbibatur calx ☽ tranſit in calcem ſolarem quæ in Apollinem facile commutatur. Exurunt tamen quidam vitrioſum in olla cohoperculo clauſa ac luto artis oblita relicto tamen paruo foramine in vertice, vt fuliginoſæ exhalationes, quę animalibus, & plantis pernitioſæ ſunt, penitus efferatur igne prunatum aut furno reuerberi donec aſſetur vſque ad rubedinem, quod equidem diminuitur per medietatem, id ipſum vitriolum ſimpliciter rubificatum appellant vitrioli crocum ſimplex alij fæcem vitrioli colcotar vitriolum fixum, quod ſi lauetur elicitur ſal, mox ſi reliquum in pollinem ſiccam reducatur, dicitur terra damnata, quę dulcis eſt, ideſt citra ſaporem facultatem habet vlcera ſiccare ſine morſu, cicatricem inducere eis, confert tumoribus aquoſis, hæmorragiaſque vulnerum

ſiſtit […] t fæces vitrioli combuſti, cu-
rat v […] , reſoluit herniam varicoſam
eiuſ […] teſtes, cuſtodiatur tamen in-
terul […] tur lixiuio, illico inficeretur
colo […] untur ipſa aqua decoctionis
vitri […] longa ebullitione, vbi velint
arma […] abſterſa madefaciunt penna,
vel g […] arma colorem æris emulan-
tur, […] ro factum adherebit armis ſi
oblin […] nſtrumento arti idoneo, qui-
bus a […] ſa, & ſi arma hoc amalgama-
te in […] runtamē poſtquam ſub cine-
ribus […] eſcat hidrargirus, vt paulo
poſt […] ureus apparuerit color, tunc
modi […] nquam oleum, vt ſatius liniā-
tur, q […] breuiori temporis ſpatio de-
tracta […]

Se […] perfundatur aceto ſtillatitio
triplo […] quotidie ter, mox lente per
alem […] ſtillatum quantum requirit
opus […] uſo, vt ſatius attenuetur, ac
tande […] rrideat pulcherrimus quare
iure d […] t tinctura, Alioquin acetum
philoſ […] colcotar ſexies aceto ſoluunt
inde p […] cturæ vicem gerit: & in vſu ſo-
lutioni […] m commiſcent arenam præſertim
marinam, cum colcotare præparato, vt ſupra expoſitum eſt.

Aliter colcotar infundunt in aquam pluuialem ſtillatitiam quoad colcotaris rubedine inficiatur aqua, operam tamen ludunt, qui phlegma ſuum peculiare omittunt pro pluuiali aqua, mox per lacinias abſtracta euaporetur, & con

creſcet

Digitized by Google

eum rurſus in aceto, vice aquæ mox percolare expedit inde igni congelare, quod reſidet tandem validiori igne cremant donec ſynopidis inſtar rubeſcat, deinceps ſub dio ſiue Ioue Sereno exponunt per duas noctes, vel quoad humeſcat, tunc aqua ardenti irrorant eum leutoque vitreo, luto artis obducto, excipiunt, & furno reuerberi locant ac igne ſuppoſito deſtillare cogunt aquã ardentem vna cum aqua phlegmatica vitrioli ſeorſum colligendo, & nouo vaſe recipienti mutato, ac igne ad ſummum vigorem adaucto oleum exſudare cogunt, quod tribus horis extillabit potentiſſimum ad abſceſſus incidendos: idem quoque oleum vicem aquæ corroſiuæ ſupplet, ſatius enim hoc corrumpit hydrargirum, & in præcipitatum album vertit eum.

Oleum vitrioli compoſitum ſcriptum à Bernardo Penoto Aquitano. *Cap. XXIX.*

AFfunditur colcothari tuſo Vinum album generoſum ſufficienti quãtitate, mox igni ferueant pixide opus eſt, vſque ad ſiccitatem inde rurſus molitum colcothar indatur retorta loricata cui annectatur cõceptaculum: idcirco igne ſemiſopito vrgeatur paſſim augendo, vt moris eſt, in primis effluet aqua limpida mox vero mutato conceptaculo colligitur oleũ rubeum, quod emanat inſtar ſanguinis, præterea commiſceantur oleum, & aqua, ac ſæpius ad inuicem rectificentur, vt in vnum redigantur, cui additur totidem optimi ſpiritus vini, & mixta digerantur atque in pellicano circulari expedit, donec aquiſierit odorem fragrantiſſimum quintæ eſſentiæ: Tunc ipſius circulati excipias patina libram vnam cui admiſceas caphuræ drachmæ dimidium, ac totidem vnicornu, ſpodij drachmas duas, raſuræ cranij hominis, omnium ſandalorũ ſingulorum vnciam vnam, ſucci coralli ſcrupulos duos, viſci quercini, ſeminum, & radicum peoniæ ſingulorum vnciam vnam, Moſchi, & ambari ſingulorum ſcrupulum Vnum: hæc omnia ad inuicem mixta in phiola vitrea clauſaque omittantur digeri, nam liquor eueniet ſaluberrimus aduerſus omnes ægritudines quamuis contumaces atque rebelles.

Alii ſepties diſſoluunt vitriolum quale eſt venale in aceto ſimplici aut aceto deſtillatione excepto, ſolutumq; excolant linteis linguis, deinde in corpus aceto in halitus emiſſo, vel deſtillatione leui detracto redigunt: hoc tandem intra prunas aut furno reuerberi exurunt quouſque ad rubedinem conſtiterit: demum in bocciam flexam reponunt ac igne validiori vrgent deſtillare oleum rubeum.

Qui verò vice aceti vtuntur capitello, ex cinere calce, & aqua facto, aut puerorum Vrina deſpumata, ac filtro tranſacta ad ſoluendũ vitriolum, quod inde filtrant ac efficcant, eodem tamen ordine ad vnguem ſeruato prout de aceto aſſertum fuit, nihilominus magis augent pondus vitrioli diſſoluti in capitello aut lotio, quam aceto ob eorum ſales: præterea, quod lotio ſolutum quater erit efficcatumque mox ad rubedinem vſtum appellant vitrioli crocum a ſimilitudine, hoc omnes medicinas ſuo colore inficit ſi eo commiſceantur præſertim

tim

Digitized by Google

tim ſales,& præ aliis ammoniacum dum equali pondere ter ſublimari cogantur, vt moris eſt, hoc denique ſublimatum tritum ſuper lapidem porphiritem loco frigido, & humido, aut clauſo vitro ſub fimo equino ſex dierum ſpacio ſoluetur in liquorem numcupatum a ſpagyricis oleum de croco vitrioli compoſitum: vt ærugo crocea vitrioli, vel ſanguis terræ, quo ſi imbibatur calx ☽ tranſit in calcem ſolarem quæ in Apollinem facile commutatur. Exurunt tamen quidam vitriolum in olla cohoperculo clauſa ac luto artis oblita relicto tamen paruo foramine in vertice, vt fuliginoſæ exhalationes, quę animalibus, & plantis pernitioſæ ſunt, penitus efferatur igne prunarum aut furno reuerberi donec aſſetur vſque ad rubedinem, quod equidem diminuitur per medietatem, id ipſum vitriolum ſimpliciter rubificatum appellant vitrioli crocum ſimplex alij fæcem vitrioli colcotar vitriolum fixum, quod ſi lauetur elicitur ſal, mox ſi reliquum in pollinem ſiccam reducatur, dicitur terra damnata, quę dulcis eſt, ideſt citra ſaporem facultatem habet vlcera ſiccate ſine morſu, cicatricem inducere eis. confert tumoribus aquoſis, hæmorragiaſque vulnerum
ſiſtit [illegible] t fæces vitrioli combuſti, cu-
rat v [illegible] , reſoluit herniam varicoſam
eiuſq [illegible] teſtes, cuſtodiatur tamen in-
terul [illegible] tur lixiuio, illico inficeretur
colo [illegible] untur ipſa aqua decoctionis
vitri [illegible] longa ebullitione, vbi velint
arma [illegible] abſterſa madefaciunt penna,
vel g [illegible] arma colorem æris emulan-
tur, [illegible] ro factum adherebit armis ſi
oblin [illegible] nſtrumento arti idoneo, qui-
bus a [illegible] ſa, & ſi arma hoc amalgama-
te in [illegible] runtamē poſtquam ſub cine-
rib us [illegible] eſcat hidrargirus, vt paulo
poſt [illegible] uteus apparuerit color, tunc
modi [illegible] nquam oleum, vt ſatius liniā-
tur, q [illegible] breuiori temporis ſpatio de-
tract [illegible]

Se [illegible] perfundatur aceto ſtillatitio
triplo [illegible] quotidie ter, mox lente per
alem [illegible] ſtillatum quantum requirit
opus [illegible] uſo, vt ſatius attenuetur, ac
tande [illegible] rrideat pulchertimus quaro
iure d [illegible] t tinctura, Alioquin acetum
philoſ [illegible] colcotar ſexies aceto ſoluunt
inde p [illegible] cturæ vicem gerit: & in vſu ſo-
lution [illegible] m commiſcent arenam præſertim marinam, cum colcotare præparato, vt ſupra expoſitum eſt.

Aliter colcotar infundunt in aquam pluuialem ſtillatitiam quoad colcotaris rubedine inficiatur aqua, operam tamen ludunt, qui phlegma ſuum peculiare omittunt pro pluuiali aqua, mox per lacinias abſtracta euaporetur, & con-

creſcet

eum rurſus in aceto, vice aquæ mox percolare expedit inde igni congelare, quod reſidet tandem validiori igne cremant donec ſynopidis inſtar rubeſcat, deinceps ſub dio ſiue Ioue Sereno exponunt per duas noctes, vel quoad humeſcat, tunc aqua ardenti irrorant eum leutoque vitreo, luto artis obducto, excipiunt, & furno reuerberi locant ac igne ſuppoſito deſtillare cogunt aquã ardentem vna cum aqua phlegmatica vitrioli ſeorſum colligendo, & nouo vaſe recipienti mutato, ac igne ad ſummum vigorem adaucto oleum exſudare cogunt, quod tribus horis extillabit potentiſſimum ad abſceſſus incidendos: idem quoque oleum vicem aquæ corroſiuæ ſupplet, ſatius enim hoc corrumpit hydrargirum, & in præcipitatum album vertit eum.

Oleum vitrioli compoſitum ſcriptum à Bernardo Penoto Aquitano. Cap. XXIX.

Affunditur colcothari tuſo Vinum album generoſum ſufficienti quãtitate, mox igni ferueant pixide opus eſt, vſque ad ſiccitatem inde rurſus molitum colcothar indatur retorta loricata cui annectatur cõceptaculum: idcirco igne ſemiſopito vrgeatur paſſim augendo, vt moris eſt, in primis effluet aqua limpida mox vero mutato conceptaculo colligitur oleũ rubeum, quod emanat inſtar ſanguinis, præterea commiſceantur oleum, & aqua, ac ſæpius ad inuicem rectificentur, vt in vnum redigantur, cui additur totidem optimi ſpiritus vini, & mixta digerantur atque in pellicano circulari expedit, donec aquiſierit odorem fragrantiſſimum quintæ eſſentiæ: Tuncipſius circulati excipias patina libram vnam cui admiſceas caphuræ drachmæ dimidium, ac totidem vnicornu, ſpodij drachmas duas, raſuræ cranij hominis, omnium ſandalorũ ſingulorum vnciam vnam, ſucci coralli ſcrupulos duos, viſci quercini, ſeminum, & radicum peoniæ ſingulorum vnciam vnam, Moſchi, & ambari ſingulorum ſcrupulum Vnum: hæc omnia ad inuicem mixta in phiola vitrea clauſaque omittantur digeri, nam liquor eueniet ſaluberrimus aduerſus omnes ægritudines quamuis contumaces atque rebelles.

Alii ſepties diſſoluunt vitriolum quale eſt venale in aceto ſimplici aut aceto deſtillatione excepto, ſolutumq; excolant linteis linguis, deinde in corpus aceto in halitus emiſſo, vel deſtillatione leui detracto redigunt: hoc tandem intra prunas aut furno reuerberi exurunt quouſque ad rubedinem conſtiterit: demum in bocciam flexam reponunt ac igne validiori vrgent deſtillare oleum rubeum.

Qui verò vice aceti vtuntur capitello, ex cinere calce, & aqua facto, aut puerorum Vrina deſpumata, ac filtro tranſacta ad ſoluendũ vitriolum, quod inde filtrant ac efficcant, eodem tamen ordine ad vnguem ſeruato prout de aceto aſſertum fuit, nihilominus magis augent pondus vitrioli diſſoluti in capitello aut lotio, quam aceto ob eorum ſales: præterea, quod lotio ſolutum quater erit efficcatumque mox ad rubedinem vſtum appellant vitrioli crocum a ſimilitudine, hoc omnes medicinas ſuo colore inficit ſi eo commiſceantur præſer-

tim

Digitized by Google

tim ſales, & præ aliis ammoniacum dum equali pondere ter ſublimari cogantur, vt moris eſt, hoc denique ſublimatum tritum ſuper lapidem porphiritem loco frigido, & humido, aut clauſo vitro ſub fimo equino ſex dierum ſpacio ſoluctur in liquorem nuncupatum a ſpagyricis oleum de croco vitrioli compoſitum: vt ærugo crocea vitrioli, vel ſanguis terræ, quo ſi imbibatur calx ☽ tranſit in calcem ſolarem quæ in Apollinem facile commutatur. Exurunt tamen quidam vitrioſum in olla cohoperculo clauſa ac luto artis oblita relicto tamen paruo foramine in vertice, vt fuliginoſæ exhalationes, quę animalibus, & plantis pernitioſæ ſunt, penitus efferatur igne prunarum aut furno reuerberi donec aſſetur vſque ad rubedinem, quod equidem diminuitur per medietatem, id ipſum vitriolum ſimpliciter rubificatum appellant vitrioli crocum ſimplex alij fæcem vitrioli colcotar vitriolum fixum, quod ſi lauetur elicitur ſal, mox ſi reliquum in pollinem ſiccam reducatur, dicitur terra damnata, quę dulcis eſt, ideſt citra ſaporem facultatem habet vlcera ſiccare ſine morſu, cicatricem inducere eis, confert tumoribus aquoſis, hæmorragiaſque vulnerum

ſiſtit [illegible] t fæces vitrioli combuſti, curat v[illegible], reſoluit herniam varicoſam eiuſq[illegible] teſtes, cuſtodiatur tamen interul[illegible]tur lixiuio, illico inficeretur colo[illegible]untur ipſa aqua decoctionis vitri[illegible] longa ebullitione, vbi velint arma[illegible] abſterſa madefaciunt penna, vel g[illegible] arma colorem æris emulantur, [illegible]ro factum adherebit armis ſi oblin[illegible]nſtrumento arti idoneo, quibus a[illegible]ſa, & ſi arma hoc amalgamate in[illegible]runtamē poſtquam ſub cineribus [illegible]eſcat hidrargirus, vt paulo poſt [illegible]ureus apparuerit color, tunc modi[illegible]nquam oleum, vt ſatius liniātur, q[illegible] breuiori temporis ſpatio detracta[illegible]

Se[illegible] perfundatur aceto ſtillatitio triplo[illegible] quotidie ter, mox lente per alem[illegible] ſtillatum quantum requirit opus [illegible]nſo, vt ſatius attenuetur, ac tande[illegible]rrideat pulcherrimus quare iure d[illegible]t tinctura, Alioquin acetum philoſ[illegible] colcotar ſexies aceto ſoluunt inde p[illegible]cturæ vicem gerit: & in vſu ſolution[illegible]m commiſcent arenam præſertim marinam, cum colcotare præparato, vt ſupra expoſitum eſt.

Aliter colcotar infundunt in aquam pluuialem ſtillatitiam quoad colcotaris rubedine inficiatur aqua, operam tamen ludunt, qui phlegma ſuum peculiare omittunt pro pluuiali aqua, mox per lacinias abſtracta euaporetur, & concreſcet

nem inducat, quo tantum excitentur ſpiritus materiæ medicinalis, adeo vt circa eius maſſam videantur circulare; cum vero deſierint, augendus eſt calor vt accedamus, vſque ad ſecundum gradum, quapropter conducit multiplicare fila thryallis vt altius circulare queant ſpiritus ſupraque eminere, quorum deſitus expetet atque augeri calorem ad tertium gradum, hic æque exequitur ſi filis amplietur ellychnium ac ſucceſſiue ſemper magis vnaque cum oleo tueatur lucerna, ita vt ſpiritus circulando aſcendant ſublimiora, quoad fixi conſtiterint, tunc extinguatur lucerna, mox frigefactum ouum philoſophicum loricetur luto ſapientum, muniatur itaque vt prunarum igni reſiſtere queat hic erit quartus gradus caloris ac omnimodæ perfectionis ſupplementum.

Ex inde aptetur ouum inter quatuor lateres circuitum agentes medium vero circuitus nempe eorum vacuum repleatur prunis, quibus circumſepiatur ouum vndique ac ſupra tueatur per diem naturalem, eoque elapſo, & vaſe frigefacto, reperitur eliciturque medicina fuſibilis vt cera, colorisque rubea vt ſanguis, & dicitur ſulphur extractum a lapide noſtro metallico conferens ad rubeum, nam ſi huius medicinæ pars proiciatur ſuper octo partes lunæ fuſæ fixabit eam, & vertet in ſolem obrizum colore, ſubſtantia, & pondere, & in omni examine probum.

Quamuis præſcriptæ Medicinæ facultas præcipua ſit fixare atque tingere nihilominus ſumma energia conducet ſi ſoli per Metamorphoſim iam tranſmutato ac rurſus fuſo annexeris portionem ſextam Apollinis mineralis referet enim vicem fermenti cuius proprium eſt ducere de potentia ad actum, conſtabilietur itaque vt æquum omne exactumque iudicium ſuſtineat.

Quapropter ex propoſito fermento ducimur ad multiplicationem medicinæ vt infra, Cape hydrargyri depurati, & feruefacti aceto, & ſale, mox per corium tranſacti, cui additur apollinis in elimatam ſcobem aut in folia tenuiſſima redacti vncia, & optime agitetur, quoad amalgama fiat cui tandem alteram commiſce vnciam præſcriptæ medicinæ, & in puluerem deuenerit, Quem ouo philoſophico reconde, ſigilloque Hermetis claude ipſum mox cinerum clibano caloris gradu primo repone vbi trium dierum naturalium ſpatio conſiſtat hoc expedito auge calorem, vſque ad ſecundum gradum, quem proſequere alijs tribus diebus: Demum aſcendens tertium gradum, & perſeuera quouſque nouendium abſque vlla interceptione compleueris: Poſtremo expedit ouum ipſum luto artis munire exiccatumque locare in laterum circuitu prunis pleno, vt ſupra conſtitutum fuit ac eodem ordine ſuccedet conſequi medicinam, cuius portio cadit ſuper octo lunæ vt in Apollinem vertatur optimum abſque alia ſocietate.

De alijs

De alijs modis euocandi oleum a vitriolo aliorum ope, verum abſque elementorum diuiſione exordiens a liquidis prout menſtruis. Cap. XXVIII.

PLerique habentur equidem modi ad euocationem olei e vitriolo præſertim alterius auxilio prout aquæ tantum, aut aquæ mox aceti, aut lotij puerilis depurati, aut capitelli, ideſt lixiuij, aut aquæ vitæ ardentis, aut cum alijs liquidis, ad hoc munus aptis, quæ menſtrua dicuntur, prout inferius palam erit, verum enim huiuſcemodi modi fere omnes continuata ſerie exequuntur, eodemque propemodum ordine, vel parum inter ſe diſtant, ita vt ipſo ſtylo conditi videantur omnes quamobrem ne prolixitate labamur, qua tedio legentes afficiantur, eadem ſæpius repetendo, cum tamen neque ipſa penitus omittemus: prædictos itaque modos vno concludemus capite, quã breuiori ſermone fieri poterit: & præ alijs ſequens occurrit: Diſſoluitur vitriolum in aqua communi limpida ac tepida, inde ſolutio ipſa frigefacta ſegregatur a fæcibus colo per filtrum proprium, aut per filtrum chymicum quadruplicis chartæ ſubſtrato ſetaceo, quod ſæpius fiat donec abſque ſedimento relinquatur pars liquidior, quæ vaſe vitreo amplioris transfundatur, vt matula vitrea eſt, cui ſubijciatur ignis, vt euaporet aqua ac denique coaguletur nempe in corpus ſuum priſtinum concreſcat vitriolum magis equidem mundum cuius margini ſuperiore annaſcitur flos chalcanthi ſubcæruleus, aut viridis prout erit vitrioli tinctura admodum tener, ſed in vſu pro flore tincturæ eſſe poteſt: præterea vitriolum, hoc iam ſolutum ac probe colatum, & concretum extendunt ſoli, quoad albeſcat, tunc ipſum molire expedit, & in leuium vitreũ vas deſtillatorium ſiue in veſicam flexam vitream luto ſapientium munitam recondere: mox eam Reuerberij furno locare eique vas recipiens annectere ac igne duodecim horarum deſtillare cogitur oleum chalcanthi, vna cum aqua: quo ita mixto vtuntur Spagyrici interius exhibere, ſic enim mixtum euadit temperatum, quare alterius aquæ mixtionem excuſat peculiaris ipſius aqua: Sin aliter hoc immittunt oleum ita confuſum, cum phlemate in matulam vitream, & cinerum igni committunt ore matulæ detecto, vt euaneat aqua pre calore magis minuſue quantum libuerit oleum acrius, aut mitius, quamuis alia aqua, vel liquore congruo dulceſcere queat: Alij quoque induſtrie ſoluunt vitriolum Romanum vendibile tritum enim tantum obruunt in aquam communem fontis, vel putei mox, quod ſolutum eſt, colo trajciũt ac demum eſſiccant dum tepidis cineribus mittunt donec euaporatione penitus euaneſcat aqua: rurſuſque concretum imò vaſis reſidat vitriolum tenuioris tamen ſubſtantiæ, quam antea: præterea ipſius vitrioli ſolutionem reiterant noua fontis aqua eadem ratione percolando, & congelando, quod quater perficiunt ſoluendo colando, & congelando nullis exceptis: Idem denuo ſubſequitur opus reiterari ac toties pari ordine ſoluendo vitriolum ipſum ex aqua concre-

tum rurſus in aceto, vice aquæ mox percolare expedit inde igni congelare, quod reſidet tandem validiori igne cremant donec ſynopidis inſtar rubeſcat, deinceps ſub dio ſiue Ioue Sereno exponunt per duas noctes, vel quoad humeſcat, tunc aqua ardenti irrorant eum leuto que vitreo, luto artis obducto, excipiunt, & furno reuerberi locant ac igne ſuppoſito deſtillare cogunt aquā ardentem vna cum aqua phlegmatica vitrioli ſeorſum colligendo, & nouo vaſe recipienti mutato, ac igne ad ſummum vigorem adaucto oleum exſudare cogunt, quod tribus horis extillabit potentiſſimum ad abſceſſus incidendos: idem quoque oleum vicem aquæ corroſiuæ ſupplet, ſatius enim hoc corrumpit hydrargirum, & in præcipitatum album vertit eum.

Oleum vitrioli compoſitum ſcriptum à Bernardo Penoto Aquitano. Cap. XXIX.

AFfunditur colcothari tuſo Vinum album generoſum ſufficienti quātitate, mox igni ferueant pixide opus eſt, vſque ad ſiccitatem inde rurſus molitum colcothar indatur retorta loricata cui annectatur cō ceptaculum, idcirco igne ſemiſopito vrgeatur paſſim augendo, vt moris eſt, in primis effluet aqua limpida mox vero mutato conceptaculo colligitur oleū rubeum, quod emanat inſtar ſanguinis, præterea commiſceantur oleum, & aqua, ac ſæpius ad inuicem rectificentur, vt in vnum redigantur, cui additur totidem optimi ſpiritus vini, & mixta digerantur atque in pellicano circulari expedit, donec aquiſierit odorem fragantiſſimum quintæ eſſentiæ: Tunc ipſius circulati excipias patina libram vnam cui admiſceas caphuræ drachmæ dimidium, ac totidem vnicornu, ſpodij drachmas duas, raſuræ cranij hominis, omnium ſandalorū ſingulorum vnciam vnam, ſucci coralli ſcrupulos duos, viſci quercini, ſeminum, & radicum peoniæ ſingulorum vnciam vnam, Moſchi, & ambari ſingulorum ſcrupulum Vnum: hæc omnia ad inuicem mixta in phiola vitrea clauſaque omittantur digeri, nam liquor eueniet ſaluberrimus aduerſus omnes ægritudines quamuis contumaces atque rebelles.

Alii ſepties diſſoluunt vitriolum quale eſt venale in aceto ſimplici aut aceto deſtillatione excepto, ſolutumq; excolant linteis linguis, deinde in corpus aceto in halitus emiſſo, vel deſtillatione leui detracto redigunt: hoc tandem intra prunas aut furno reuerberi exurunt quouſque ad rubedinem conſtiterit: demum in bocciam flexam reponunt ac igne validiori vrgent deſtillare oleum rubeum.

Qui verò vice aceti vtuntur capitello, ex cinere calce, & aqua facto, aut puerorum Vrina deſpumata, ac filtro tranſacta ad ſoluendū vitriolum, quod inde filtrant ac efficcant, eodem tamen ordine ad vnguem ſeruato prout de aceto aſſertum fuit, nihilominus magis augent pondus vitrioli diſſoluti in capitello aut lotio, quam aceto ob eorum ſales: præterea, quod lotio ſolutum quater erit efficcatumque mox ad rubedinem vſtum appellant vitrioli crocum a ſimilitudine, hoc omnes medicinas ſuo colore inficit ſi eo commiſceantur præſer-

tim

Digitized by Google

tim ſales,& præ aliis ammoniacum dum equali pondere ter ſublimari cogantur,vt moris eſt,hoc denique ſublimatum tritum ſuper lapidem porphiritem loco frigido, & humido, aut clauſo vitro ſub fimo equino ſex dierum ſpacio ſoluetur in liquorem numcupatum a ſpagyricis oleum de croco vitrioli compoſitum: vt ærugo crocea vitrioli, vel ſanguis terræ,quo ſi imbibatur calx ☽ tranſit in calcem ſolarem quæ in Apollinem facile commutatur. Exurunt tamen quidam vitriolum in olla cohoperculo clauſa ac luto artis oblita relicto tamen paruo foramine in vertice,vt fuliginoſæ exhalationes,quę animalibus, & plantis perniťioſæ ſunt,penitus efferãtur igne prunarum aut furno reuerberi donec aſſetur vſque ad rubedinem, quod equidem diminuitur per medietatem, id ipſum vitriolum ſimpliciter rubificatum appellant vitrioli crocum ſimplex alij fæcem vitrioli colcotar vitriolum fixum, quod ſi lauetur elicitur ſal,mox ſi reliquum in pollinem ſiccam reducatur, dicitur terra damnata,quę dulcis eſt, ideſt citra ſaporem facultatem habet vlcera ſiccare ſine morſu,cicatricem inducere eis, confert tumoribus aquoſis, hæmorragiaſque vulnerum ſiſtit: idem operatur aqua fontis in qua bullierint fæces vitrioli combuſti, curat vlcera, quamuis praua cancrenas compeſcit, reſoluit herniam varicoſam eiuſque dolorem demulcet,& facit detumeſcere teſtes,cuſtodiatur tamen interula ne madefiat illa aqua,nam ſi exinde lauaretur lixiuio, illico inficeretur colore luteo inſeparabili: quidam pro arcano vtuntur ipſa aqua decoctionis vitrioli,rubificati dum ipſa clarificata,& acris ſit longa ebullitione, vbi velint arma,vel alia ferramenta deaurare prius optime abſterſa madefaciunt penna, vel goſſipio,& aqua ipſa croci vitrioli,illico enim arma colorem æris emulantur, tunc amalgama ex auro fino, cum hidrargiro factum adherebit armis ſi obliniantur ſtilo,vel æris penna, vel quouis alio inſtrumento arti idoneo, quibus aurifices vtuntur cuſpide aliquantiſper obtuſa,& ſi arma hoc amalgamate infecta apparebunt argentei coloris ob ☿ Veruntamẽ poſtquam ſub cineribus calidis ſepeliantur citra prunas donec euaneſcat hidrargirus, vt paulo poſt intuendum erit,ſi tenaculis detegantur,vbi aureus apparuerit color, tunc modico ceræ linire oportet ea eliqueſcet enim tanqnam oleum,vt ſatius liniãtur,quæ rurſus ſub cineribus tegere expedit nam breuiori temporis ſpatio detracta optime deaurata erunt.

Sed redeamus vnde digreſſi ſumus Colcotar perfundatur aceto ſtillatitio triplo pondere ac nouendio continuato agitetur quotidie ter, mox lente per alembicum pellatur ſi verò non rubeat acetum ſtillatum quantum requirit opus rurſus ipſum refundatur acetum colcotari infuſo, vt ſatius attenuetur, ac tandem vi ignis euocetur, quo.d color rubeus arrideat pulcherrimus quare iure dicitur ſanguis terræ, qui vitrioli propria eſt tinctura, Alioquin acetum philoſophorum vbi vitriolum combuſtum, ideſt colcotar ſexies aceto ſoluunt inde per retortam in arena proliciunt,quod tincturæ vicem gerit: & in vſu ſolutionis lapidum atque metallorum: Quidam commiſcent arenam præſertim marinam, cum colcotare præparato,vt ſupra expoſitum eſt.

Aliter colcotar infundunt in aquam pluuialem ſtillatitiam quoad colcotaris rubedine inficiatur aqua,operam tamen ludunt, qui phlegma ſuum peculiare omittunt pro pluuiali aqua,mox per lacinias abſtracta euaporetur,& concreſcet

creſcet tinctura iccirco ritus ipſe ſepties perficiatur aut quouſque coaleſcat in duriciem lapidis, qui admotus linguæ ſummam dulcedinem referat, cuius facultas eſt, delere tyrones ſerpig noſos, ac vlcera grauiora ſanare: verum enim hoc eſt potius ſal colcotaris ex cuius libra conſueuit deſtillare vnciam ſemis olei per leutum vitrium ſi libuerit.

Quidam aſſerunt conſtruere oleum vitrioli fixum, vt infra patet, conſpergunt aceto ſtillatitio vitriolum romanum vendibile, & in cucurbita digeri permittunt, mox ad ſiccitatem vſque deſtillare vrgent igne blando deinceps fracta boccia extrahunt vitriolum tundunt, & reuerberari mittunt in olla clauſum ne efflare queat horis duodecim: inde refrigeratum emittunt, & molunt ac rurſus in alteram bocciam immittunt eique affundunt ipſum acetum, quod prius a vitriolo deſtillatum fuit: quibus actis macerare permittũt, demum rurſus deſtillare igne leni quoad nulli amplius aſcendant ſpiritus tunc capiunt illud vitriolum, quod erit rubificatum, & mundum ac duplo ſalis ammoniaci commiſcent in cucurbita, & ſublimare cogunt, mox terunt, quod erit ſublimatum, rurſus quoque ipſum ſublimare innitũtur quod etiam tertia vice repetunt: deliquio tandem ſolui ac commutari in acquam ex ſe relinquunt, quã equidem appellant fixum vitrioli oleum, ei enim attribuitur cinabarim fixandi facultas;

Præterea accedit deſtillatio vitrioli ſoluti in vrina puerili, menſtruo præ alijs iam pollicito; Capiatur itaque libra vitrioli vſque ad albedinem eſſiccati quod vulgo dicitur ſfleumatum dum vero adhuc caleat illico obruatur in vrinæ puerilis octiduanæ libris quatuor, & amplo vaſe coquatur per quatuor horas, deinceps hypocauſto maceretur octiduo bis in die commouendo, quibus vero elapſis colo filtri traiciatur liquor qui tandem alembicco ſepties euocetur: Tunc enim podagræ conducit, phtiſi, & alijs morbis, præter quod metalla reſoluit;

Sal Vrine virtutis admirabilis

Alij obruunt vitrioli libram in vrinæ puerilis optime expurgatæ, vt moris eſt, libram ſemis, & ad inuicem vrnula vitrea collocare expedit duplici vaſe tepido, vt octiduo digerantur, quibus elapſis apponunt ei capitellum vitreum coniungunt receptaculum, & ſtipatis iuncturis augent diplomatis calorem vſque ad feruorem, deſtillabit enim inſignis aqua obtalmica, mox ſecunda effluet aqua priori paulo acrior, quæ dolores podagræ tollit, ſi tepida cum linteolis applicetur, ita vero pergunt ſenſim vrgendo calorem balnei aut per cineres graduatos donec materia imo alembici reſideat ad inſtar mellis, quam poſtea tranſmittunt in fideliam ferream igni expoſitam rudiculaque ferrea continuo agitant materiam ne vaſi adhæreat, ac ita perſeuerant eouſque omnis humiditas exhalarit, & tantummodo reſideat ſal vitrioli vna cum ſale vrinæ inſtar maſſæ denſæ ac ſiccæ quam in ſcobem comminuunt, & in retortam luto munitam immittunt connexoque amplo recipienti ac optime obſignato ne ſpiritus exhalare poſſint ignem ſubijciunt per gradus donec ad ſummum perueniat, vt moris eſt, videtur enim recipiẽs impleri ſpiritus albidis vndique qui in ipſo feruore prout in aeris nubibus concreſcent in glacies vndique laterum vaſis recipientis pendẽtes, ſalem enim referunt glacialem compoſitum ex duplici ſubſtantia: nempe vitrioli, & lotij, huius autem ſalis ſcrupulus, vel

cius

Digitized by Google

eius dimidium ſi vino exhibeatur, aut iuſculo aut quouis alio liquore condecenti ingẽs erit auxilium ad omnes obſtruitionis iecoris atque ſplenis, & proculdubio calculum diſſoluit vrinamque ciet: præterea ſi glacies ipſa exponatur cellario facile ſoluetur in aquam quæ linteis adminiſtrata illico compeſcit inflammationes, & gangrænas.

Oleum vitrioli abſque diſtillatione. Cap. XXX.

EX facili vitriolum liqueſcit, & vertitur in formam olei atque citra deſtillationem, at ſola ſolutione in aceto obrutum acerrimo dum ipſo immerſum leni ferueat igni trium horarum ſpatio, quod inde filtro tranſactum rurſus congelati expedit igni iuxta artis conſuetudinem, & quod trigeſies ſoluendo ordine primo, coloque depurando eum, ac demum condenſando exequatur, ita enim dubio procul in oleum verſum reſidebit vitrioli: cuius vſus atque facultas eſt potius fixare confectionem amalgama, dictam ex apolline, & hydrargiro adiectis octo partibus ſalis aquilæ ſeparati, & fixi, vt infra palam erit, quæ omnia ad inuicem coercita in cucurbita vitrea, ſuper affunndatur modicum olei præſcripti inde cucurbita Hermetice ſigillata exponatur calori pro coctione ſufficienti tribus annis philoſophicis, aut vſquequo fixetur in medicinam perfectam cuius pars proicitur ſuper centum ſibatis ſerui fugitiui expurgati, & vertetur in ☉ electum: Dum vero medicina elixatur ſuppoſita lucerna exporecta quadragenis diebus quibus nigreſcit: ſexagenis autem albeſcit: inde octogenis rubeſcere incipit: nonagieſque rubea cõſtituta erit: tunc augetur ei calor ſubijciendo vulcanum carbonarium, nam recidiuabit albedo ac denique rubicundiſſima eueniet vigente vulcano ad ſummum fuſiliſque vt cera erit medicina penetrabilis atque: verum cum in hoc opere abſoluendo concurrat ſal cognominatus aquila volans fixatus expedit eius præparationem vt fixetur exponere, ne ullum relinquatur intactum quod deſiderari poſſit: quamobrem ſupereſt, vt omnibus ſatisfaciam expreſſe explicare, vt inhumetur ſal ammonius ſolariatim ſcobe corticum ouorum in olla luto munita: hoc autem cemonio exponatur olla in rota carbonum qui circuli more accenſi circunquaque ollam reuerberent gradatim duodecim horis: hinc refrigerata obruatur maſſa ollæ in aquam communem feruentem, vt ſegregetur ſal ab omni terreſtreitate inde refrigerata aqua ſaltem per decem horas quibus imbuta ac penitus condita exiſtet ſale, quare depurationis gratia traiciatur colo poſtmodum condenſetur euaporatione aquæ igni expedita ita vt concreſcat ſal quod nuperrimi congelare dicunt: præterea ſal ipſe condenſatus rurſus cementetur ſcobe noua corticum ouorum reuerberetūrque inde ſoluatur, & percoletur ac denique in ſalem condenſetur quod ſæpius fiat primo ordine ad vnquem ſeruato, quouſque ſal ſuper laminam æream ignitamque proiectus liqueſcat, & fluat abſque fumo, tunc optime paratus erit & adeo fixus vt congruat ſupraſcripto arcano.

Alter eſt modus quo vitriolum liqueſcit, & olei formã ſola ſolutione contrahit abſque deſtillatione quare opus non eſt alembico neq; alio organo deſtillato-

ſtilla orio veluti retorta aut leuto: veruntamen aliorum miſcello & ope perficitur oleum, quamobrem inter compoſita ſitum eſt quod ſequenti educitur exemplo: Capiantur itaque Vitrioli romani, viridis æris ſingulorum vnciæ ſex, mercurij ſublimati Vnciæ binæ: mox conterantur omnia atque commiſceantur ad inuicem in olla figulina vitreata, quę igni exponatur donec compoſitum liqueſcat inde liquefactum fuſumque effundi expedit ſuper lapidem marmoreum tunc enim frigeſcens concreſcit quod rurſus molire operæpretium eſt, mox cellario expoſitum humeſcet ac olei inſtar liqueſcet, quod vaſe vitreo ſuppoſito excipiatur pro Chymicę vſu, quo plurimũ præſtat præſertim pro tincturis.

Sin autem ſingulare comburatur Vitriolum ad rubedinem vſque mox quã tenuiſſime tuſum immittatur in veſicam ſuillam vel ſaltem bubulam quæ in balneo maris ſita ſit donec præ humiditate ſoluatur Vitriolum ad inſtar aquæ:

Triplex oleum vna Deſtillatione factum.
Cap. XXXI.

AD deſtillationem reuerſi perſpeximus alios reuerberatione ignis trium dierum adeo Vitriolum urere quod poſtridię rubificatum extrahunt tundunt moxque ſuper tabulam ligneam & mundam proſternunt & ſpiritu vini irrorant ac in vmbra eſſiccant, inde rurſus irrorant ac eſſiccant, quod pari modo tertia vice repetunt: tandem vero Vitriolũ eſſiccatum & tuſum excipiunt cuccurbita curua aut leuto incruſtato ſapientiæ luto & igni reuerberationis quatuor dierum termino exponunt, nam ſecunda die reuerberationis effluet ſtillatione e Vitriolo ita præparato, oleum rubeum limpidum: Tertia autem die egredietur oleum rubeum opacum; pręterea quod in quarta die prodibit oleum erit nigrum; icciTo omnia ab inuicem diuiſa olea colligunt his incumbentes & ampullis per optime ſigillatis vſui ſeruant: quorum debilius eſt primum aliis tamen intus per os aſſumendis præferendum: cæteraque acriora ſunt quamobrem exterius ſunt potius adminiſtranda: ni diplomate eliciatur pars lepidior ac ſuauior, quæ vt primũ potabilis eſt, quod autẽ omnium reſidet imo bocciæ cum deſtillare nequeat, hoc ignis gradu, ſed maioris egeat, quare hoc poſtremum ac validius pro exteriori vſu ſeorſim ſeruabitur:

Alii opere exiguo & labore minori incumbunt prædicto tamen exemplo perſuaſi excipere cucurbita Vitriolum rubificatum, cui aquam ardentem e vino, affundunt, ita vt per quatuor digitos ſupernaret, hinc die naturali præmacerare dimittunt, quo elapſo cogunt deſtillare, vt moris eſt, oleum & aquã mox ipſam diplomatis calore ſegregant: ſubſidet enim Vitrioli oleum rubeũ: in quo ſi adhuc aliqua portio aquæ ineſſe exiſtimarint inter due vaſa vitrea reponunt & ſtipatis commiſſuris exponunt Soli: nam aqua excalefacta ſole eleuatur ac ſummitati adhæret tunc ſedulo diſiunctis vaſis euacuant oleum

aqua

aqua immune ſuaueque quod vſui medicinæ cuſtodiunt: hoc eſt euonomi ſilatri.

Alij quoque capiunt Vitrioli ex igne rubentis librā aquæ vitę omni phlegmate expertis & ſolutæ libr. 4. mox predicta commiſcent ac tribus diebus in duplici vaſe digerunt demum igne cinerum molli deſtillare aquam operam nauant tandem auctiori igne horis ſex oleum eliciunt.

Aliique rubificatum Vitriolum infundunt in aceto eoque macerari demittunt diebus octo ut magis attenuetur ac ſatius deſtillare queat, propterea poſt aceti deſtillationem relinquitur quoque Vitriolum rubefactum, cui affundunt ſpiritum vini ad pondus librarum quatuor pro ſingula libra cholcotharis, inde per quatuor dies quieſcere ſinunt, poſt modum igne per gradus deſtillare vrgent opilatis iuncturis quouſque penitus tranſierint ſpiritus inſtar fumi: demum fæces molitas conſpergunt liquore ab ipſis iam extracto do nec prorſus imbibatur, mox ut antea tum digerere cum etiam deſtillare perſeuerant ac ſæpius idem agunt, quoad amplius fumi aſcendere nequeant: demum omnibus deſtillatis ſegregant aquam calore duplicis vaſis, vt moris eſt, oleum namque Vaſis imo rubicundum ſubſidet: huius autem unciæ ſi altera admiſceatur apollinis ſoluti aqua ardenti vegetabili & alembico tranſacti ſortietur medicina quæ ſiſtit mercurium & in naturam metallicam fixam: præter quod corporis humani ægritudines mire delet omnes.

Deſtillatione ſunt qui a leone viridi educunt phlegma quo etiam toties imbuunt colcothar vt prorſus abſumatur quibus peractis adijciunt optimi vini ſpiritum quantum digitis ternis ſuperemineat mox vno aut altero die digeratur, vt moris eſt, inde vaſe uitreo luto firmiſſime loricato diſtillare vrgent omnia in recipiens Vas nudo & ſimplici igne gradatim adaucto donec ſpiritus omnes nempe humidi & ſicci egrediantur & in liquorem reſoluantur quem rurſus digerunt in diplomate vt a ſpiritibus fex ſeu quoddam ſedimentum ſegregetur: demum Theriacalis aquæ camphoratæ quarta parte addita rurſus diſtillare ter omnia curant: ſic enim remedium conſtruitur admirandæ poteſtatis, quod paroxiſmo epilepſie ad ægrum excitandum exhibetur: & ad morbi præcautionem per idoneum temporis interuallum propinatur doſi ſcrupuli ſemis cum aliquo liquore congruo: Interdum uero ipſi ſpiritui adijciunt Apollinis folia quæ in eo ſolui ſolent vbi optime parentur nam ſpiritum ſupremæ efficaciæ ita concinnant aurificatum eidem morbo vtique congruentiſſimum.

Quidā cōmiſcēt libram aquæ vitæ optime cū libris trinis chalcanthi exiccati ad albedinem vſque & in ſcobem redacti mox teda vel ſcirpe uel candela vel alia re ignita tangatur nam facile accendetur aqua vitæ & comburetur ad eius conſumptionem tunc ex ſe perit ignis; & relinquitur Vitriolum extinctum quod reponatur in ampullam curuam luto artis loricatam cui nectatur recipiēs Vas cum glutine, hinc igne ſuppoſito effluet deſtillatione oleum aureum in colore & valore: aſſumptum enim cum iulapio violato vel ſyrupo acetoſo tempore peſtis curat atque tuetur ab eas.

Alii comburunt Vitriolum romanum igne reuerberii vt ſinopidis rubricæ colorem in propatulo oſtendat quem in occulto tenebat, tunc molitum commiſcent

miſcent ipſum cum dimidio ſalis ammoniaci electi & Vaſe aludel conſtituũt vt inde triplici ſublimatione exaltetur cinerum calore, demum rurſus molitũ immergunt ſpiritu vini & diplomatis calore aptant quoad colorem citrinum contrahat aqua, tunc ſenſim depleatur ipſa ac ſeorſim cuſtodiatur in phiola clauſa, rurſus vero Vitrioli fœcibus alia ſuper addatur aqua vitæ halituoſa, digeraturque vt ſupra, quod perſeuerandum opus exacte uolunt quouſque nullo amplius colore inficiatur aqua: Tunc inde uniantur aquæ omnes colore citrino imbutæ & ad inuicem commiſtæ vnum referant colorem aureum in quo ſi ☽ obruatur fuſa illico apollinis colore inficietur: eo autem ſatius eueniet dum liquor ſiue aqua vitæ colore citrino infecta vrgeatur diplomate efluere donec tenuiſſima vitrioli eſſentia coloris citrini pulcherrimi reſideat imo matulæ quæ ſola exponatur diuo, vt humiditate aeris præſertim noctis liqueſcat, rurſus verro leni cinerum calore concreſcere ac condenſari conantur aque iterum diuo mittunt concretum vt liqueſcat, quod ſepties exequendum aſſerunt nihilominus in liquoris formam deſinendum nam ſi in ipſum liquorem ☽ proijciatur fuſa dubio procul vertetur in Apollinem.

Alij capiunt vitriolum romanum chalcanthumve dicas quod ſit combuſtum, & molitum ad libras duas, & ſacchari fini necnon aquæ vitæ ardentis omni phlegmatica humiditate exutæ ſingulorum libram, quæ omnia ad inuicem commiſcent in Veſicam flexam vitream ac luto loricatam, & furno locatam cum Recipienti vaſe annexam, vt moris eſt, inde ſubiciunt ignem, vt deſtillet aqua, eaque effluxa ad portionem aquæ vitæ ſubtrahatur recipiens, Alterum vero ſubiungatur aucto igne nam oleum emanabit coloris vini maluatici nempe aurei pulcherrimi ſaporiſque, & odoris ſuauiſſimi, hoc eſt præſtantiſſimum aduerſus quaſcũque febres ardẽtes peſtiferasque ac prauæ naturæ: ſic perhibetur a libauio: præterea potu hauſtum doſi vnius ſcrupuli aluũ ſoluit abſque noxa.

Huiuſcemod aliud probatiſſimum habet, vt ſequitur. Cape vitriolum vngatum, quod eſt cærulei coloris, & commiſce cum calce ſilicis lapidis, mox hoc compoſito impleas ollam ad medium, vel paulo plus, quam claude, & luta inde exiccatam loca furno reuerberatorio, demum extracta materia combuſta immittatur in retortam bocciam cui affundatur ſpiritus vini ardẽtis, & circulati, vt modice excedat parumq; ſuper emineat, & furno venti leni igne ſuppoſito cogatur deſtillare ſpiritus ardens vini magisque augeatur ignis quo ad omnes tranſierint ſpiritus: ipſum autem liquorem deſtillatione collectum trãsfundere expedit in Alembicum cæcum, & diplomate maceretur per dies octo, quibus cura, vt leuiter ferueat aqua, & aquoſitas tãtum aſcendat; oleum vero reſideat in imo, quod triduo fiet, nihilominus ſi adhuc quid quam aquoſitatis mixtum conſpiciatur operæpretium erit rurſus phlegma ſeiungere: reliquum enim perfectum erit oleum ſuauiſſimum atque rubicũdiſſimum cuius proceſſus eliciendi vitrioli oleum præ alijs magis approbatur ac pro archano habetur.

Quidam vero tundunt vitriolum uſtione rubificatum, mox eidem admiſcent lutea ouorum gallinarum elixata vſque ad duritiem pondere æquali, inde omnia ſic commixta rurſus contundunt in mortario, vt in conſiſtentem

compa-

Digitized by Google

compagem reducantur, quam boccia curua immiſſam igne valido deſtillare vrgent, nam effluet oleum rubeum in quo alij conſueuerunt demergere ſalis ammoniaci portionem in ampullam vitream, quam ore obturato circum ſepiunt fimo equino calido, & ſic contegunt per quindecim dies, quibus elapſis reponunt ipſam furno deſtillationis ruſuſq; eliciunt oleum rubeum, quod pro tincturis cuſtodiunt.

Alioquin alij compaginant cum colcotare ouorum lutea quæ tamen elixatione indurucrint prius, mox horum compagem pondere æquali in bocciam vitream includunt, ac ipſam fimo calido contegunt quouſque putreſcat materia, & in aquam ſoluatur rubeam cuius ſumma facultas eſt rubore inficere quæcunque irrigantur ab ipſa: ac eo magis ſuccedit, vbi paſtæ prædictæ aſſocietur æqualis portio ſalis ammoniaci in ampullam vitream, quam demum fimo calido quindecim diebus inferunt, quibus equidem ſoluetur in oleum tingitiuum.

Pari ſtudio Colcotar cum ſale ammoniaco concorporant vrina vaccæ mox igni exponunt compoſitum quoad ſenſim abſorbeatur quicquid humidi exiſtet reliquum vero molunt cuius ſcobis vncia ſi proiciatur ſuper decem ſaturni igne fuſi inficietur ſolis rubore intus, & extra.

Non deſunt qui ſublimare cogunt ſalem ammoniacum ad duplum vitrioli rubificati quinquies: mox cellario locant aut fimo donec in oleum vertatur quod fixum putant:

Verum huiuſmodi uice alii tundunt colcotar mox ipſum ſuper lapidem porfiritem leuigant cum aqua ſalis ammoniaci quod inde exiccare permittūt idem uero tribus vicibus repetunt, poſtmodum loco humido reponunt donec humeſcat ac penitus ſoluatur:

Capiuntque alij vitrioli igne rubentis quantumlibet & cum melle molunt & inſtar paſtæ commiſcent, mox deſtillatione aquam detrahunt maxime commodam ſinuoſis malignisque vlceribus ſi recte adhibeatur:

Præ alijs uero accedit hoc oleum colcotarinum, quod alijs vt conſtituatur cum ſale vulgari præparato, vt artis eſt molire expedit colcotar, & vino commiſcere inde in bocciam flexam immittere ac furno locare demum igne urgere, donec ex his deſtillet oleum rubrum obſcurum in quo ſi folia Orizontis immergantur nec non quodam temporis interuallo digerantur dubio procul eueniet orizontis ſolutio quæ dicitur Colcotarinum oleum ſolificatum:

Alij ſoluunt chalcanthum in aceto mox filtro excolant exiccant & vrunt ad rubedinem vſque quod rurſus ſoluunt in ſequēti aqua corroſiua quæ Vulgo dicitur fortis;

Capiunt ſalis ammoniaci, ſalis nitri, vitrioli romani ſingulorum dimidium libræ, Cinaprij vncias tres, fauī mellis quantum ſat ſit vt omnia in compagem reducantur, inde in boccia flexa deſtillentur & in ipſa deſtillatione ſoluunt ſupraſcriptum vitriolum rubificatum, ac iterum congelant deſtillatione detrahendo aquam, ſubſidet enim vitriolum hinc ab eo ſublimare ter ſalem cogūt ſalem ammoniacum: prætetea omnia in ampulla includunt & ſub fimo equino calido diebus decem locant, vt in oleum ſoluantur quod tandem circula-

tum

rum concreſcet in pollinem, cui rurſus affunditur ſpiritus aquę uitæ demum deſtillatione detrahunt ipſum quamobrem oleum Vitrioli ſubſidet fixum:

Alij ſuperijciunt aquam fortem communem chalcantho vſto, & ſic macerare omittunt quatuordecim diebus inde deſtillare cogunt igne per gradus poſtmodum rectificant deſtillationem leni tamen igne, quo effluat phlegma aquæ fortis reſideatque fundo oleum.

Aliter vero radijs facis cæleſtis ſternunt chalcanthum tritum, quouſque ſicceſcat ad albedinem, quod equidem indicat multum amiſiſſe humiditatis, tunc rurſus molire eum expedit, & in figulinam ollulam reponere ad tertias duas plenam ac ſuper prunas accenſas ore recluſo ſenſim rudicula lignea operæpretium eſt agitare chalcanthum, donec penitus exhalent fumi albique vapores, & in colcotar deueniat colore rubricæ ſinopidis. hoc erit perfectæ calcinationis indicium: mox autem ipſius colcotaris libra tenuiſſime moliti obruatur in recuruam bocciam ita vt dimidium bocciæ impleatur colcotaris polline, cui affundunt aquæ ſtygiæ vncias quatuor, leuiterque quaſſant bocciam vndiquaque, vt adinuicem omnia commiſceantur: Demum furnulo aptetur boccia loricata, vt artis eſt, eique additur vas recipiens, & iuncturæ ſtipentur ne diſlari queant; nam illico abſque igne, verum ex ſe deſtillare incipiet liquor, quamobrem ita omittere expedit per horas duodecim, quibus elapſis incumbunt ſubiicere ignem ex carbonibus accenſis ſenſim augendo eum per gradus, & ita ſedulo perſeuerant quoad expleatur deſtillatio, tandem euaporetur aqua ſtygia, tum phlegma chalcanthi ſi quid ſit cinerum ca[illegible]re, & cuſtodiatur oleum.

Compaginant alii libras binas Vitrioli Romani, quale venditur abſque vlla præparatione, præterquam quod molunt ipſum cum libra aluminis ſpecularis aliquantiſper aſſati, quod vulgo dicitur ſcaliola, huiuſcemodi alumen tantæ videtur efficaciæ, quod vrget Vitriolum emittere citius aquam, idem quoque præſtat vitrum tritum, etſi ex vitro ac eo minus ex alumine ſcaliola effluere nequit humiditas vlla, hæc tamen pellunt ipſam Vitrioli aquam, iccirco excipiunt boccia curua loricata compoſitum puluerem ex Vitriolo, & alumine ſcaliola, mox altero vaſe recipiente coniugato recte ſtipant iuncturas inde lenis ignis, quatuor horis ſubdatur eo enim tempore deſtillabit aqua, demum ſenſim augeatur perſeuerans ad ſummum, quouſque extillare deſinet nec amplius fumoſi ſpiritus conſpiciantur in vaſe recipienti imo ipſum euaſerit clarum, & lucidum omniumque exhalationum immune, quod horis ſeptem euenire conſuetum eſt; quibus peractis omittuntur ex ſe refrigerari vaſa mox a recipienti excipiatur aqua deſtillata cuſtodienda ampulla clauſa, huius enim facultates nouimus rubificare oleum ſtibii præterea ſi in prædicta aqua extinguatur ferrum quater ignitum dulceſcet adeo, vt maleabile ac inſtar plumbi ductile euadet. Rurſus vero fæces molire expetit, & loco ſubterraneo humido, prout cellaria exponere quatuor diebus, ut humeſcant, tunc in uas figulinum uitro obductum coniiciunt, & acetum ſtillatitium ſuperaffundunt rudicula lignea commouendo, quatuor horis, nam rubefiet acetum, quod ſenſim euacuetur ac filtro excoletur, rurſus uero nouum affundunt aliud acetum ſtillatitium ſuper fæces, ſeruato ordine primo, & perſeuerandum eſt hoc, donec

nec

Digitized by Google

nec amplius aceta nullo inficiantur colore colorata uero quæ ſint matulla aut alia, quauis boccia excipiantur, & diplomate deſtillare cogantur in aliquod uas recipiens: ſubſidet enim tincturæ Vitrioli eſſentia in conſiſtentiam mellitam, quæ mox igni cinerum leni exiccabitur: iccirco ipſam a uaſe extrahere expedit, & ſuper tabulam marmoream melite ac demum cellaria uel alio loco frigido, & humido omittere, quoad ſoluatur in oleum, quod fixum appellant nam ſi gutta ipſius affundatur in cyathum, aquæ non admiſcetur ei imo fundum petit neque amplius concreſcit igni: quamobrem hoc ad ſidem extollunt pro tincturis metallicis.

Aliter vſtum chalcanthum, & tuſum claudunt in veſicam vitream vna cũ ſpiritu aquæ vitæ ſuperfuſo, & furno locant coniunctoque receptaculo ac ſtipatis iuncturis accendunt circumquaque ignem infra nempe, & ſupra effluet enim aqua vna cum oleo rubeo ad inſtar ſanguinis.

Sunt qui irrorant chalcanthum vſtum, & tritum cum ſpiritu aquæ vitæ vt humeſcat mox in bocciam curuam immittunt eum ac furno cum recipienti conſtituunt: demum ſubijciunt ignem per gradus tribus diebus, quibus penitus omnes deſierint fumi: his vero peractis expedit ſeorſim, aquam diſtrahere ab oleo: quod aſſumitur potu mode ſequenti.

Capiunt Iulep Violati libram, ac totidem aquæ vitæ optimæ, aquæ roſatum vncias tres, moſchi grana octo, olei è Vitriolo drachmam vnam, omnia commiſcent ad inuicem: huius autem compoſitionis exibetur potu ad doſim cochlearii aduerſus febres ardentes, refrigerat enim, & reſtaurat, ſputamina cruentoſa coercet, dyſenteriam compeſcit, & catharrum abſoluit.

Verum alia proponitur compoſitio maioris efficaciæ, cuius exemplum ita ſequitur. Capiunt ſacchari fini libras quatuor, Rhapontici libram, Reubarbari vnciam, florum mercuriales libram, ſpiritus aquæ vitæ libras quatuor, vniantur omnia, ac fimo macerentur diebus ſex, mox duplici vaſe deſtillare cogantur: reliquum eſt torculo exprimere fæces: ac ſeorſim ſingula omnia cuſtodire: rurſus atque fæces irrigentur, & lauentur aquis Buglcſſæ, fumi terræ, & ſcabroſæ, e ſingulis ad vncias ſex, quæ poſtmodum prælo, atque colo tranſeant, demum hæc cum ſupraſcriptis commiſceantur, cunctaque fiant vnum, cui pro ſingula libra compoſiti, additur olei e Vitriolo ſcrupuli dimidium: Si vero huius compoſiti hauriatur potu medietas vnciæ, actu frigidi, ante prandium quatuor horis, ſtomacum roborat, ſplennis duriciem, & inflammationẽ ſedat, ac eius obſtructiones aperit, & tollit, & capitis dolorem demulcet atque dentium, reumaque ſanat, & ſenibus vigorem reddit, eoſque tuetur, prætera ſanitati reſtituit omnes: nihilominus oleum abſque ſupraſcriptis compoſitionibus exiberi poteſt vino doſi quatuor granorum, aut menſura ſeptem guttarum, bis vel ter in hebdomada, conſummit bilem, inſtauratque naturam, abſtergit renes, refrigerat hepar, & ſanguinem expurgat, & quaſcunque febres ſoluit: & obſtructiones aperit, lapidem, & calculum comminuit, & expellit: at ſi exibeatur cum aqua fumariæ, & mirabolanis ſanat ſcabiem, quemadmodũ cum aqua endiuiæ hominem roborat, ac iuuentuti fere reſtituit ipſum renouando, præterea cum ſpiritu aquæ vitæ confert omnibus ægritudinibus, dum præceſſerit vniuerſalis purgatio corporis.

Verum cum præſenſum iam fuerit caput hoc de oleis chalcanthi variis, & compoſitis cum liquidis, ad calcem produci, vt inde aliud paremus de compoſitis cum aridis: feſtinauit ad hoc accedere, ac in ipſo includi voluit, ceu ſuperioribus cohærens, quod ſequitur oleum ex colchotare; & oliuarum oleo, ſummopere efficax, ac maximè conducens podagræ, ipſiuſque dolores demulcendo abolet, & neruos contractos ſanat, nodos, gummataque diſſoluit, ſcabiem, cuncta quoque cutis vitia curat, & vlceribus prauis commodum eſt: quamobrem vt huiuſcemodi emolumenta aſſequamur, colcotar expedit in compagem reducere cum oleo oliuarum, mox in retortam luto obductam immittere, at ei rurſus affundere oleum aliud oliuarum, quantitate vt quatuor digitis emineat: preterea annexo recipienti, obſtructiſque commiſſuris, omittere opus expoſcit tribus diebus macerari, deinceps retortæ ſubijcitur ignis immediate nudus lenis tamē: donec omnino deſtillauerit oleum, demum augeatur ignis quarti gradus, vt totum exprimatur, ac effluant ſpiritus omnes, tandem verò frigefactis organis effundatur liquor olei, & clauſa ampulla cuſtodiatur ad vſum; at ſi in prædicto oleo quater infundantur hyperici folia floreſque, vulneribus præſtare expertum eſt.

De alijs oleis eductis è vitriolo vna cum aridis, abſque vlla elementorum diuiſione. Cap. XXXII.

ETenim plurimi ſunt modi euocandi olea è vitriolo variaque ſortiuntur, prout commiſcentur varia cum vitriolo, quæ hic recenſenda excogitaui commoda, à paucioribus, facilioribuſque exordiens, Hoc primū erit è vitriolo Romano, & ſale communi præparato, vt artis eſt, elicere alembico aquam, in qua ſi os aut Ebur, aut Ambra, aut aliud ſimile quodcunque obruatur ita, vt maceretur, dubio procul molleſcet.

Quidam verò commiſcent ſilices crudos, ac comminutos, cum colcotare, & in retortam immittunt, furnuloque locant cum recipiente, atque vt moris eſt, igne violentiſſimo, trium dierum ſpatio eliciunt deſtillatione oleum rubeum feruentiſſimum: quod dulcificari poteſt circulatione acta cum vini ſpiritu: vel alijs pleriſque modis, alibi expoſitis; alioquin citra dulcorationem acerrimum eſt.

Anthydropicum Muffetti.

CAP. Vitrioli Vngarici peruſti libras quatuor, Tartari calcinati, libram vnam. Silicu. Flunialium alborum, ac lucidorum, qui prius ſint calcinati, inde ad pondus librarum ſex, ex his omnibus ſingulatim tritis, inde commixtis fiat puluis vnus, qui extendatur marmori humefacto, ibique omitti voluit quindecim diebus, quibus elapſis aliquantiſper humefieri appareat mox cucurbita cum alembico congeratur, & vaſe cinerum annexoque excipulo, ſupponatur ignis, & deſtillando ter propellatur ſemper fæcibus

Digitized by Google

cibus reddendi deſtillatum: Tandem per retortam deſtilletur: de quo exibetur cho: clear cum oximelle, vel alio quouis congruo liquore, ſingulis auroris educit aquas per aluum, & vrinam, & obſtructiones aperit.

Alioquin agit Philippus Mullerus libro de miraculis chimicis cap. 3. de ſpiritu vitrioli verò, & oleo vitrioli ſecretiſſimo.

Capit Vngaricum vitriolum, hoc eſt, coloris cærulei, quod vnit cum lapidibus ſiliceis tritis hinc igne reuerberij redigit in calcem, cui affundit ſpiritum vini circulatum, vt medicinæ ſupernatet. mox è retorta per deſtillationem detrahit ſpiritum ardentem, demum aucto igne propellit oleum, & ſpiritus omnes, prætereà liquorem circulat octiduo in alembico cæco calore balnei, feruentis, opera ut ita, vt abſumatur aquoſitas, & reſideat oleum ſuauiſſimum & rubicundiſſimum.

Alii exponunt igni ollam vitrioli Romani, ſemiplenam ad libras quatuor, quouſque liqueſcat, tunc ei liquido miſcent viridis æris libram, quam compoſitionem poſtea frigefactam terunt, inde leuto deſtillare vrgent, vt ex poſcit ars, emanat enim oleum tincturis commodum.

Alii aſſumunt vitrioli recentis libram ſmyris lapidis, ſiue ſmyrilli de quo egit Galenus lib. 9. de ſimpl. med. fac. loco de lapid. huius itaque dimidium libræ, molunt, & commiſcent ambo ad inuicem ex qua compoſitione iuxta artis peritiam deſtillare conſpeximus aquam, & oleum, quibus vtuntur non modo pro metallorum tincturis, cum etiam ad inficiendos viridi colore pilos crines, plummas, & alia cuiuſcunque generis.

Conſueuere alii commiſcere ſulphur viuum cum vitriolo æquali portione, & retorta lutata, ac cinere coperta, & emanat oleum pro tinctura metalli.

Alij ex colcotaris libra, & olei ſulphuris onc. 6 per campanam ſtillati, mox per retortam deſtillant oleum rubeum, quod fixat ac tingit metalla: præter quod plurimum fert Medicinæ opem, multis enim confert, præſertim aduerſus cancrum vlcus iam pernitioſum, nam ſi hoc oleo madefiat vlcus canceroſum ſiſtit eum ac illico interficit, iccirco commodum eſt, applicare linteum lini vetus ipſo oleo imbutum, cadet enim carcinoma cum linteo, inde ad cicatricem ducitur Vnguento de minio.

Alii aſſummunt chalchanthi Romani libras ſex, ſalis ammoniaci ſulphuris Cinaprii, auripigmenti, aluminis rocæ cryſtallini ſingulorum vncias ſex, quæ omnia molunt, & commiſcent, poſtmodum in ollam recondunt, & ſuper prunas exurunt vſque ad Rubedinem: Tunc iterum terunt mox boccia curua excipiunt, quam furno reuerberii locant, inde ſub ipſa ignem ſuccendunt, & ſenſim vigorando eum accendunt ad quartum gradum caloris, ita etiam ſpatio dierum ſex deſtillabit oleum tantæ acredinis, & vehementiæ, vt ſi ipſo intincta vngula oleagina ſignentur, abſceſſus, ac quęuis duriſſima caro illico ſecantur abſque vlla ſanguinis fluxione, immo cauterizata remanent: huiuſcemodi aliud cauterizans oleum literis tradidit. Alexander Traianus Petronius libro ſeptimo de labe Gallica, cuius verba ſunt: Accipe Vitrioli Romani vncias duas Arſenici vnciam vnam cum dimidio, mercurii ſublimati vnciam ſemis, cantharidarum tritarum drachmas binas ſucci vitis albæ vncias ſex, omnia commiſcent, & vaſe deſtillatorio ac igne, vt moris eſt, liquorem olei forma,

eliciunt: cuius gutta vna aut altera, aut tertia ſaltem cauterizat carnem abſque dolore.

Alij quoque capiunt colchotaris libras octo, arenæ marinæ mundæ exiccatæque libras tres, hæc trita & mixta excipiunt retorta, quam furno reuerberi locant, mox ignem ſuccendunt viginti quatuor horis, hoc enim temporis ſpatio extrahunt olei limpidi, & acerrimi vncias quatuordecim vi ſpiritus arenæ falſuginoſi, qui cogit exire oleum, & in maiori quantitate effluere, præterquam efficit illud adeo validiſſimum, ut ipſo incidantur abſceſſus:

Aliter ſi cholcotaris binas libras, ſalis amoniaci unciam, & Tartari calcinati ſemunciam commixta omnia excipiantur retorta, quæ locatur vaſe arenæ, inde ſuppoſito igne bidui ſpatio deſtillabit oleum uehementiſſimum.

Sunt qui compaginant Vitriolum ad pondus librarum ſex cum ſale communi portione libræ cum dimidio, quæ cruda omnia prout vulgaria venaliaque ſunt, trita, & commixta in olla figulina exponunt igni quouſque ad rubedinem vrantur, Tunc in calcem verſa, & trita in pollinem diſtribuunt tribus boccijs flexit luto munitis, poſtmodum igni ſex diebus nulla intermiſſione cogūt deſtillare oleum cauſticę facultatis, quo inquinant virgulam ligneam cuiusvis generis, inde ipſa deliniūt abſceſſus, & membra, quæ ſenſim abſcindere volunt, vbi enim præ timore abhorreant volſellam, vel ſcalprum, hoc ſeptico contenti, & compotes uoti ſui facti ſunt, idipſum oleum cum arnogloſſi ſucco aut barbæ ſiluanæ, aut ſcabioſæ, aut huiuſcemodi alio adminiſtratum, abſtergit vlcera putrida, ſiſtitque cancrenas, ac omnem corruptionem reprimit.

Alij aſſummunt colcotaris libram, ſalis communis decrepitati vncias quatuor, conterunt omnia, & commixta immittunt in veſicam vitream curuam luto obductam, quam furno collocant, hinc lignorum dulcium, & aridorum igne vrgente deſtillare deum decem horarum interuallo, citius quoque effluit oleum Vitrioli expulſum ab acuitate ſalis, & ita compoſitum emānat ad pondus duarum vnciarum pro ſingula libra Vitrioli.

Alij capiunt Vitrioli ſeparati, ideſt colcotaris, libram, ſalis vulgaris ſeparati, ideſt aſſi, vel decrepitati uncias duas, ſalis nitri vnciam, conterunt omnia & ad inuicem miſta in vaſe proportionato deſtillare oleum incumbunt.

Præterea alioquin comburunt calcanthum, hoc inde commiſcent cum æquali pondere ſalis aſſi, & præparati, compoſitumque hoc recondunt in olla figulina uitro oblita, quæ fundum habeat plerisque foraminibus pertuſum, cui aliam ſupponunt ollam integram, citra foramina, adeo vt fouea terræ acta coniungantur, ita ut ſuperioris fundus inferioris os ingreſſa per duos digitos luto, & terra contegatur, reliquumque corporis ollę ſuperioris ſupra terram omittatur, & clauſo orificio cum aliquo cohoperculo, ne difflare queat, mox circunquaque, ac ſupra ollam ſuccendatur ignis, quoad oleum deſtillet in ollam inferiorem, quamobrem per deſcenſorium hoc eſt deſtillare.

At præ alijs ſingulare potiſſimumque oleum Vitrioli compoſitum, quod ſine dolore cauterizat carnem, & ſine pari abſcindit apoſtemata, & ſcrofulas euellit, atque uerrucas, ſcripſit Nicolaus maſſa libro de morbo Gallico tract. ſexto, capite 4. de modo aperiendi apoſtemata dura prout gummas. Capit igitur vitrioli Romani, aut Ciprij uncias triginta, ſalis nitri, Aluminis rochæ ſin

gulorum

gulorum uncias quatuor, cuncta molit, compaginat atque urit, mox calcem eorum immittit in botciam curuam luto loricatam, & furnulo ſuccendit ignem, & ſenſim augendo colligit tam mirabile oleum in uas recipiens magnum, & optime annexum, ne dehiſcant commiſſuræ.

Idipsũ præſtat aqua deſcripta a Leonardo Berta pallia libro de vlceribus capite decimo de fiſtula, ac eius curatione, vbi prodidit, Cape Salis nitri, vitrioli Romani aluminis rochæ ſingulorum libra, quæ ſingula per ſe molire docuit, mox ad inuicem compaginare cũcta, ac etiam in Alembicum immittere, furnoque cinerum locare, ac leni igne cogere, vt deſtillet aqua, donec fere incipiat rubeſcere alembici capitellum, tunc remoue, & abijce illam primam aquam, nihil enim valet, ſed alterum annecte receptaculum, vt colligatur ſecunda aqua, omni alia aqua mundi fortior, quare auge ignem, vt omnino rubeſcat alembicum, & reduc cineres altius, vſque ad collum alembici, vt fortius excandeſcat protrudanturque fumi, & ſpiritus vaporoſi quibus elapſis, & frigefactis vaſis effundatur aqua ſecunda; rurſus ſi in ipſam proieceris aliquid mercurij, vt deſſoluatur dubio procul eueniet fortiſſima, vt ignis: Hæc enim ſi tangat carnem cauterizat eam ad inſtar ferri igniti, quod tamen citra dolorem vllum euenit; præterea mortificat omnes fiſtulas, & cancros, & carbunculos.

Altera ſequitur aqua corroſiua eiuſdem auctoris, loco vt ſupra, alias vero omittemus, breuitatis gratia, cum multæ reperiantur deſcriptiones in conſpectu legentium à diuerſis ſcriptoribus editæ: Huic igitur, vt inhæreamus, aſſumere conducit Chalcanthum Romanum, ſalem nitrum, & calcem viuam recentem æquali portione omnia trita, & mixta ponantur in alembicum, & igne, vt moris eſt, deſtillare vrgeātur, nam prima effluet aqua alba, quæ præſtat ad lentigines delēdas, cui ſubſequitur inde ſecunda aqua rubea, quæ pręſtantiſſime ſanat fiſtulas, porroſque, euellit, verucas, atque callos tollit.

His pluribus ſatis expeditis tum cauſticæ, cum etiam ſepticæ facultatis, quę exterius adminiſtrantur, opportunum iam erit ab eis recedere, & ad ea, quæ interius potu nempe, ac tuto aſſumi commoda ſunt, reuertere, ut infra.

Cōmiſceatur colcotar cum æquali portione rubricæ fabrilis, quæ uulgo dicitur terra rubea alloquin emborum, quamuis ex Idiotis quidam non æque appellarunt bolum armenum craſſum, licet hic magis congruat ſynopidi, nobis tamen ſufficiet ſub nomine terræ rubeæ, idipſum enim indicat rubrica, qua vtuntur fabri lignarij ad tingenda ligna, & funiculum quo lineāt ligna, quæ in tabulas ſerra diuidere volunt: huius terrę uſus antiquiſſimus fuit; teſte Homero libro ſecundo Illiados, vbi inquit, illum ſequebātur duodecim naues, quæ habebant genas rubrica infectas. verum reuertamus ad propoſitum noſtrum de compoſito ex colcotare, & emboro quod immittatur in retortām, uel in leutum vas deſtillatorium, & humile, & collocetur furnulo cum recipienti annexo, & ſubijciatur ignis, nam extillabit oleum tempore decem horarum coloris aurei.

Alij aqua communi ferueſcente extrahunt ſalem a colcothare, mox ipſum compaginant cũ æquali portione embori, & vaſe artis, ac igne apto, vt moris eſt, effluent deſtillatione vncię quatuor olei ex ſingula libra ſalis colcotharis.

Y 3 Præte-

Digitized by Google

Præterea ex Andernaco uiro erudito conſtat, diſtillare aquam è Vitriolo recenti organo artis, rurſus ipſam aquam affundit ſuis fœcibus, ac rediſtillare incumbit, i a ut ad ſiccum uertantur fœces quippe in colcothar, quod ruſum ex retorta boccia vitrea propellitur emittere oleum.

Alioquin, ut citius, ac ſatius ſe expediat operator ſedulo compaginat colcothar cum laterum grumis, & in pomum diſtillatorium immittit, mox igne ſenſim emanare oleum cogit, quod demum rectificat, ſæpius ab eo abſtrahendo phlegma.

Non deſunt qui colcothari affundunt vini ſpiritum, digerunt, & coquunt, hinc colo trahiciunt, mox nouum ſuffundunt colcothari ſpiritum, vt prius agendo in omnibus, ac ſœpius per omnia, quoad nil aliud tincturæ à colcothare extrehere queat menſtruum ſpiritus vini prædicti, & priori ſuo calore deſtitutum, ſubſideat colcothar, hoc inſtar cretæ inſipidæ proijciatur: menſtrua autem, ſpiritusve vini quibus colcothar dimiſit ſuam eſſentiam, quam diſtillare operam nauant per curuam bocciam, eliciuntque ſeparatim oleum, quod uini oleum vitriolatum appellant: In quo ſi macerentur auri folia, aut ipſius auri calx, ſolificatum eſſe oleum aſſerunt: Verum iure magis congruit nomen ſolificati, vbi oleum colcotharis tantum ſoluerit aurum prout, inferius conſtabit.

Alij eliciunt deſtillatione oleũ ex ſaccharo, & colcothare, quod ſummopere confert febribus malignis.

Aliud accedit oleum, ex compoſitis, Præſtantiſſimum aduerſus epilepſiã, quod diſtillatione effluit, hac ratione capiunt Vitrioli exiccati libram, ſtibij dimidium libræ; hæc conterunt & commixta reponunt in retortam, & furnulo cum igne iuxta artem diſtillare urgent oleum, quod inde ſuper cranium contuſum affundere, macerareque per diem naturalem, demum retorta boccia rectificare expedit: huius autem olei exibetur doſis drachmæ ſemis, ac vſque ad drachmam aſcendunt, cum ſirupo aut conſerua idonea prout anthos, aut peoniæ, maioranæ, betonicæ, aut huiuſcemodi aliis, quæ capiti conferunt.

De aquis deſtillatis, e Vitriolo, aliorum miſcello, Capi. XXXIII.

Etenim indecens videretur ſub ſilentio præterire aquas, quæ educuntur diſtillatione ex ipſo Vitrioli corpore aliis mixto, idcirco ne defectu labamur, de eis quoque agemus, ſemel tamẽ, ac ſimul, cum unum, & idem ferè ſint, ac eodem modo eliciantur, præ quibus acceſſitur aqua potabilis & palato grata, guſtuque præ aciditate delectabilis, quæ refrigerat, ita quod febrium ardentium extinguit æſtum, & abſtergit putredinem arcetque ab ipſa, quamobrem febri peſtilenti conducit, ſitimque delet, cæliacos affectus, ventriculi ex bile ſubuerſiones, & faſtidia tollit, iccirco appetentiam excitat, uermes enecat, ſcorpionum quoque ictus compeſcit, ſanguinem ſpuentibus præſtat, quemlibet fluxum cohibet, præ ſua tenuitate incidit, humores

mores lentos, obſtructiones aperit, & menſes commouet, iecinoris calorem contemperat, ictericiam ſanat, calculos, & arenulas diſſipat, ac educit: præterea corroborat cor: uerum ad extra ſi madefiat corpus ſanat ſcabiem, impetiginem, & ſtrumas: huius autem aquæ deſcriptio ſequitur talis, vt capiantur foliorum oxalidis binæ libræ, Vitrioli Romani libræ dimidium, inde omnia quęque ſeparatim tuſa, mox ad inuicem commixta immittantur in cucurbitam rectam vitream, quam pileo cum roſtro tegere, ac ei recipiens vas annectere expedit, demum cinerum calore diſtillationem impellere, effluet enim aqua ad prædicta efficax, quæ clauſa uitro cuſtodiatur.

Alia uero mirabilis appropinquatur aqua, ſummopere conducens lippitudini, quemadmodum æque ſcripſit de ipſa Ioannes Quercetanus medicus Galliarum Regis in ſua dogmatica Pharmacopea loco de aqua ophthalmica, nam ſi ſtilla huius aqua indatur in oculum imflamatione vexatum mirificam feret opem: eius autem conficiendę rationem prodidit ut infra: Cap. ſucci euſragiæ, chelidonię ana librę dimidium, lactis caprini libra, Zinziberis, macis ſingulorum vncia, Aloes uncia ſemis, Vitrioli leucoion uncię tres, craſſe concutiantur quę apta ſunt, inde cum humidis, & liquidis adinuicem commiſceantur, ac digerantur quinque diebus, quibus peractis materialia impelluntur diſtillare aquam uapore balnei excalefacta: poſtremo incumbentes operi adijciunt prędictę aquę diſtillatę drachmas binas tuthiæ pręparatæ, vt artis eſt, ſic igitur parata erit aqua ophtalmica, quæ remedium eſt, dubio procul, ſingulare aduerſus oculorum inflamationem.

Eiuſdem naturæ, & facultatis approbatur ſequēs: Cape vrinæ pueriliſ opportune defæcatæ binas libras, vitrioli Romani, tuthiæ anna vncias quatuor, ex his omnibus mixtis, maceratiſq; impletur boccia recta vſque ad medium, & Alembico muniatur, ac recipienti vaſe, mox cineribus furnulo locare expedit, ac ignem ordine, & menſura ſubijcere, vt excalefacta materia compoſitionis attenuetur cum euaporatione ad cacumen, inde diſtillet aqua ophtalmica.

Alia ſatis efficax habetur aqua ophtalmica ex Gerardo Dorneo in praxi chymiſtici artificij, quę colligitur aqua diſtillatione herbarum recentium, immo rore cæleſti madentium, prout colliguntur ante ſolis ortum in vere: Hæc autem aqua perficitur cum aqua noſtri lapilli metallici, vt exemplo patet: Aſſumuntur igitur herbæ piloſelæ manipuli decem, chelidoniæ manipuli tres, fœniculi manipuli duo, ſimul omnes contunduntur herbæ, ac cito ita rore madidæ, quibus commiſtis affunde aquæ primæ è chalcantho diſtillatæ vncias tres, & gummi aloes vnciam ſemis, inde boccia, ac furno conſtituantur cinerum calore, iccirco operam naues ex eis diſtillare aquam limpidam, qua ſi lauentur oculi ſanantur ab omni dolore, & inflamatione, præter quod acuitur oculi acies.

Aqua mirabilis

Digitized by Google

Rememoratio diſtillationis cum diuiſione elementorum, verum tamen e compoſitis. Cap. XXXIV.

COgit ordo inſtitutus, vt redeamus ad diſtillationem, quæ diuiditur
in aquam phlematis, in liquorem aceroſum, & in oleum vſq; ad colco
thar, quemadmodum arriſit Paracelſo: non tamen de ſimplicibus
cenſetur hic, quæ iam alibi demonſtrauimus, verum de compoſitis ex varijs,
prout ex ſequēti exemplo conſpicuum erit: nam vitriolum romanum, ſeu vn-
garum ad pondus librarum quindecim compaginat. Paracelſus vna cum li-
quore pœoniæ camphora, e bore lima a braſo, & cum ſpodio, doſi vnciæ ſemis
pro ſingulo eorum, hinc ad inſtar paſtæ in bocciam immittit compoſitum, ac
vt moris eſt, cogit in liquorem diſtillare: de quo reſumit libras tres cui adijcit
alcool vini correcti, aquarum melliſſæ, valerianæ anna libram ſemis colco-
thar is moliti libram, hæc omnia ad inuicem cogit in retortam, ac diſtillare
nauat: rurſus liquoris ex compoſito effluxi recipit libram. colcotharisque re-
centis binas libras, & in cucurbitam flexam mixta diſtillare urget, vna enim
effluent, nempe phlegma, liquor, & oleum, ad inuicem confuſa, quæ poſtea
arte ſeiungit operator, vt puta calore diplomatis in primis incumbit diſtilla-
re phlegma: poſtmodum per cineres elicit liquorem, ſeu mercurialem ſpiri-
tum. dicere mauis, poſtremo autem cum fortiori igne prout per arenam euo-
cat oleum: horum autem facultates præſtantiſſimas eſſe aſſeruit Theophra-
ſtus Paracelſus aduerſus Epileoſiam diſtribuens phlegma infantibus ante
paroxyſmum ad doſim drachmæ: Præterea exibet liquorem mercurialem
adultis ad ſcrupuli quantitatem: propinatque viris quadragenarijs, & ſupra,
in ſenectute videlicet guttas tres olei cum aqua chelidoniæ, vel maioranæ.

E viridi chalcantho, licet cum alijs miſto, educitur ſpiritus cum virore, remedium præſtantiſſimum aduerſus Epilepſiam. Cap. XXXV.

CElebre aliud antepilepticum è vitriolo recenſuit Io. Quercetanus li-
bro Terras vbi primitus educit diſtillatione phlegma ex hac terra
mettellica vngarica viridi, perſeueratque diſtillare, ac phlegma colli-
gere, gradu caloris proportionato, quoad appareant ſpiritus: Tunc ſeponit vas
recipiens in quo collectum eſt phlegma, & alterum nouum vas vinculis anne
ctit, quod ſeorſim recipiat ſpiritus omnes: Præterea ſæpe reſumit opus diſtil-
lationis nouæ recentisve materiæ, ita vt phlegmatis libras prolicuerit ſaltem
duas: ac inde totidem liquoris ſpirituum, ſeorſimque adaucto igne, vt exigit
opus, extraxerit diſtillatione: ſeparatus itaq; ſpiritus cuſtodiatur donec opus
erit,

Digitized by Google

erit, in phlegmate autem immergit hiperici ſemina, atque peoniæ, viſcum quernum, flores lilij cõuallij, Tiliæ, calendulæ, roris marini, cornu ceruinum, cranium humanum ad arbitrium, & omnia ſimul cõſtituit in diplomate macerari quatuor, aut quinque diebus, quibus actis colo traijcit cum expreſſione phlegma, quod poſtea diſtillatione rectificat, ipſique diſtilato commiſcet tres libras quatuorue chalcanthi vngarici recentis, rurſus quoque diſtillare cogit duplici vaſe quinquies cohobando, huic tandem diſtillato reſtituit ſpiritum ipſum in primis aſſeruatum commiſcendo omnia in amplo matracio vitreo longi colli inſtar tubę cui imponatur alembicus cũ recipienti, & in balneo maris feruenti, vt exullet ſpiritus cũ virore, tenuiſſimus cuius exhibet guttas quindecim cum aliqua theriacali aqua, tum ad expugnãdam epilepſiam, cum etiam ad venturam arcendam.

De oleo vulgari è ſimplici Vitriolo vſto vnica diſtillatione, euocando. Cap. XXXVI.

EXcuſſa ratione diuiſionis partium chalcanthi, nempe lapilli metallici cum diſtillatione, atque ipſarum partium vnitate proſecuta, vſque ad perfectam medicinam elixiris, ac eius proprietate expreſſa, quæ ab oleo, ſeu radicali metallorum humore dependet: præterea habitis varijs modis conſtructionis olei ipſius chalcanthi, prout varia fert hominum opinio, præſertim aliorum medicamentorum additione, & ad vnum commiſtione, ita vt compoſita appellentur olea: rationibusque adductis quantum ſufficere poſſint, ac eis acquieſcere. Reliquum eſt tranſire ad commemorationem olei vulgaris, quod è ſimplici Vitriolo alioquin chalcantho, vſto elicere conſueuerunt diſtillatione: & in communi vſu habent ſpagirici, tam pro corporibus humanis, quam etiam metallicis conferre ſentiunt. Quamobrem hic omiſſa diuiſione elementorum, ac omni compoſitione relicta, operam nauant oleum igneum extrahere vehementiori diſtillatione à Vitriolo ſimplici, vt plurimũ peruſto, in quo peragendo, plerique aſſumunt cuiuſcunque generis Vitriolũ; alii quoque eligunt Romanum, falſo exiſtimantes ipſum acrius, ac validius eſſe, cum tamen in oppoſito cõſtet equidem lepidius, ob ſocietatem ferri, quo magis participat, & minus ære, tali enim compoſitione à natura productum fuit: quemadmodum è diuerſo conſtare cætera Vitriola demonſtraui deſcriptione tertia, vt puta Germanicum Vngarum, ex Agort agri Bellunenſis Italiæ, & huiuſcemodi alia innumera, quæ magis abundant ære, quapropter ęque acriora ſunt, idcirco tincturis metallorum magis apta: ſpagirici itaque parant Vitriolum qualecunque vrendo igne, donec in calcem rubeam vertatur, quẽadmodum docuit Albucaſis: nam vſtione abſumitur aquoſa humiditas, vnde diminuitur dimidium ponderis, atque moles corporis Vitrioli decreſcit, ita vt minor quantitas ſubſtantiæ corporis relicta ſit, in qua exiſtit maior copia olei acrioris, dempta enim fuit euaporatione aquoſitas, cuius facultas eſt hebetem olei acredinem agere, e diuerſo igitur vbi oleum expers ſit aqua, iure atque va-

lidius

lidius percipitur, præter quod maior quantitas corporis vſti colligitur vaſe deſtillatorio in minori mole, vt maior quantitas olei diſtillet: alioquin eueniret, ſi crudum immitteretur Vitriolum in bocciam procliuem, nam liqueſceret igne Vitriolum, & illico exundaret ſubſtantia corporea abſque vlla ſeparatione olei à corpore, quod diſtillare ita facile nequit, præterquam longa mora, & patientia, quod ſenſim fieri conſuetum eſt, verum ſi eliciatur ex corpore vſto acerrimum euenit oleum, nempe facultatis cauſticæ, vrit enim luxuriantem carnem vlcerum, & quamuis duriſſimam potros acrocordonas, callos, ſcinditque abſceſſus, membraque ſecat, & inſtar ignis mortificat antracem, gangrænam, carcinoma, fiſtulam, & vlcera cuncta praua curat, ſi tangantur lana, aut goſſipio inuoluto virgulæ, aut gladiolo ex ligno oleæ, aut alio ligno duro, intincto inde hoc oleo, iuxta mentem Gabrielis Fallopii Tractatu de cauteriis, cui aſſenſit Hieronymus Rubeus libro de diſtillatione: Vbi vero per os aſſumi velint tuto, ac ſuaue huiuſcemodi oleum aduerſus multas corporis humani ægritudines, quibus opem ferre nouerunt multis experimentis, temperant ipſum oleum, modo, & ordine eorum, quæ demulcent olei acrimoniam, hæc infra in conſpectu, & oculis omnium erunt; verum expedit prius aperire modū euocandi oleum à Vitriolo, vſtione præparato: vrunt ipſum quidam vaſe figulino ore recluſo, & patenti prunis accenſis, & ſic conflagrare ſinunt vſque ad rubedinem: Alioquin implent alii ad medium vſque ollam figulinam Vitriolo, mox luto artis clauſam exiccare ſinunt, hanc furno figulorum locant eam per noctem, elapſaque extrahunt ollam, ac vbi refrixerit, frangunt & ad ea excipiunt Vitriolum vſtum, quod rubefactum totum erit inſtar ſinopidis, miniiue, hoc tuſum obruunt in bocciam flexam, & procliuem, figulinam, aut vitreā luto tamen artis, ſapientumue dicas, loricatam, ut moris eſt, poſtmodum exiccatam, ut ignis uehementiæ reſiſtat locant furno reuerberatorio exiſtente ſub dio loco frigido, & humido potius, ita ut collum parum deorſum uergat, & annexo recipiente uaſe, ſtipatiſque commiſſuris ne ſpiritus difflare queant: ſubiiciatur ignis ex carbonibus initio paruis, & paucis atque ſiccis: aut ex lignis ſiccis primo tenuioribus, mox ſolidioribus, craſſioribuſque, ita ut ſenſim augeatur ignis, donec penitus oleum, ac ſpiritus omnes exierint, ubi uero uerentur, ne nimio incendio diſſiliant uaſa expedit linteis frigida madidis tegere recipiens uas, ac ſæpius linteis refrigerare ipſum, aut initio commodum erit locare ipſum recipiens ſolio, uel ſitulo, frigida pleno conſideat, quamuis omnibus ſufficeret immo ſatius eſſet furnum conſtituere cum uaſe diſtillatorio loco frigido, & humido, ac eo magis ſub dio: Tandem cum effluxerit oleū, ac penitus deſierint fumi, refrixeritque uas, indicium erit exitus diſtillationis, qui biduo quandoque contingit, interdum triduo, & quatriduo, alioquin ſpatio horarum octo, quemadmodum aliis euenit horis decem, & octo, & aliis uiginti quatuor, plus minuſue iuxta operantis ſolertiam: Tunc ſubtrahendus eſt ignis, uaſaque diſiungere expedit, ut colligatur oleum ampulla uitrea, quæ ſedulo claudatur cera, tueaturque, ne uis olei euaneſcat: prǽterea fæces è quibus deſtillauit oleum, ſi tuſæ biduo extendantur dio, contrahent equidem aeris humiditatem, quæ rurſus urgetur deſtillatione emanare è fæcibus forma, ac uirtute olei acrioris primo, quod bis, atque ter repetere confert: ubi uero exigat

gat

Digitized by Google

gat opus intus aſſumere prædictum oleum igneum, ac ita corroſiuum expedit addere oleo, quæ ipſius acredinem refrangere, ac demulcere poſſunt, prout aquæ ſtillatitiæ, quæ variæ ſunt variis morbis conferentes, quandoque vinum congruit, aut ius pulli, aut vituli, aut huiuſcemodi aliis, quibus efferbuerint herbæ idoneæ morbo, cuius ratio habenda eſt, quemadmodum, atque temperaturæ ægrotantis: icc irco duo exempla recenſere mihi occurrunt, quamuis pleraque alia his proxima adſint imitanda, quæ aliorum prudentiæ mittam.

Cape olei è Vitriolo ſemiſcrupulum, Iulepi violati, aut Roſati, aut aquæ in qua diſſolutum ſit ſaccharum ad libram vnam, aquæ roſarum ſtillatitiæ vncias binas omnia commixta faciunt potionem mirificè refrigerantē aduerſus quaſcunque febres, excepta ephimera, confert putridis, ardentibus, ac peſtilētibus, & aliis ægritudinibus calidis, icc irco ſummopere ſatisfacit æſtate cuius doſis eſt aſſumere potu drachmas binas vſque ad quatuor: Tempore autem hyberno ſatius conducit ſequens forma, videlicet.

Cape Iulepi, aut ipſius vice, Aquæ ſaccharatæ libram vnam, Aquæ vitæ ſemilibram, moſchi grana quatuor olei de Vitriolo drachmam vnam, cuncta ad inuicem commiſcere opus exigit: ex hac potione compoſita, exhibetur ieiuno ad pondus drachmæ cuilibet patienti morbum frigidum, catharrum, dolores quoſcunque, præſertim capitis, vt emicraneæ, vertiginis, ſcotomiæ, letargiæ apopleſiæ, paralifis, melancoliæ conuulſionis, & tremoris: Confert tuſſi, aſmati, pleureſi, ſputo ſanguinis, ſincopi, cordis palpitationi, & affectibus ſtomaci, & matricis, promouet ſudorem, atque lotium, expellit vermes, obſtructioneſque aperit, putredini reſiſtit, & renum affectibus prodeſt: abſtergitque dentes, ſi linteo madido hoc oleo confricentur.

Oleum e Vitriolo Cauſticum. Cap. XXXVII.

QVi pro vſu chirurgiæ, vt in morbis exterioribus, & prauis intenti ſunt validioribus præſidiis curationem adhibere, adminiſtrationem olei eſcarotici e Vitriolo gerunt: icc irco, vt iuxta eorum votum eueniat, Vitriolum qualecunque, ac per quam validum capiunt, & more Albucaſis in calcem rubeam prunis conflagrant, quod frigefactum tundunt, inde in lentū iniiciunt, furnoque cum amplo recipienti annectunt, nam igne ſuppoſito deſtillabit aqua rubea: Demum vero apparentibus fumis illicò mutetur recipiēs vas, faſciculiſque, & glutine è farina, & oui albumine adeo committantur iuncturæ, ne diſflare queant; præter quod ſituetur recipiens alueolo ligneo aqua frigida pleno, in quo inconcuſſe conſideat, vt vas tueatur, vniāturque ſpiritus, proinde augeatur ignis ad ſummum, ac ita horis ſex perſeuerare expedit, hoc enim termino nigerrimum deſtillabit oleum, præter quod acerrimum erit, adeo vt pennam immiſſam peruratt, quamobrem ampulla craſſioris vitri ſtabilique claudunt cera, & cuſtodiunt: hoc eſt oleum cauſticum exterius vſitatum.

Aliud vero ſimile feruentiſſimum oleum prodibit colcothar, vbi ſimplex è retorta pellatur igne triduo vehementiſſimo: præterea quidam tribus vicibus rectificant eum à fæcibus ter eis affundendo oleum, ac totidem ab eis euocando

cando ipſum, poſthac ſolum deſtillare ſexies vrgent.

Sunt qui per nonum alembicum rectificant ſpiritum fixum, ſingula enim vice ipſum affundunt capiti mortuo, à quo ſemper idem pellunt acrius: poſtremoque circulationi octiduo committunt ipſum ſpiritum, quem ad multa per-utilem commendant: reprobatur tamen ad internos corporis humani vſus huiuſcemodi oleum corroſiuum, niſi ſua exuatur acrimonia, quod induſtriæ fieri exponetur inferius.

Alioquin verò alij implent ollam ad tertias duas chalcantho, & luto claudunt omittendo in ſummitate tegumenti paruulum orificium, mox luto reſiccato, exponunt initio leni, quem ſenſim augent, donec quælibet aquoſa humiditas exhalet, ac denique in calcem vertatur, quæ cum refrixerit rurſus ab olla extrahunt, & conterunt, præterea vaſe æneo immittunt ipſum, & aquam communem ſuper affundunt ei, & igne curam adhibent, vt ferueat ad exhalationem tertij, quod frigefactum traijciunt colo, reliquum vero fæcum, rurſus noua infundunt aqua, ac æque incumbunt, vt ferueat, ac ſæpius idem agunt, quouſque guſtu deprehenderint chalcantum penitus ſale exutum, ſal enim arcte retinet oleum, iccirco ablato ſale, potius fluit oleum: quare rurſus excipiunt chalcanthum nuper, exutum ſuo ſale, vi aquæ, ac ſedulo exiccari curant, exiccatumque immittunt in lentum luto munitum, ac reliquis ſeruatis deſtillare coguht, nam ſex horarum ſpatio fluet oleum, quantitate dimidij vnciæ pro ſingula libra chalcanthi; veruntamen decem diebus oleum hoc circulare expedit duplici vaſe, tunc enim ſi ipſius olei pars vnica affundatur ſupra ſex partes lunæ fixæ, vertet in ſolem verum.

Andreas Libauius libro octauo, ſyntagmatis arcanorum chymicorum meminit ſpiritum oleumve ſimile ex ſicciſſimo colcothare extractum, in vitro creſcere, ac rurſus quandoque decreſcere: quod lunæ Dominio referunt, vel aeris depoſitioni: nihilominus curioſis relinquo.

Alij per deſcenſum pellunt e Vitriolo oleum viride vehementiſſimo igne: Alij retorta ſæpius rectificant, aut quouſque albedo ad inſtar lactis eueniat, quamobrem analogice, mercurij lactem appellarunt, & balſamo æquiparatunt ipſum.

Alij quoque ex ære conſtruunt Vitriolum, artis auxilio, quemadmodum alias expoſitum fuit, nempe quodlibet metallum verti in Vitriolum, & in ipſum commutari, è quo originem duxit, quamobrem eque ducunt oleum deſtillatione rubeum, è Vitriolo æris, quod è materia denominant oleum Veneris maximæ efficaciæ, prout balſamum aduerſus phagedenas, cancrum, fiſtulas, & alios morbos externos, nam corroſiuum minimeque idoneum eſt intus aſſumi.

Oleum

Oleum Vitrioli ſolutiuum auri, vbi verò ſolutum ſit, dicitur ſoliſicatum. Cap. XXXVIII.

QVi metalla præſertim aurum ſoluere cupiunt, plurimum in vſu habent Vitrioli oleum, omiſſis aquis ſtigiis, & aliis corroſiuis, quæ vice ſalutis, pernitiem inferre poſſent corporibus humanis. verum ex Vitriolis eligunt, quod nullam æris tincturam relinquunt ferro, ſi confricetur cum eo prius humefacto vna cum ſputo, quale Romanum eſt, hoc enim non inficit ferrum colore æris, quamobrem ipſum magis approbant, quatenus enim exiſtit aliorum lepidius, mitiuſve pro corporibus humanis, cum magis huiuſcemodi Vitriolum abundet ferro, quod facile deprehenditur ex confricatione ipſius, nam liuidum vix ſignat veſtigium, hoc ferri analogum eſt & non æris; conſequitur itaque hoc optimum eſſe: idcirco Romanum Vitriolum comburunt ad rubedinem vſque, vt quælibet euaneſcat aquoſitas, quam negligunt, cum ſat eis videatur elicere oleum, in colcothare relictum abſque aquoſitate, quare acrius eſt, ac ſoluere promptius eſt, hoc itaque excipiunt colcothar, & tenuiſſime molunt, inde tuſum immittunt retorta, aut pomo vitreo, luto ſapientiæ obducto, mox cum reſiccatum furno locant cum recipienti annexo, ac iuncturis ſtipatis ne ſpiritus expirare queant, alioquin incaſſum omnia eſſent, his vero actis ad vnguem ſubiciunt ignem, & paſſim augendo ad ſummum triduo perſeuerant; quo enim effluet oleum ex colcothare accerrimum, quod rurſus affundunt parti colcotharis auſi, ac luto reponunt, inde deſtillando oleum rectificant, ac iterum nouo colcothari idem præbent oleum, & deſtillando rectificant vt prius, quod repetunt æque tertio ſupra ſuum caput mortuum, ſic ſpiritus fixus exaſperatur proprio ſale per tria cohobia, quibus adeo validum euenit oleum, vt diu vno nequeat contineri vaſe vitreo: huius facultas eſt breui ſoluere aurum foliatum tam efficaciter, vt amplius nequeat in priſtinum corpus reuerti: nihilominus alij, vice foliorum auri infundunt ſulphur ſolis in ſpiritum fixum, digerunt Pelicano, vrgenteque poſtremo emanare per alembicum ad inſtar liquoris ſanguinei: fit autem ſulphur per extractionem tincturæ ex auri calce, aſſumpto ſpiritu vini alKalizato: præ cæteris, hoc ſupremum exiſtimant arcanum.

Digitized by Google

ratiſſimus fiat: ſi ſpiritu imbuatur colcothar eius tritum, ac parumper maceratum, inde leni calore ſtillatim detrahatur, ſuccedet odoratiſſimus.

Oleum Vitrioli coagulat, & fixat oleum Tartari, eodemque tempore dulcet oleum Vitrioli. Cap. XXXXI.

NAm ſępius experimento conſpeximus duo acria adinuicem confuſa ſe mutuo iugulare, quare deducitur ex eis tertium mite, cęteris quoque relictis alteratis, & refractis, idcirco ceu axioma uerſatur hoc in communi conceptu cuius eſt videre exemplum, ſi ſoluatur deliquio in aere Tartarum, nempe calculus vini lateribus uaſorum adhęrens, mox combuſtum, & in calcem verſum, liqueſcit in liquorem, quem oleum Tartari appellant, inde ipſum filtri lingulis traiciunt demum idipſum cyato uitreo, calore cinerum exiccant, ac rurſus dio reponunt ut ſoluatur, atque mox leni calore exiccetur euaporatione ſuperfluę humiditatis, quod repetere ter expedit, tandem uerò liqueſcere demittatur humido: cuius percolati olei tartari librā affundunt in cucurbitam vitream amplam, & luto artis loricatam, cui poſtea adijciunt ſenſim vncias quinque (parum plus uel minus circum circa olei è uitriolo rectificati, nempe guttam poſt guttam, alioquin facile accenditur, & confringit vas: ſi vero ſenſim infundatur Vitrioli oleum cogit oleum Tartari concreſcere in coagulum albiſſimum lactis inſtar, quod illicò ad imum tendit, vbi reſidebit materia ſalis Tartari colore albiſſimo, qui proprie nuncupatur Tartarum album fixum, etenim adhuc ei ſupernatat oleum vitrioli retuſum, quod ſegregari expedit, prout inclinato vaſe effundere, aut deſtillatione acta balneo maris elicere quamlibet humiditatem, vſque ad ſiccitatē ſalis tartari albiſſimi & fixi, qui deicit aluum, commode exonerat per inferiora, & per ſudorem, hidropem ſanat, comminuit calculum, & expellit podagram, & peſtem, aſſumitur cum melle roſato, vel ſirupo, cum aqua cardi benedicti, aut ſcabioſę, aut galegæ, ſiue rutæ caprariæ, aut ſcorzoneræ, tragoponis ſpecies, forma potabili. In forma autem ſolida exhibetur cum theriaca, & fit bolus, aut pillula; doſis ipſius Tartari fixi eſt ſcrupulus ſemis vſque ad vnum.

Breuiori modo, & minori quātitate alter ſe expediebat, in inſtāti enim hac diuerſitate menſuræ commiſcebat ſenſim olei Vitrioli drachmas duas cum dimidio drachmæ olei Tartari, & illico ex his eueniebat materia lactea, quæ concreſcebat in ſalem albiſſimum, & fixum, qui renum obſtructiones liberat, & calculum tum renum, cum veſicæ expellit, & commode abſtergit ac purgat, dum potu aſſumatur ſequenti ordine, & doſi prout, Cape ſupraſcripti ſalis drachmæ dimidium, Iulapii roſati vncias binas, Aquæ cinamomi unciam ſemis, commiſceantur omnia adinuicem, & potu exhibeatur aduerſus omnes in corpore putredines, confert pectori, pleuritidi, tuſſi, peripneumoniæ, empyemati, contra calculum, & veſicæ, & renum exulcerationes.

Componunt quidam eſſentiam ſpecificam purgatiuam, aſſumendo magi-

ſterij

ſterij Tartari, magiſteriique Vitrioli æqualem portionem, quæ ambo ad inuicem compaginant, inde compoſito adiiciunt totidem eſſentiæ croci, & in pellicano per menſem circulant calore arenæ: Demum ſedulo cuſtodiunt pharmacum hóc æquiualens, nullo diſcrimine complexionum, purgare quodlibet corpus præter quod animantia, atque vegetabilia ipſa vegetare facit, ſæpius enim uiſum fuit inſtaurari florem anthos areſcentem, & in priſtinum vigorem reſtitui, præſertim cum Vitrioli magiſterio.

Quomodo demulceri, ac dulcorari poſſit oleum Vitrioli, quantumuis igneum, & corroſiuum ſit. Cap. XLII.

IVre equidem apprehenſum eſt, omnium conceptu, oleum Vitrioli corroſiuum non æque conducere internis corporis humani vſibus: niſi prius detrahatur eius acrimonia, vel quouis modo aboleatur adeo, ut mite, dulceque euadat: propterea ſalubre tunc eueniet, ac tutum remedium, egregiumque præſidium in terios aſſumendum: noſtræ itaque induſtriæ intereſt morem gerere, quot modis huiuſcemodi oleum dulce ſuccedere queat, vt uoti noſtri compotes ſimus: Idcirco dum philoſophorum dicta meminerim, moreſque, ac geſta eorum contemplarer, ac ſimul per plura experiméta acta perſcrutatus ſim, dubio procul noui multiplicem eſſe modum edulcorandi oleũ Vitrioli, quantumuis corroſiuum: primum itaque vt ad actum demonſtrationis accedam, equidem aſſero, ſæpius intueri hoc oleum corroſiuum dulceſcere, vbi eo commiſceatur puluis vnionum, aut lapidum oculorumve Cancri fluuiatilis, aut puluis cornu cerui uſti, & huiuſcemodi aliorum, ſat eſt, vt quodlibet eorum immiſſum in Vitrioli oleum efferueſcentiam excitet, in qua acris ſpiritus oleo abſcedit, & ad imum vaſis præcipitat, ut nihil relinquatur, præterquam aqua Vitrioli retuſa, quam nuperimi appellant oleum dulce, quamobrem fallit eorum opinio.

Alterum vero miniſterium accedit, non minus efficax dulcorare ipſum oleum corroſiuum, quemadmodum, & acidum ſpiritum contemperare æquiualet, quod ſi conſequi uelimus, operæpretium eſt laminas inijcere chalybeas in ipſum oleum, ac eas ſępe mutare expedit, illas enim conſpeximus utrunque ſpiritum acidum nempe, & corroſiuum refrangere, ac ſimul ex ſe ſulphur conferunt.

Memineritis atque quod recenſitum fuit ſuperiori capite de oleo Tartari cum oleo Vitrioli permixtis præaliis modis pręcipuum eſſe, ut dulcoretur. Præterea videtur perſuaſum Raimundo Lullio, Theopraſto Paracelſo, necnon ſcaligero, quintam eſſentiam Vini, magnetica vi ſua, ſi admiſceatur cum oleo Vitrioli illico attrahere quintam eſſentiá olei vitrioli, ſpiritumue ſulphureum oleoſum, adeo, vt ſulphura utriusque ſpiritus, nempe uini, & Vitrioli amboſe ſe amplectantur vinculo naturæ ſimilis, quod ſatius euenit dum per menſem circulentur diplomate, circulatorioque vaſe uitreo optime clauſo, demum per retortam ſegregare exigit ars.

Z Verum

Verum aliorum ſatius commodum eueniet proprium Vitrioli phlegma, ſi ſæpius cum eo rectificetur oleum, ac demum ſeparetur more artis, eueniet dulce.

Potiſſimum eſt in hoc, quemadmodum vniuerſim in omnibus, Naturæ inſtrumentum, nempe digeſtio, quæ ſi alludatur ad ſtomachi digeſtionem, in quo decoquitur cibariorum materia, vbi ſeparatur purum ab impuro, hæc contemperat omnia, quare ſufficit demulcere vehementiam, & acredinem ipſius olei Vitrioli, idcircò digeſtione opportunè facta, dulciſſimum, & potabile fiet, quemadmodum experientia docuit: Dulce quoque educitur Vitrioli oleum, vbi eius tinctura eliciatur aceto ſtillatitio, ac iterum deſtillare vrgeatur vſque ad oleoſitatem, deinceps ipſi oleoſitati addere conducit glareæ manipulos duos, ac optime commiſcere, hinc retorta, vt diſtillentur cogere, nam oleum effluet dulce, & idoneum.

Alterum Vitrioli oleum dulce inſtar mellis prodidit Gerardus Dorneus, cum ipſe ex colcothare optime exiccato expellit oleum per bocciam retortam, deinceps oleo frigefacto affundit guttas tres de ſpiritu ſalis nitri, & guttas quinque olei de ſarmentis, ex quibus omnibus adinuicem commixtis diſtillare cogit oleum mixtum in vnum, dulce, delectabile, & ſaluberrimum, quod ſummoperè præſtat maniæ, melancholiæ omnis generis, aſthmati phthyſi, imbecillitati, & doloribus ſtomachi, icteris, ſcirris, lienis, & hepatis, calculis comminuendis, & id genus aliis.

Alioquin opinionem potius animo concepit Libauius edulceſcere oleum Vitrioli corroſiuum, vbi ipſi oleo immiſceatur ſal colcotharis, vnde bis deſtillare vrgeatur, nam in ſecunda deſtillatione, prout exiſtimauit Libauius ipſe effluet oleum pulchrum clarum, ac dulce inſtar ſaccharii, quod à multis quæſitum, & à paucis inuentum: ſed nunquam adductus ſum, vt credam hoc, nulla enim perſuadet ratio, immo ex oppoſito conſpicuum ſæpius habui oleum mixtum cum ſale analogo emanare validius: ne tamen quiſpiam putet meipſum implicare ſermonem, meminerit quæ antea dixi, deinde experiri operam nauet, ſola enim experientia eſt omnium rerum vera iudicatrix.

De artificiali rubificatione Vitrioli, ac omni alia præparatione ipſius. Cap. XLIII.

Reliquum eſt nunc proſequi, qua ratione præparetur Vitriolũ, priuſquam diſtillationi ſubijciatur, vel alio quouis vſui conſtituatur, cum enim Priſci, tum etiam Neoterici conſenſerint omnes, operæpretium eſſe, vt ſedulo expurgetur Vitriolum à ſua quadam virulentia adeo vt ea expers, mundumque euadat, ac inde exutum omni pernicie Vitriolum conſequatur eſſe ſalubre, & tutum corporibus humanis, quibus noxam inferre nequeat, immo verſa vice maximum eis præbere auxilium, etſi varijs in locis partim commemorauerim obiter varias præparationes ipſius mineralis, nihilominus ſufficere non mihi videtur, niſi progrediar ad ſummum, quamobrẽ

hic attentiore cura exponam plurifariam parari Vitriolum, idcirco quamplurimi in hoc ſtadium deſcendunt, incumbentes tantummodo elicere oleum corroſiuum à Vitriolo, vbi penitus negligunt omnem Vitrioli aquoſitatem, quæ oleum reprimere, ac contemperare valet, ſed in oppoſito, vt acrius, validiuſque effluat oleum iſtud metallicum enituntur ab ipſo metallo abſummere prius igne prunarum quamlibet aquoſitatem non æque exiſtimantes ſuperfluam, & inanem ipſam; omittunt itaque cętera elementa, verum hac ſerię continuataque progreſſione euocandi oleum naturæ comburunt Vitriolum immiſſum in olla teſtacea ore recluſo, vſque ad rubedinem, quemadmodum plane prodiderunt tum Dioſcorides libro quinto de medicinali materia, cum etiam Galenus libro nono, de ſimplic. medicament. facult. & præ alijs Bulcaſis libro ſeruitoris; ſic igitur præparant Vitriolum vrendo prunarum ardentium vi, vt abſumatur aquoſa eius humiditas, exiſtimantes eam ſuperfluam eſſe, ſine qua validius, acriuſque euenit oleum, & maiori copia effluit, diminuitur enim corpus dum vritur, & aquoſitas abſumitur, corpus vero oleoſum reſidet tãtum cum analogo ſale in minori mole ipſius fæcis terreſtris, ita quod cohibetur ad pondus medietatis corporis, quapropter maior quantitas corporis combuſti, in quo exiſtit oleum, inditur in retortam, ita vt maior quantitas olei effluere conſequatur vna deſtillatione: præterea alterum euenit beneficiũ maximi momenti, nam ex combuſtione ipſius chalcanthi euaneſcit vapor, atque ipſius pernitioſa virulentia, quæ hominibus, cæteriſque animalibus noxia, frugibus, cunctiſque arboribus exitium affert, quamobrem longius ab his, ſubdio, & vaſe aperto prunis ardentibus expoſito comburunt, vt penitus exhalet omnis virulentia, diminuaturque corporis moles, præualet tamen hæc ſecunda intentio iuxta votum ſpagyricorum vulgarium, qui vt empirici parum aliud animaduertunt quam lucrum, cui tantum intenti ſunt: præterea memineritis alias expoſitum fuiſſe, hoc metallicum corpus præ vſtione rubefactum appellari a Tranſmontanis colcothar, quod denique ita præparatum in retortam indunt, ac diſtillare vrgẽt validiori igne oleum corroſiuum, quod intus quoque aſſumendum, adminiſtrant cum aquis ſtillatitiis, aut liquoribus, decoctisve congruis aut iure carnis, aut vino, aut vini ſpiritu, quamuis ſatius ſuccedat analoga ipſius metallici aqua, cum ſaccharo, aut iuleppo, modis, vt ſæpius diximus.

Noui alios includentes chalcanthum in ollam figulinam deuitreatam, quam luto clauſam, ac optime obſtructam ne exundet, cum liqueſcerit igne prout conſueuit, ac ita fert eius natura, neque expirare permittunt, diſpergerentur. n. chalcãthi ſpiritus, quod in caſſum eſſet opus ob id clauſum, & luto exiccato locant furno calido reuerberii per diem naturalem, ut in calcem rubeam vertatur, quam excipiunt, & in alteram ollam recundunt, ut in prima, ac igni calcinant, idem tertia repetunt: demum dum adhuc calet ſedulo immergunt in modicum ſpiritus uini, & igni omittunt ſenſim exhalare, ut penitus exuatur omni virulentia, quanquam ſatis diſceſſerit in triplicata calcinatione, denique calcem ipſius chalcanthi molunt pro expleta præparatione, tũ ad deſtillationem, cum etiam ad quamcunque aliam operationem.

Ex hoc cholcothare alii eliciunt quintã eius eſſentiam, hoc ſequenti modo:

Digitized by Google

Claui quinque martis excandefacti, ſexies extinguuntur in ſubſtantia ignea aceti ter deſtillati, demum in ipſo aceto immergatur cholcothar, & hipocauſto tueatur donec rubore inficiatur acetum, quod inde ſenſim effundatur, & cuſtodiatur ſeorſum, ſuper uero alterum colcothari affundatur acetum, ut prius præparatum, cura quoque vt antea maceretur, quoad rubefiat, tunc depleatur, ut antea, & ita perſeuerandum, ut tota eliciatur eſſentia tenuiſſima à colcothari, tandem cuncta commiſceantur aceta colorata imbutione eſſentiæ cholcotharis, & in mattulam uitream clauſa digerantur calore pepanſi triduo, mox anti-notorio, in capitellum mutato, vrgeatur deſtillare acetum diplomate vſque ad oleoſitatem: reſidebit enim liquor tenuiſſimus quintæ eſſentiæ inſtar olei.

Et aliis arriſit ſoli exiccare chalcanthum, donec in albedinem mutetur, vlterius alii progrediuntur, nam igne leni torrefaciunt lapidem hunc metallicum, quoad albeſcat vſque ad citrinitatem, & nihil vltra faciunt, ne amittant partem illam mercurialem, in qua viget quinta eſſentia, quare non immerito magnifaciunt Philoſophi ſpagirici partem illam chalcanthi.

Alij ſoluunt lapidem ipſum, nempe chalcanthum in aquam communem, & percolant, inde congelant, quemadmodum alij idipſum agunt cum aceto, & alij cum vino, cuius vice alij magis vtuntur ſpiritu vini. Verum denique omnes excellit præparationes, quæ perficiuntur digeſtione, deſtillatione, & circulatione, & in Phyſicum lapidem concretione.

Sulphureum Oleum Chalcanthi, vt album eueniat, quod ſoluit metallorum calces. Cap. XLIIII.

QVamuis de oleo chalcanthi albo ſuperius aliquid obiter commotum fuerit, idcirco conſcium prorſus hic recenſere modum agendi eum, vt ad vnguem impleantur promiſſa: quæ piorum voluptati, & vſui ſint, quapropter igitur opportunitatem rei bene gerendæ non prætermittam: Indatur in veſicam vitream chalcanthus venalis, & crudus, claudaturque phiala cum capitello, ut moris eſt, lenique igne in primis, inde paſſim fortiori vrgeatur deſtillare aqua effluet enim per aſcenſum alba, imo perlucida, quæ ſeorſim cuſtodiatur: Reliquum uero fæcum eſt chalcanthi cadauer, ad inſtar Rubricæ, quod e primo uaſe excipere expedit, mox conterere, & in leutum vitreum, luto artis munitum, ingerere; præterea igne per quam acerrimo, iuxta artem, deſtillare oleum requirit opus: quod rurſus in bocciam altam immittatur, & ſuper eum affundatur aqua iam ſupra ſeruata, quæ rurſus deſtillatione euocetur, Idipſum ſæpius deſtillando reiterari expedit, quo ad imo vaſis conſpiciatur oleum album quanquam antea fuerit nigrum aut rubeum, eſt enim pars ignea tertij elementi, quæ conſueuit, dum ſimpliciter propellatur a ſuo lapillo, effigiem habere ignis, veruntamen, artis induſtria, deponit ipſam, atque miteſcit: hæc enim ſuccedunt ope ipſius aquæ analogæ, cuius peculiare eſt lauare abſtergere, & mundare oleum, nimirum itaque relinqui oleum, poſt crebras diſtillationes aquæ ab ipſo, mundum album, & lu-

cidum

Digitized by Google

cidum, præter quod ſuaue percipitur, nam lotione cum aqua remittitur a credo olei, verum enim vero attenuatur, ita, vt halitu ſuo penetrandi, ſoluendique facultatem habeat metallorum calces: prout in propatulo eueniet procul dubio cuilibet operanti experientiam aget: dum ſedulo incumbat operi, ne ignauia euaneat ſpes, & conſequenter operam ludat:

Aliud Oleum Menſtruumue minerale e vitriolo tantum prolectum, quod metalla cuncta ſoluit phyſice.

VAtij animi induſtrie variant artes, idcirco varij ſunt vſus, quos tamen iure præcedunt exercitationis actus, his reperta eſt experientia, & proprie ſingularium, quemadmodum ars vniuerſaliũ Teſte Ariſtotile 1. Met. Hoc igitur exemplo nouimus ſequentem modum commodum, labore, & opera aſſequendum: Comburitur enim vitriolum Romanum, more Albucaſis, ad libras decem, inde molitum cuſtoditur donec opus erit.

Rurſus vero Cape alterius noui vitrioli romani, quod ſtalacticũ eſt eo melius, naturale enim habetur, doſi totidem, vt antea: quod in retortam flexamue veſicam vitream immitas, exinde, vt moris eſt, propellatur aqua atque ſpiritus vehementiori igne: præterea expedit bis rectificare ipſam, ut magis depuretur, attenuetur que aqua una cum ſpiritu; mox uero in ipſa immergatur vitriolum ſupra vſtum molitum, & cuſtoditum ad hoc, vt ita infuſum quatriduo maceretur, hinc depleatur quod erit clarum, proiicianturque fæces, & colo filtri traiciatur aqua & reponatur matula vitrea; quæ furnulo aptetur cum capitello ac Recipienti vaſe, omnibusque rite annexis, ſtipatis atque iuncturis cõmiſſuriſue, vt ſpagirici ſolent, ſupponatur ignis adeo lenis, quantum ſufficiat ſtillatim emanare aquam, nam vaſis imo reſidebit ſal vitrioli optime præparatum: Quod indatur retorta luto munita, mox ſupra ipſum ſalem affundatur ſequens aqua.

Itaque Cape vitrioli romani recentis libras decem, & modo ſupra ſcripto, uidelicet uaſis, & igne conſuetis eliciatur noua aqua cum ſpiritu, quæ turſus ſepties rectificetur, ut tenuiſſima eueniat, & halituoſa; mox ipſa perfundatur ſali ipſius vitrioli ſupra recenſito, & in retorta cuſtodito, demum addita aqua ipſi ſali claudatur os retortæ, quæ hipocauſto locari expedit, vt digeratur materia ſalis cum aqua, per dies quinque: poſt modum furnulo ſituetur, ac igne per quam valido vigeatur deſtillare, effluet enim aqua cum ſale ſoluto in ſpiritum, Reſiduum vero nigrum e fæcibus abijciatur, eſt enim nullius momenti, verum cuſtodiatur aqua, quæ dicitur Menſtruum Minerale animatũ, quod reducit metalla in primam materiam, ex qua originem duxerunt.

Claui quinque martis excandefacti, ſexies extinguuntur in ſubſtantia igneæ aceti ter deſtillati, demum in ipſo aceto immergatur cholcothar, & hipocauſto tueatur donec rubore inficiatur acetum, quod inde ſenſim effundatur, & cuſtodiatur, rurſus uero alterum colcothari affundatur acetum, ut prius præparatum, cura quoque vt antea maceretur, quoad rubefiat, tunc depleatur, ut antea, & ita perſeuerandum, ut tota eliciatur eſſentia tenuiſſima à colcothari, tandem cuncta commiſceantur aceta colorata imbutione eſſentiæ cholcotharis, & in matulam uitream clauſa digerantur calore pepanſi triduo, mox annotorio, in capitellum mutato, vrgeatur deſtillare acetum diplomate vſq; ad oleoſitatem reſidebit enim liquor tenuiſſimus quintæ eſſentiæ inſtar olei.

Et aliis arriſit ſoli exiccare chalcanthum, donec in albedinem mutetur, vlterius alii progrediuntur; nam igne leni torrefaciunt lapidem hunc metallicum, quoad albeſcat vſque ad citrinitatem; & nihil vltra faciunt, ne amittant partem illam mercurialem, in qua viget quinta eſſentia, quare non immerito magnifaciunt Philoſophi ſpagirici partem illam chalcanthi.

Alij ſoluunt lapidem ipſum, nempe chalcanthum in aquam communem, & percolant, inde congelant, quemadmodum alij idipſum agunt cum aceto, & alij cum vino, cuius vice alij magis vtuntur ſpiritu vini. Verum denique omnes excellit præparationes, quæ perficiuntur digeſtione, deſtillatione, & circulatione, & in Phyſicum lapidem concretione.

Sulphureum Oleum Chalcanthi, vt album eueniat, quod ſoluit metallorum calces. Cap. XLIIII.

QVamuis de oleo chalcanthi albo ſuperius aliquid obiter commotum fuerit, idcirco conſciui prorſus hic recenſere modum agendi eum, vt ad vnguem impleantur promiſſa: quæ piorum voluptati, & vſui ſint, quapropter igitur opportunitatem rei bene gerendæ non prætermittam: Indatur in veſicam vitream chalcanthus venalis, & crudus, claudaturque phiala cum capitello, ut moris eſt, lenique igne in primis, inde paſſim fortiori vrgeatur deſtillare aqua effluet enim per aſcenſum alba, imo perlucida, quę ſeorſim cuſtodiatur: Reliquum uero ſiccum eſt chalcanthi cadauer, ad inſtar Rubricæ, quod e primo uaſe excipere expedit, mox conterere, & in lentum vitreum, luto artis munitum, ingerere; præterea igne per quam acerrimo, iuxta artem, deſtillare oleum requirit opus: quod rurſus in bocciam altam immittatur, & ſuper eum affundatur aqua iam ſupra ſeruata, quæ rurſus deſtillatione euocetur, Idipſum ſæpius deſtillando reiterari expedit, quo ad imo vaſis conſpiciatur oleum album quanquam antea fuerit nigrum aut rubeum, eſt enim pars ignea tertij elementi, quæ conſueuit, dum ſimpliciter propellatur a ſuo lapillo, effigiem habere ignis, veruntamen, artis induſtria, deponit ipſam, atque miteſcit: hæc enim ſuccedunt ope ipſius aquæ analogæ, cuius peculiare eſt lauare abſtergere, & mundare oleum, nimirum itaque relinqui oleum, poſt crebras diſtillationes aquæ ab ipſo, mundum album, & lucidum

Digitized by Google

cidum, præter quod ſuaue percipitur, nam lotione cum aqua remittitur a credo olei, verum enim vero attenuatur, ita, vt halitu ſuo penetrandi, ſoluendique facultatem habeat metallorum calces: prout in propatulo eueniet procul dubio cuilibet operanti experientiam ager: dum ſedulo incumbat operi, ne ignauia euaneat ſpes, & conſequenter operam ludat:

Aliud Oleum Menſtruumue minerale e vitriolo tantum prolectum, quod metalla cuncta ſoluit phyſice.

VArij animi induſtrie variant artes, idcirco varij ſunt vſus, quos tamen iure præcedunt exercitationis actus, his reperta eſt experientia, & proprie ſingularium, quemadmodum ars vniuerſaliū Teſte Ariſtotile 1. Met. Hoc igitur exemplo nouimus ſequentem modum commodum, labore, & opera aſſequendum: Comburitur enim vitriolum Romanum, more Albucaſis, ad libras decem, inde molitum cuſtoditur donec opus erit.

Rurſus vero Cape alterius noui vitrioli romani, quod ſtalacticū eſt eo melius, naturale enim habetur, doſi totidem, vt antea: quod in retortam flexamue veſicam vitream immitas, exinde, vt moris eſt, propellatur aqua atque ſpiritus vehementiori igne: præterea expedit bis rectificare ipſam, ut magis depuretur, attenuetur que aqua una cum ſpiritu, mox uero in ipſa immergatur vitriolum ſupra vſtum molitum, & cuſtoditum ad hoc, vt ita infuſum quatriduo maceretur, hinc depleatur quod erit clarum, proiicianturque fæces, & colo filtri traiciatur aqua & reponatur matula vitrea; quæ furnulo aptetur cum capitello ac Recipienti vaſe, omnibusque rite annexis, ſtipatis atque iuncturis cōmiſſuriſue, vt ſpagirici ſolent, ſupponatur ignis adeo lenis, quantum ſufficiat ſtillatim emanare aquam, nam vaſis imo reſidebit ſal vitrioli optime præparatum: Quod indatur retoria luto munita, mox ſupra ipſum ſalem affundatur ſequens aqua.

Itaque Cape vitrioli romani recentis libras decem, & modo ſupra ſcripto, uidelicet uaſis, & igne conſuetis eliciatur noua aqua cum ſpiritu, quæ rurſus ſepties rectificetur, ut tenuiſſima eueniat, & halituoſa, mox ipſa perfundatur ſali ipſius vitrioli ſupra recenſito, & in retorta cuſtodita, demum addita aqua ipſi ſali claudatur os retortæ, quæ hipocauſto locari expedit, vt digeratur materia ſalis cum aqua, per dies quinque: poſt modum furnulo ſituetur, ac igne per quam valido vrgeatur deſtillare, effluet enim aqua cum ſale ſoluto in ſpiritum, Reſiduum vero nigrum e fæcibus abijciatur, eſt enim nullius momenti, verum cuſtodiatur aqua, quæ dicitur Menſtruum Minerale animatū, quod reducit metalla in primam materiam, ex qua originem duxerunt.

Claui quinque martis excandefacti, ſexies extinguuntur in ſubſtantia igneæ aceti ter deſtillati, demum in ipſo aceto immergatur cholcothar, & hipocauſto tueatur donec rubore inficiatur acetum, quod inde ſenſim effundatur, & cuſtodiatur: rurſus uero alterum colcothari affundatur acetum, ut prius præparatum, cura quoque vt antea maceretur, quoad rubefiat, tunc depleatur, ut antea, & ita perſeuerandum, ut tota eliciatur eſſentia tenuiſſima à colcothari, tandem cuncta commiſceantur aceta colorata imbutione eſſentiæ cholcotharis, & in matulam uitream clauſa digerantur calore pepanſi triduo, mox antinotorio, in capitellum mutato, vrgeatur deſtillare acetum diplomate vſq; ad oleoſitatem reſidebit enim liquor tenuiſſimus quintæ eſſentiæ inſtar olei.

Et alijs arriſit ſoli exiccare chalcanthum, donec in albedinem mutetur, vlterius alij progrediuntur, nam igne leni torrefaciunt lapidem hunc metallicum, quoad albeſcat vſque ad citrinitatem, & nihil vltra faciunt, ne amittant partem illam mercurialem, in qua viget quinta eſſentia, quare non immerito magnifaciunt Philoſophi ſpagirici partem illam chalcanthi.

Alij ſoluunt lapidem ipſum, nempe chalcanthum in aqua communi, & percolant, inde congelant, quemadmodum alij idipſum agunt cum aceto, & alij cum vino, cuius vice alij magis vtuntur ſpiritu vini. Verum denique omnes excellit præparationes, quæ perficiuntur digeſtione, deſtillatione, & circulatione, & in Phyſicum lapidem concretione.

Sulphureum Oleum Chalcanthi, vt album eueniat, quod ſoluit metallorum calces. Cap. XLIIII.

QVamuis de oleo chalcanthi albo ſuperius aliquid obiter commotum fuerit, idcirco conſcium prorſus hic recenſere modum agendi eum, vt ad vnguem impleantur promiſſa: quæ piorum voluptati, & vſui ſint, quapropter igitur opportunitatem rei bene gerendæ non prætermittam: Indatur in veſicam vitream chalcanthus venalis, & crudus, claudaturque phiala cum capitello, ut moris eſt, lenique igne in primis, inde paſſim fortiori vrgea ur deſtillare aqua effluet enim per aſcenſum alba, imo perlucida, quæ ſeorſim cuſtodiatur: Reliquum uero factum eſt chalcanthi cadauer, ad inſtar Rubricæ, quod e primo uaſe excipere expedit, mox conterere, & in lentum vitreum, luto artis munitum, ingerere: præterea igne per quam acertimo, iuxta artem, deſtillare oleum requirit opus: quod rurſus in bocciam altam immittatur, & ſuper eum affundatur aqua iam ſupra ſeruata, quæ rurſus deſtillatione euocetur, Idipſum ſæpius deſtillando reiterari expedit, quo ad imo vaſis conſpiciatur oleum album quanquam antea fuerit nigrum aut rubeum, eſt enim pars ignea tertij elementi, quæ conſueuit, dum ſimpliciter propellatur a ſuo lapillo, effigiem habere ignis, verumtamen, artis induſtria, deponit ipſam, atque miteſcit: hæc enim ſuccedunt ope ipſius aquæ analogæ, cuius peculiare eſt lauare abſtergere, & mundare oleum, nimirum itaque relinqui oleum, poſt crebras diſtillationes aquæ ab ipſo, mundum album, & lucidum

cidum

cidum, præter quod ſuaue percipitur, nam lotione cum aqua remittitur a credo olei, verum enim vero attenuatur, ita, vt halitu ſuo penetrandi, ſoluendique facultatem habeat metallorum calces: prout in propatulo eueniet procul dubio cuilibet operanti experientiam aget: dum ſedulo incumbat operi, ne ignauia euaneat ſpes, & conſequenter operam ludat:

Aliud Oleum Menſtruumue minerale e vitriolo tantum prolectum, quod metalla cuncta ſoluit phyſice.

VArij animi induſtrie variant artes, idcirco varij ſunt vſus, quos tamen iure præcedunt exercitationis actus, his reperta eſt experientia, & proprie ſingularium, quemadmodum ars vniuerſaliū Teſte Ariſtotile 1. Met. Hoc igitur exemplo nouimus ſequentem modum commodum, labore, & opera aſſequendum: Comburitur enim vitriolum Romanum, more Albucaſis, ad libras decem, inde molitum cuſtoditur donec opus erit.

Rurſus vero Cape alterius noui vitrioli romani, quod ſtalacticū eſt eo melius, naturale enim habetur, doſi totidem, vt antea: quod in retortam flexamue veſicam vitream immitas, exinde, vt moris eſt, propellatur aqua atque ſpiritus vehementiori igne: præterea expedit bis rectificare ipſam, ut magis depuretur, attenueturque aqua una cum ſpiritu, mox uero in ipſa immergatur vitriolum ſupra vſtum molitum, & cuſtoditum ad hoc, vt ita infuſum quatriduo maceretur, hinc depleatur quod erit clarum, proiicianturque fæces, & colo filtri traiciatur aqua & reponatur matula vitrea, quæ furnulo aptetur cum capitello ac Recipienti vaſe, omnibusque rite annexis, ſtipatis atque iuncturis cōmiſſuriſue, vt ſpagirici ſolent, ſupponatur ignis adeo lenis, quantum ſufficiat ſtillatim emanare aquam, nam vaſis imo reſidebit ſal vitrioli optime præparatum: Quod indatur retorta luto munita, mox ſupra ipſum ſalem affundatur ſequens aqua.

Itaque Cape vitrioli romani recentis libras decem, & modo ſupra ſcripto, uidelicet uaſis, & igne conſuetis eliciatur noua aqua cum ſpiritu, quæ rurſus ſepties rectificetur, ut tenuiſſima eueniat, & halituoſa, mox ipſa perfundatur ſali ipſius vitrioli ſupra recenſito, & in retorta cuſtodita, demum addita aqua ipſi ſali claudatur os retortæ, quæ hipocauſto locari expedit, vt digeratur materia ſalis cum aqua, per dies quinque: poſt modum furnulo ſituetur, ac igne per quam valido vrgeatur deſtillare, effluet enim aqua cum ſale ſoluto in ſpiritum, Reſiduum vero nigrum e fæcibus abijciatur, eſt enim nullius momenti, verum cuſtodiatur aqua, quæ dicitur Menſtruum Minerale animatū, quod reducit metalla in primam materiam, ex qua originem duxerunt.

Oleum vitrioli Rubeum, ſuperiore ſuauius, quod tuto aſſumitur interius aduerſus morbum caducum, e Theophraſto Paracelſo. Cap. XXXIX.

NOn omne vitriolum æque cōducit Medicinæ internæ, Quamobrem optimum eligendum eſt, quod careat ærosa tinctura, vt virulentia quoque diſtet, qua magis affluit ærosum: Et ſi quodlibet corrigi poſſit prout ſępius demonſtrauimus pleriſque modis, & locis, nihilominus ſatius eſt optimum eligere vitriolum, quemadmodum nouimus, quod aureę ſubſtantiæ prędítum eſt, vel ſaltem ferreę magis ſapiat huiuſcemodi enim mitioris exiſtunt, ac tutioris qualitatis, qualia ſunt Ciprium vnum, & alterum Romanum: prętere a vitriolum neq; calcinare expedit, Integrum verò crudumue, ac recens prout è minera educitur, ſelectum tamen à rudi terra, ac immūditie, & ideo, vt reperitur in apothecis mercatorum capit Theophraſtus Paracelſus, & in bocciam figulinam, quę ignis vi reſiſtere valeat, quouſque tertia impleatur pars, & in Athanor, philoſophorum furnum, conſtituit eam cum alembico, & receptaculo, ac commiſſuras exquiſite obturat, poſtmodum glutine exiccato, ſuccendit ignem initio lenem, & ſenſim pro artiſtarum more, auget perſeuetanter abſque ulla intermiſſione, diebus plerumque duobus naturalibus, quo tempore tranſeunt ſpiritus, & ſtillę: idcirco cuncta obſeruat ſigna debita vniuerſę aquoſitatis deſtillatę: rurſus eximit caput mortuum, tunditque eum, & indit in alteram bocciam, ſupergeritque iam prius deſtillatū; mox altera vice diſtillatæ vrget igne vehementiſſimo, ita vt omne vitrum fere colliqueſcat, Tandem ſeparat duplici vaſe phlegma, relicto oleo in fundo, rubini, ignisue inſtar, quod appellat arcanum vitrioli aduerſus epilepſiam.

Alij exhauriunt a vitriolo recenti phlegma, & oleum ad inuicem confuſa artis ſpagiricę auxilio, demum cuncta à ſuis fęcibus rectificant vna, ac toties gradu caloris arenę, quoad oleum in ſpiritum exaltetur rubicundum, ac quęlibet abſumatur humiditas phlegmatica, qd decima rectificatione euenire conſueuit. Non deſunt qui in aqua communi ſtillatitia toties immergunt colcothar tenuiſſime tuſum ac duplici vaſe digerunt per diem naturalem, vt trahat eius ſalem, inde percolant aquam, & ſeorſim cuſtodiunt eam, rurſus vero noua aqua ſtillatitia immergunt ipſum colcothar, quod ſępius repetunt, donec colcothar decoloretur vſque ad albedinem, quibus actis congregant infuſiones omnes percolatas, & una decoquunt omnes, adeo vt ſalem deponant euaporatione aquę, hinc ſalem rurſus diſſoluunt per ſe deliquio nempe, coloque traijciunt, ac ſolutum demum calore blando in ſalem, vt ſupra concreſcere curant, ac toties repetunt, nempe ſoluere, & congelare ſalem, quouſque ſal eueniat albus, tandem verò ſalem ipſum molire expedit, proprioque ſuo ſpirituali oleo rubro irrigare præterea irrigatum exiccare demittunt, & iterum perfundunt oleo, ac toties ita perſeuerant, donec duplum in pondere

conſiſtere

Digitized by Google

conſiſtere videatur, tunc in diplomate maceretur vſque ad ipſius ſolutionem, denſant inde ſolutum tempore cinerum ita, vt ſenſim concreſcat: Ter quoque repetunt ſolutionem, & congelationem, vt perficiatur medicina, more ferè Clyſſi, quæ aſſumpta per os doſi vnius ſcrupuli exonerat ventrem, & confert ferè omnibus morbis præter quod ſi ſuperfundatur amalgamæ fixat cum triduo.

Oleum vitrioli potabile ex Zapata. Cap. XL.

QVamuis triplicem modum ediderit Zapata eliciendi oleum è vitriolo, primo autem modo euocat oleum cauſticum ex vitriolo combuſto, ac præ vehementi incendio rubefacto: nihilominus in præſenti omittam eum, cum ſatis, ac late de eo diſcuſſerim in ſuperioribus: quatenus ad alios duos modos extrahendi oleum potabile, ac ſuaue æque dicuntur lepidiores, prout equidem ſunt, nam citra combuſtionem vitrioli exequuntur extractionem olei vna cum aqua propria, quæ contemperat ipſum, horum vero vnum edidi capite vigeſimo ſeptimo præſentis Deſcriptionis: Reliquum eſt igitur, vt tertium tantum referam: vbi excipit vitriolum, quod optimum ſit, quemadmodum eſt Romanum, aut Ciprium, aut ex Agort agri Bellunenſis refinatum cum fragmentis ferri, prout Venetijs præparatur; hoc enim vitriolum ita paratum accedit ad temperaturam vitrioli Romani, cum equidē depoſuerit acrem ſubſtantiam æris, vt exigit ars, quodlibet excipiatur, dummodo crudum ſit, vt venale citra vllam præparationem, & indit ipſum in retortam luto artis obductam, vt igni perduret, quare furno committit eam cum receptaculo vaſe vitreo, & amplo, ſuccenditque ignem initio lenem, quo effluet aqua inſipida phlegmatica, quam reijcit; demum ſenſim auget ignem, quouſque extillet oleum vna cum alia aqua, ſiue ſpiritu aquæ cum aciditate, quæ dubio procul eueniet ſpatio duodecim horarum: Rurſus oleum iam deſtillatum, vnacum ſpiritu acido affundit in matulam vitream, & ipſam cineribus feruidis committit ore recluſo, quouſque humiditas euaporet aquoſa, ſolumque ſubſideat oleum, veruntamen hoc animaduertere operæpretium eſt, vt magis aut minus ferueſcere mittas quantum libuerit, vt decreſcat aqua, aut quantum validius tibi arriſerit oleum: aqua enim temperat oleum, ac hebetat ipſum, cuſtodiendum ampulla vitrea optime clauſa cum cera, quo ad neceſſitatis vrgebit occaſio.

Alter ferè ſimilis modus deſtillationis proditur à Philippo Mullero, libro de mirac. Chymic.

Vrget Vitriolum uenale, prout reperitur expers omni preparatione, in cucurbitam figulinam rectam, quam tegit, & claudit capitello, annexo receptaculo & ſuppoſito igne, auctoque, ut moris eſt, donec phlegma, & aer una effluxerint cum uaporibus albis, reſidebit Vitriolum in cucurbita calcinatum: phlegma ſegregat à ſpiritu calore diplomatis: colcothar autem molitum & in bocciam flexam ſitum exponit igni ualidiori, quo effluet oleum per ſe cuſtodiendum: preterea prodit corrigere ſpiritum, ut omni fetore exuatur, & odo-

ratiſſimus

ratiſſimus fiat:ſi ſpiritu imbuatur colcothar eius tritum, ac parumper maceratum,inde leni calore ſtillatim detrahatur,ſuccedet odoratiſſimus.

Oleum Vitrioli coagulat, & fixat oleum Tartari, eodemque tempore dulcet oleum Vitrioli. Cap. XXXXI.

NAm ſępius experimento conſpeximus duo acria adinuicem confuſa ſe mutuo iugulare, quare deducitur ex eis tertium mite, cęteris quoque relictis alteratis,& refractis,idcirco ceu axioma uerſatur hoc in communi conceptu ocius eſt videre exemplum, ſi ſoluatur deliquio in aere Tartarum, nempe calculus vini lateribus uaſorum adhęrens,mox combuſtum,& in calcem verſum,liqueſcit in liquorem,quem oleum Tartari appellant,inde ipſum filtri lingulis traiciunt demum idipſum cyato uitreo, calore cinerum exiccant,ac rurſus dio reponunt ut ſoluatur,atque mox leni calore exiccetur euaporatione ſuperfluę humiditatis,quod repetere ter expedit, tandem uerò liqueſcere demittatur humido:cuius percolati olei tartari libra affunduntin cucurbitam vitream amplam,& luto artis loricatam,cui poſtea adijciunt ſenſim vncias quinque,parum plus uel minus circum circa olei è uitriolo rectificati, nempe guttam poſt guttam, alioquin facile accenditur, & confringit vas:ſi vero ſenſim infundatur Vitrioli oleum cogit oleum Tartari concreſcere in coagulum albiſſimum lactis inſtar, quod illicò ad imum tendit,vbi reſidebit materia ſalis Tartari colore albiſſimo, quæ proprie nuncupatur Tartarum album fixum, etenim adhuc ei ſupernatat oleum vitrioli retuſum,quod ſegregari expedit,prout inclinato vaſe effundere, aut deſtillatione acta balneo maris elicere quamlibet humiditatem,vſque ad ſiccitatē ſalis tartari albiſſimi & fixi,qui deicit aluum,commode exonerat per inferiora, & per ſudorem, hidropem ſanat,comminuit calculum,& expellit podagram,& peſtem,aſſumitur cum melle roſato,vel ſirupo, cum aqua cardi benedicti,aut ſcabioſę,aut galegæ,ſiue rutæ caprariæ,aut ſcorzoneræ, tragoponis ſpecies,forma potabili.In forma autem ſolida exhibetur cum theriaca,& fit bolus, aut pillula; doſis ipſius Tartari fixi eſt ſcrupulus ſemis vſque ad vnum.

Breuiori modo,& minori quãtitate alter ſe expediebat,in inſtãti enim hac diuerſitate menſuræ commiſcebat ſenſim olei Vitrioli drachmas duas cum dimidio drachmæ olei Tartari,& illico ex his,eueniebat materia lactea, quæ concreſcebat in ſalem albiſſimum,& fixum,qui renum obſtructiones liberat, & calculum tum renum, cum veſicæ expellit,& commode abſtergit ac purgat,dum potu aſſumatur ſequenti ordine,& doſi prout,Cape ſupraſcripti ſalis drachmæ dimidium,Iulapii roſati vncias binas Aquæ cinamomi unciam ſemis,commiſceantur omnia adinuicem,& potu exhibeatur aduerſus omnes in corpore putredines,confert pecti, pleuritidi, tuſſi, peripneumoniæ, empyemati,contra calculum,& veſicæ,& renum exulcerationes.

Componunt quidam eſſentiam ſpecificam purgatiuam, aſſumendo magi-

Digitized by Google

ſterij Tartari,magiſteriique Vitrioli æqualem portionem,quę ambo ad inuicem compaginant,inde compoſito adiiciunt totidem eſſentiæ croci,& in pellicano per menſem circulant calore arenæ: Demum ſedulo cuſtodiunt pharmacum hóc ęquiualens,nullo diſcrimine complexiuum,purgare quodlibet corpus præter quod animantia, atque vegetabilia ipſa vegetare facit, ſæpius enim uiſum fuit inſtaurari florem anthos areſcentem, & in priſtinum vigorem reſtitui,præſertim cum Vitrioli magiſterio.

Quomodo demulceri, ac dulcorari poſſit oleum Vitrioli, quantumuis igneum, & corroſiuum ſit. Cap. XLII.

IVre equidem apprehenſum eſt,omnium conceptu,oleum Vitrioli corroſiuum non æque conducere internis corporis humani vſibus: niſi prius detrahatur eius acrimonia,vel quouis modo aboleatur adeo,ut mite,dulceque euadat:propterea ſalubre tunc eueniet,ac tutum remedium,egregiumque præſidium in terios aſſumendum: noſtræ itaque induſtriæ intereſt morem gerere,quot modis huiuſcemodi oleum dulce ſuccedere queat, vt uoti noſtri compotes ſimus: Idcirco dum philoſophorum dicta meminerim, moreſque,ac geſta eorum contemplarer,ac ſimul per plura experiméta acta perſcrutatus ſim,dubio procul noui multiplicem eſſe modum edulcorandi oleũ Vitrioli,quantumuis corroſiuum:primum itaque vt ad actum demonſtrationis accedam,equidem aſſero,ſæpius intueri hoc oleum corroſiuum dulceſcere,vbi eo commiſceatur puluis vnionum, aut lapidum oculorumve Cancri fluuiatilis, aut puluis cornu cerui uſti, & huiuſcemodi aliorum, ſat eſt, vt quodlibet eorum immiſſum in Vitrioli oleum efferueſcentiam excitet,in qua acris ſpiritus oleo abſcedit,& ad imum vaſis præcipitat, ut nihil relinquatur, præterquam aqua Vitrioli retuſa,quam nuperimi appellant oleum dulce, quamobrem fallit eorum opinio.

Alterum vero miniſterium accedit, non minus efficax dulcorare ipſum oleum corroſiuum,quemadmodum,& acidum ſpiritum contemperare æquiualet,quod ſi conſequi uelimus,operæpretium eſt laminas iniicere chalybeas in ipſum oleum,ac eas ſępe mutare expedit,illas enim conſpeximus utrunque ſpiritum acidum nempe, & corroſiuum refrangere, ac ſimul ex ſe ſulphur conferunt.

Memineritis atque quod recenſitum fuit ſuperiori capite de oleo Tartari cum oleo Vitrioli permixtis præ aliis modis pręcipuum eſſe, ut dulcoretur. Præterea videtur perſuaſum Raimundo Lullio, Theopraſto Paracelſo, necnon ſcaligero,quintam eſſentiam Vini,magnetica vi ſua,ſi admiſceatur cum oleo Vitrioli illico attrahere quintam eſſentiã olei vitrioli,ſpiritumue ſulphureum oleoſum,adeo,vt ſulphura utriuſque ſpiritus, nempe uini, & Vitrioli amboſe ſe amplectantur vinculo naturæ ſimilis,quod ſatius euenit dum per menſem circulentur diplomate, circulatorioque vaſe uitreo optime clauſo, demum per retortam ſegregare exigit ars.

Verum aliorum ſatius commodum eueniet proprium Vitrioli phlegma, ſi ſæpius cum eo rectificetur oleum, ac demum ſeparetur more artis, eueniet dulce.

Potiſſimum eſt in hoc, quemadmodum vniuerſim in omnibus, Naturæ inſtrumentum, nempe digeſtio, quæ ſi alludatur ad ſtomachi digeſtionem, in quo decoquitur cibariorum materia, vbi ſeparatur purum ab impuro, hæc contemperat omnia, quare ſufficit demulcere vehementiam, & acredinem ipſius olei Vitrioli, idcircò digeſtione opportunè facta, dulciſſimum, & potabile fiet, quemadmodum experientia docuit: Dulce quoque educitur Vitrioli oleum, vbi eius tinctura eliciatur aceto ſtillatitio, ac iterum deſtillare vrgeatur vſque ad oleoſitatem, deinceps ipſi oleoſitati addere conducit glareæ manipulos duos, ac optime commiſcere, hinc retorta, vt diſtillentur cogere, nam oleum effluet dulce, & idoneum.

Alterum Vitrioli oleum dulce inſtar mellis prodidit Gerardus Corneus, cum ipſe ex colcothare optime exiccato expellit oleum per bocciam retortam, deinceps oleo frigefacto affundit guttas tres de ſpiritu ſalis nitri, & guttas quinque olei de ſarmentis, ex quibus omnibus adinuicem commixtis diſtillare cogit oleum mixtum in vnum, dulce, delectabile, & ſaluberrimum, quod ſumminoperè præſtat maniæ, melancholiæ omnis generis, aſthmati phthyſi, imbecillitati, & doloribus ſtomachi, ictéris, ſcirris, lienis, & hepatis, calculis comminuendis; & id genus aliis.

Alioquin opinionem potius animo concepit Libauius edulcoſcere oleum Vitrioli corroſiuum, vbi ipſi oleo immiſceatur ſal colcotharis, vnde bis deſtillare vrgeatur, nam in ſecunda deſtillatione, prout exiſtimauit Libauius ipſe effluet oleum pulchrum, clarum, ac dulce inſtar ſacchari, quod à multis quæſitum, & à paucis inuentum: ſed nunquam adductus ſum, vt credam hoc, nulla enim perſuadet ratio, immo ex oppoſito conſpicuum ſæpius habui oleum mixtum cum ſale analogo emanare validius: ne tamen quiſpiam putet meipſum implicare ſermonem, meminerit quæ antea dixi, deinde experii operam nauet, ſola enim experientia eſt omnium rerum vera iudicatrix.

De artificiali rubificatione Vitrioli, ac omni alia præparatione ipſius. Cap. XLIII.

Reliquum eſt nunc proſequi, qua ratione præparetur Vitriolũ, priuſquam diſtillationi ſubijciatur, vel alio quouis vſui conſtituatur, cum enim Priſci, tum etiam Neoterici conſenſerint omnes, operæpretium eſſe, vt ſedulo expurgetur Vitriolum à ſua quadam virulentia adeo vt ea expers, mundúmque euadat, ac inde exutum omni pernicie Vitriolum conſequatur eſſe ſalubre, & tutum corporibus humanis, quibus noxam inferre nequeat, immo verſa vice maximum eis præbere auxilium, etſi varijs in locis partim commemorauerim obiter varias præparationes ipſius mineralis, nihilominus ſufficere non mihi videtur, niſi progrediar ad ſummum, quamobrē

hic

hic attentiore cura exponam plurifariam parari Vitriolum, idcirco quamplurimi in hoc ſtadium deſcendunt, incumbentes tantummodo elicere oleum corroſiuum à Vitriolo, vbi penitus negligunt omnem Vitrioli aquoſitatem, quæ oleum reprimere, ac contemperare valet, ſed in oppoſito, vt acrius, validiuſque effluat oleum iſtud metallicum enituntur ab ipſo metallo abſummere prius igne prunarum quamlibet aquoſitatem non æque exiſtimantes ſuperfluam, & inanem ipſam; omittunt itaque cætera elementa, verum hac ſerie continuataque progreſſione euocandi oleum tantum comburunt Vitriolum immiſſum in olla teſtacea ore recluſo, vſque ad rubedinem, quemadmodum plane prodiderunt tum Dioſcorides libro quinto de medicinali materia, cum etiam Galenus libro nono, de ſimplic. medicament. facult. & præ alijs Bulcaſis libro ſeruitoris; ſic igitur præparant Vitriolum vtendo prunarum ardentium vi, vt abſumatur aquoſa eius humiditas, exiſtimantes eam ſuperfluam eſſe, ſine qua validius, acriuſque euenit oleum, & maiori copia effluit, diminuitur enim corpus dum vritur, & aquoſitas abſumitur, corpus vero oleoſum reſidet tãtum cum analogo ſale in minori mole ipſius fæcis terreſtris, ita quod cohibetur ad pondus medietatis corporis, quapropter maior quantitas corporis combuſti, in quo exiſtit oleum, inditur in retorta, ita vt maior quantitas olei effluere conſequatur vna deſtillatione: præterea alterum euenit beneficiũ maximi momenti, nam ex combuſtione ipſius chalcanthi euaneſcit vapor, atque ipſius pernitioſa virulentia, quæ hominibus, cæteriſque animalibus noxia, frugibus, cunctiſque arboribus exitium affert, quamobrem longius ab his, ſubdio, & vaſe aperto prunis ardentibus expoſito comburunt, vt penitus exhalet omnis virulentia, diminuaturque corporis moles, præualet tamen hæc ſecunda intentio iuxta votum ſpagyricorum vulgarium, qui vt empirici parum aliud animaduertunt quam lucrum, cui tantum intenti ſunt: præterea memineritis alias expoſitum fuiſſe, hoc metallicum corpus præ vſtione rubefactum appellari a Tranſmontanis colcothar, quod denique ita præparatum in retortam indunt, ac diſtillare vrgẽt validiori igne oleum corroſiuum, quod intus quoque aſſumendum, adminiſtrant cum aquis ſtillatitiis, aut liquoribus, decoctiſve congruis aut iure carnis, aut vino, aut vini ſpiritu, quamuis ſatius ſuccedat analoga ipſius metallici aqua, cum ſaccharo, aut luleppo, modis, vt ſæpius diximus.

Noui alios includentes chalcanthum in ollam figulinam deuitreatam, quam luto clauſam, ac optime obſtructam ne exundet, cum liqueſcerit igne prout conſueuit, ac ita fert eius natura, neque expirare permittunt, diſpergerentur. n. chalcãthi ſpiritus, quod in caſſum eſſet opus ob id clauſum, & luto exiccato locant furno calido reuerberii per diem naturalem, ut in calcem rubeam vertatur, quam excipiunt, & in alteram ollam recundunt, ut in prima, ac igni calcinant, idem tertia repetunt: demum dum adhuc calet ſedulo immergunt in modicum ſpiritus uini, & igni omittunt ſenſim exhalare, ut penitus exuatur omni virulentia, quanquam ſatis diſceſſerit in triplicata calcinatione, denique calcem ipſius chalcanthi molunt pro expleta præparatione, tũ ad deſtillationem, cum etiam ad quamcunque aliam operationem.

Ex hoc cholcothare alii eliciunt quintã eius eſſentiam, hoc ſequenti modo;

Claui quinque martis excandefacti, ſexies extinguuntur in ſubſtantia igneæ aceti ter deſtillati, demum in ipſo aceto immergatur cholcothar, & hipocauſto tueatur donec rubore inficiatur acetum, quod inde ſenſim effundatur, & cuſtodiatur, rurſus uero alterum colcothari affundatur acetum, ut prius præparatum, cura quoque vt antea maceretur, quoad rubefiat, tunc depleatur, ut antea, & ita perſeuerandum, ut tota eliciatur eſſentia tenuiſſima à colcothari, tandem cuncta commiſceantur aceta colorata imbutione eſſentiæ cholcotharis, & in matulam uitream clauſa digerantur calore pepanſi triduo, mox anti-notorio, in capitellum mutato, vrgeatur deſtillare acetum diplomate vſq; ad oleoſitatem: reſidebit enim liquor tenuiſſimus quintæ eſſentiæ inſtar olei.

Et alijs ſatis fit ſoli exiccare chalcanthum, donec in albedinem mutetur, vlterius alii progrediuntur, nam igne leni torrefaciunt lapidem hunc metallicum, quoad albeſcat vſque ad citrinitatem, & nihil vltra faciunt, ne amittant partem illam mercurialem, in qua viget quinta eſſentia, quare non immerito magnifaciunt Philoſophi ſpagirici partem illam chalcanthi.

Alij ſoluunt lapidem ipſum, nempe chalcanthum in aqua communi, & percolant, inde congelant, quemadmodum alij idipſum agunt cum aceto, & alij cum vino, cuius vice alij magis vtuntur ſpiritu vini. Verum denique omnes excellit præparationes, quæ perficiuntur digeſtione, deſtillatione, & circulatione, & in Phyſicum lapidem concretione.

Sulphureum Oleum Chalcanthi, vt album eueniat, quod ſoluit metallorum calces. Cap. XLIIII.

QVamuis de oleo chalcanthi albo ſuperius aliquid obiter commotum fuerit, idcirco conſcius proſus hic recenſere modum agendi eum, vt ad vnguem impleantur promiſſa: quæ piorum voluptati, & vſui ſint, quapropter igitur opportunitatem rei bene gerendæ non prætermittam: Indatur in veſicam vitream chalcanthus venalis, & crudus, claudaturque phiala cum capitello, ut moris eſt, denique igne in primis, inde paſſim fortiori vrgeatur deſtillare aqua effluet enim per aſcenſum alba, imo perlucida, quæ ſeorſim cuſtodiatur. Reliquum uero fecum eſt chalcanthi cadauer, ad inſtar Rubricæ, quod e primo uaſe excipere expedit, mox conterere, & in leutum vitreum, luto artis munitum, ingerere: præterea igne per quam acerrimo, iuxta artem, deſtillare oleum requirit opus: quod rurſus in bocciam altam immittatur, & ſuper eum affundatur aqua iam ſupra ſeruata, quæ rurſus deſtillatione euocetur, Idipſum ſæpius deſtillando reiterari expedit, quo ad imo vaſis conſpiciatur oleum album quanquam antea fuerit nigrum aut rubeum, eſt enim pars ignea tertij elementi, quæ conſueuit, dum ſimpliciter propellatur a ſuo lapillo, effigiem habere ignis, veruntamen, artis induſtria, deponit ipſam, atque miteſcit: hæc enim ſuccedunt ope ipſius aquæ analogæ, cuius peculiare eſt lauare abſtergere, & mundare oleum, nimirum itaque relinqui oleum, poſt crebras diſtillationes aquæ ab ipſo, mundum album, & lucidum

cidum

cidum,præter quod ſuaue percipitur,nam lotione cum aqua remittitur a credo olei, verum enim vero attenuatur,ita, vt halitu ſuo penetrandi, ſoluendique facultatem habeat metallorum calces:prout in propatulo eueniet procul dubio cuilibet operanti experientiam aget : dum ſedulo incumbat operi , ne ignauia euaneat ſpes,& conſequenter operam ludat:

Aliud Oleum Menſtruumue minerale e vitriolo tantum prolectum, quod metalla cuncta ſoluit phyſice.

VArij animi induſtrie variant artes, idcirco varij ſunt vſus, quos tamen iure præcedunt exercitationis actus,his reperta eſt experientia, & proprie ſingularium, quemadmodum ars vniuerſaliũ Teſte Ariſtotile 1. Met. Hoc igitur exemplo nouimus ſequentem modum commodum, labore, & opera aſſequendum: Comburitur enim vitriolum Romanum, more Albucaſis, ad libras decem, inde molitum cuſtoditur donec opus erit.

Rurſus vero Cape alterius noui vitrioli romani,quod ſtalacticũ eſt eo melius,naturale enim habetur,doſi totidem, vt antea:quod in retortam flexamue veſicam vitream immitas, exinde,vt moris eſt,propellatur aqua atque ſpiritus vehementiori igne: præterea expedit bis rectificare ipſam , ut magis depuretur, attenueturque aqua una cum ſpiritu ; mox uero in ipſa immergatur vitriolum ſupra vſtum molitum,& cuſtoditum ad hoc, vt ita infuſum quatriduo maceretur,hinc depleatur quod erit clarum,proiicianturque fæces, & colo filtri traſciatur aqua & reponatur matula vitrea ; quæ furnulo aptetur cum capitello ac Recipienti vaſe,omnibusque rite annexis, ſtipatis atque iuncturis cõmiſſurisue, vt ſpagirici ſolent,ſupponatur ignis adeo lenis, quantum ſufficiat ſtillatim emanare aquam,nam vaſis imo reſidebit ſal vitrioli optime præparatum: Quod indatur retorta luto munita, mox ſupra ipſum ſalem affundatur ſequens aqua.

Itaque Cape vitrioli romani recentis libras decem , & modo ſupra ſcripto, uidelicet vaſis,& igne conſuetis eliciatur noua aqua cum ſpiritu , quæ rurſus ſepties rectificetur,ut tenuiſſima eueniat,& halituoſa, mox ipſa perfundatur ſali ipſius vitrioli ſupra recenſito,& in retorta cuſtodita,demum addita aqua ipſi ſali claudatur os retortæ,quæ hipocauſto locari expedit , vt digeratur materia ſalis cum aqua, per dies quinque: poſt modum furnulo ſituetur, ac igne per quam valido vrgeatur deſtillare,effluet enim aqua cum ſale ſolutio in ſpiritum,Reſiduum vero nigrum e fæcibus abijciatur,eſt enim nullius momenti,verum cuſtodiatur aqua,quæ dicitur Menſtruum Minerale animatũ,quod reducit metalla in primam materiam,ex qua originem duxerunt.

Experimenta huius generis penitiora totum concludunt opus. Cap. XLV.

PRodidit præ cæteris, egregius vir Ioannes Beguinus, in ſuo tyrocinio Chymico, vitriolum ſapere naturam ſalium, aluminum, & ſulphurum, adeo vt cõſtet parte aquea terrea, & intermedia, quæ teſte Ripleo in Pupila Alchimię, à ſuis extremitatibus videlicet aquea, & terrea diſtrahi nequit præterquam Mercurio, hic enim, vt ſenſit Geber, retinet quod eſt eius naturę, alienumque reſpuit: prætereat ipſa intermedia ſubſtantia diaphana per ſublimationem eleuatur in candorem niueum, in quo ſulphureum ſemen latet rubicundiſſimum: proinde in turba legimus ſatis admiratos eſſe Philoſophos rubedinem conſpexiſſe in tanta albedine. Idcirco de hoc ſulphure inquit Geber vigeſimo octauo capite ſummæ perfect. Per Deum Altiſſimum idipſum, illuminat, & rectificat omne corpus, nam eſt Alumen, & tinctura, quæ appellatur aqua vitæ, aqua ſicca, quæ manus non madefacit, & aqua viua idest argentum viuum non vulgare, & ſpiritus fœtens, quem aliter ſulphur nominarunt philoſophi non vulgare, ſed ſubſtantia quædam naturalis creata à Deo, quæ virtualiter habet in ſe eſſentiam ſulphuris, & mercurij: præterea dicitur aqua congelata, & ſal animatus, de quo Raimundus poſt Alphidium, ait ſal non eſt niſi igni, nec igni præterquam ſulphur, neque ſulphus præterquam argentum viuum reductum in illam pretioſam ſubſtantiam cœleſtem incorruptibilem, quam vocant lapidem noſtrum.

Expedit itaque, vt ad actum perducamus tam eximium negotium, celeberrimumque remedium, eligere prædictam aquam congelatam, quæ ſit modo Cypria, Romanaue, aut Hungarica non adulterata, ſed Genuina, pondere verò ad libitum; inde olla figulina deuitreata exponatur igni prunarum moderato, donec ſuperflua humiditas abſcedat, tunc enim eius ſubſtantia reſidebit, hac vulgari calcinatione alba cum ſubcitrinitate; cum proculdubio euitare debeamus validum ardentemque ignem, ne rubificetur, nam ſpiritus noſter glorioſus amitteretur, atque euaneſceret vna cum eius quinta eſſentia; ſat itaque erit ad albedinem, vel ſaltem ad ſubcitrinitatem, moderata calcinatione, ducere prædictum lapillum, quem molire opus erit cum portione ſeptimæ partis teſtæ eiuſdem, demum horum pollinem in retortam loricatam artis luto immitas, ita vt tertia pars relinquatur vacua, eamque in furnulum reuerberij conſtitue, & receptaculum annecte amplum, iuncturiſque rite ſtipatis ſuccendatur ignis, & ſenſim augeatur per horas viginti, vel quouſque ſpiritus omnes egreſſi fuerint, & poſtridie ſeiunctis vaſis depleatur oleum, quod diplomate ſegregetur à phlegmate, & vſui cuſtodiatur; quamuis non deſint qui ſuper corallos tritos ſpiritum rectificant ex arena: verum equidem pleræ ſunt facultates ipſius ſpiritus, hauſtus enim aquis idoneis confert aduerſus febres ardẽtes, nam refrigerat, & ſitim compeſcit, putredinem abſtergit, & abſumit, ac deobſtruendo promouet vrinas, atque ſudores, & incidendo phlegma, omnẽſque craſſos humores conſumit, deficiẽtem appetitum roborat, ac pulcher

rimo

timo colore inficit ſuccos omnes florum tum roſarum cum etiam violarum vel aliorum cuiuſcunque generis.

Elegans figura arcani, filio miſſi à ſene Philoſopho. Cap. XLVI.

Dum filium hortatur ſenex ſeruare mandata ſua iuxta ritum reconditæ philoſophiæ matre omnium artium, ut uotum ſuum conſequatur: primo erudiuit ipſum principia huius famoſæ ſcientię eadem eſſe, quæ & naturalia in metallis, quorum materia eſt aqua viua, & ſpiritus fętens in una ſubſtantia naturali, ex qua deducitur eſſentia ſubtilis fumoſa cũ viſciditate in viſceribus terrę, & mineralibus venis, ubi virtus mineralis decoctione temperata, vnit & congelat ipſam ſecundam ſubſtantiam in metalla, tum perfecta, cum & imperfecta iuxta puritatem, & impuritatem ipſius ſubſtantię, ac iuxta ipſius perfectam uel imperfectã digeſtionem: iccirco pręter ſententias, & rationes, quas filio expoſuit ſapientiſſimus ſenex, nempe ſpeculatiuas, ad cognitionem rerum vniuerſalium ſpectantes, nititur ad exitum ſe expedire, vt actu particulare proficiat, in hoc enim exiſtit finis operis philoſophici vt perficiatur. Cum vero expoſcat ars eandem materiam pro conſtructione lapidis noſtri glorioſi, nihilominus nequit ars agere ſubſtantiam primam ſulphuris, & mercurij, verum inquirit ars vbi ſit, & reperijt hæc omnia eſſe creata à Natura in lapillo noſtro, nempe leone viridi, quamobrem ſenex ille Philoſophus inſtruxit filium ſupplere Naturę mundificatione, coniunctione, & decoctione vnius rei, quemadmodum Geber ait, quippe lapis vnus, materia una, cui nihil additur extraneum, nec minuitur pręterquam demitur ſuperfluum: quibus conſenſit Hermes pater philoſophorum, prout ipſius verba ſonant, verum veriſſimum ſine mendacio, quod eſt ſuperius, eſt ſicut inferius ad perpetrandã miracula rei vnius, & non plurium. Hęc verò, vt habemus ab Ariſtotele ad Alexandrum, continet in ſe tres ſuperiores virtutes, ſcilicet vegetabilem, Animalem, & mineralem. Ex prędictis itaque patet operationem ipſius medicinę eſſe naturalem, teſte Arnaldo de Villa noua in Roſario nouo, medicina enim compoſita eſt ex natura: exempli gratia, omne procedit ex eo, in quod reſoluitur, conſpicimus enim gelu verti in aquam, vt prius erat: Etenim Natura nequit mundare materiam primam, neque potuit operationem ſuam complere ſicut in metallis, quare reliquit eam immũdam, cui indigenti opem ferre nititur ars, vbi naturę ſupplet, & operatione auxiliatur ei in mundificatione primę ſubſtantię, in cõiunctione, ac decoctione: vbi verò ſenex accedit ad Praxim, aſſumit lapidem noſtrum benedictum, glorioſum, & incombuſtibilem, occultatum ab omnibus Philoſophis: nimirum igitur quod ſenex ipſe prodiderit pręparationem lapidis noſtri ſub ęnigmatica figura nam ita conſulit rudem detrahere pellem à Leone viridi, leni tamen calore agitato, ne cruore rubeſcat præ nimio æſtu, at moderato prout infert Apollo æſtatis initio, ſat enim erit albeſcere, aut ſaltem ſubflaueſcat cũ albedine, ne pereat opus exinanitione ſpiritus quintæ eſſentiæ glorioſus, at

Digitized by Google

ſuperflua tantum exhaletur humiditas vulgari calcinatione, Hoc eſt primū leonis viridis ſupplicium: Rurſus leonis corpus fractum, ac tenuiſſime molitum includitur ſeorſim in cubili vitreo curuo, cui alterum annectitur cubile recipiens ſpiritum mercurialem, & animam ſulphuream igneam, exhalantes è Chaos noſtri lapidis benedicti, quamobrem obſeruentur, ſtipatis commiſſuris, ne expirent ſpiritus, requirit opus & occaſio; mox itaque torquetur leo à fabro Deorum, ſuppoſito, qui ſedulo flagret, ac ſemper de magis furiat, quouſque percitus luctu ſoluatur ipſius leonis vita, veſteque lugubri, dolorem teſtetur, nam præ nimio æſtu fugit, fumos eructat albos, & lacrymas profundit, quouſque langueſcant vires, atque vitam relinquat; poſt autem occaſum depoſito luctu, deſitiſque lacrymis, conſederint fumi cubile recipienti, Tunc ad extremum intendat or Vlcanus per aliam horam, vt mos eſt, in expreſſione aquæ ſtygiæ, ſic igitur ſummo cruciatu deleatur, vt ſi quæ pars ignea ponderoſa exuterii euocetur, adeo ut effluere cogatur: quibus abſolutis inſpicies reſidere aquam prætioſam, benedictam, & ſecretam in imo cubili recipientis, ex ſudore, & lacrymis Leonis ortam, quæ tribus conſtat elementis, videlicet Aqua, Aere, & igne: in ipſa aqua eſt ſecretū ſecretorū maximū; idcirco ſapiētes Philoſophi, uocarunt eam omnibus mundi nominibus, eſt enim verus Philoſophorum Mercurius, menſtruum coelicum Raimundi, acetum acerrimum, lac uirginis, mēſtruum minerale, Vegetabile & Animale, aqua propria, aqua permanens, aqua ſerenans, aqua vitæ, ſtella orientalis, ſons viuus, ſulphur inuiſibile, pleraque alia nomina attribuerunt ei, quæ tamen omnia ſunt unum, & idem: O liquor benedictus, incomparabilis theſaurus mundi, qui interficis corpus tuum, ac iterum ſuſcitas, vt reuiuiſcat, præterea dealbas ipſum, atq; rubefacis: cuſtodias itaque fili cariſſime aquam ipſam, quouſque tempore exhibere ualeas corpori ſuo mundo, redacto in terram magicam, quam ut agas memineris e tumulo primi cubilis elicere cadauer, quippe corpus defunctum, & in cinerem rubicundiſſimum verſum ad inſtar terræ Damaſcenæ ex qua factus fuit Adam, & poſt obitum reuerſus eſt in terram incineratam: Demum ex ipſa educitur lauacro corpus ſimplex, exiccaturque phiſica calcinatione, adeo ut exiſtat ſplendidum, & album, naturæ ſalis hoc eſt fulcimen noſtri lapidis, & mater omnium elementorum, alioquin terra magica & fixa, quæ coniugatur in matrimonio cum aqua, hac potione vt pondus vnum terræ fixæ, in pollinem redactæ, copuletur cum quatuor ponderibus aquæ vitæ philoſophorum in boccia recta lati oris, & duplici uaſe locabis eam octiduo fili cariſſime, quibus diſſoluetur corpus, inde ſpiritus concreſcet cum corpore, & tali coniunctione exequitur matrimonium, agit enim maſculus in fœminā, videlicet aqua in terram ſoluendo, & ſpiritum cum ipſa coagulando, ſic igitur aſcendit e terra in coelum, mox uice verſa è coelo in terram deſcendit, nā conſequitur acquirere uim ſuperiorum, atque inferiorum, digerendo, deſtillando, coagulando, & ſublimando: Verum elapſis octiduo antinotorium deponere expedit, cuius vice, copulatur alembicus, eodemque calore duplicis vaſis diſtillabit humiditas quædam ſuperabundans, & inanis, quamobrem proiicitur ipſa humiditas diſtillata, nam remanebit tantummodo ſpiritus cum corpore fixus: quare hoc inuenerūt Philoſophi, quippe quod exiuit ab eo, redu-

catur

Digitized by Google

cetur ſuper eum, donec figatur cum eo, & non ſeparetur in æternum, natura enim natura lætatur: Præterea ipſam operationẽ appellauit Raimundus conceptionem, vbi terra incœpit ſecum retinere de argento viuo, ideſt de ſpiritu noſtro mercuriali, Rurſus terram balneo exiccatam elice, & libra, mox vitreo mortario moliſe expedit, inde in vrinale ſuum immittere ſuper affundendo æquale pondus aquæ noſtræ glorioſæ, & diplomate conſtituatur, ibique per diem naturalem digeratur, quo elapſo transferatur vas ad ſtratum cinerum, tunc autem deponatur antinotorium, & claudatur alembico, demum ei ſupponatur ignis lenis, vt ſtillatim effluat quicquid poterit, leuiterque terra exiccetur abſq; ulla vitrificatione, alioquin totum deſtrueretur opus: iccirco prædictam imbibitionem cum inhumatione, ac deſtillatione peragere opus eſt, vſque adeo terra imbiberit quinquageſſimam partem ſui: aut experimento conſpicies, ſi modicum ipſius exponatur ſuper laminam ignitam, & euolauerit, perfectum eſſe opus indicabit: ſin autem oppoſitum occurret, reitera eaſdẽ operationes, donec conſequaris optatum: memineris uerò, quod in ſecunda, ac tertia imbibitione eueniet materia in colore nigra ſaturni, alioquin fruſtra eſſet operatio in lapide noſtro: ſpiritus enim terræ noſtræ conſeritur, & illico corrumpitur, hæc eſt putrefactio neceſſaria, cum ſit corruptio unius generatio alterius, & per decoctionem caloris creſcit, & multiplicatur: O. Natura benedicta germinare facis diuerſa cum viriditate, vt legitur in euangelio, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert: idcirco ſucceſſiue multi, & varii apparebunt colores, priuſquam terra biberit pondus ſuum debitum, poſterius verò acquiret albedinem, ſeu citrinitatem, ita quod terra facta eſt grauida, & tempore ſui partus naſcetur filius diſſimilis a parentibus: præterea ad reliqua pergamus, terram matula colli longi immiſſam roreſcere cura aqua noſtra, atque eam excita cinerum calore, vt exiccetur terra, tunc ignem auge vſque ad tertium gradum, nam aſcendet ſulphur naturæ ad ſublime culmen vaſis: hoc eſt ſulphur noſtrum glorioſum, & incorruptibile exaltatum in terram foliatam, ſiue in ſalem, mirabilem theſaurum, quo nil dignius & gemma ſapientum eſt, Venenum, Arſenicum ſublimatum, bufo congelans mercuriũ, draco omnia uorans, & ad ſui naturam conuertens, quem omnes Philoſophi in turba clamant, honorate regem noſtrum ex igne uenientem, diademate coronatum, cuius pater eſt ſol, mater vero Luna, nutriendus eſt lacte ſuo vſq; ad perfectam ætatem, vt fixetur, & fluat, ut cera, nec amplius euolet; Reliquum eſt fermentare ipſum ſequenti magiſterio, quod ut fiat aſſumere expedit aquam noſtram miraculoſam, quam veſica uitrea reconde, ac diplomate extillare coge, rurſus idem ac ſæpius agas, totieſque perſeuera, donec amplius deſtillare nequeat: deinum refrigerato vaſe conſpicies imo eius, rem rubicundiſſimam, & glorioſam, quamne tue ab eo, & in alterum ſterue vas cineribus copioſum, cui annecte alembicum, poſtmodum acerrimum ſubde ignem ut materia tota deſtillet, alioquin enim deſtillare nequit, hanc autem ſepius rectificare ſufficiet, ne digitum quidem progredi poteſt, cum neque per annum amplius minimum extillaret: imo forma olei perſeuerat in igne, ac ei reſiſtit, vt Salamandra, hoc eſt uerum fermentum philoſophorum, quamuis plerique

falſo

Digitized by Google

falſo exiſtiment ſulphur noſtrum cum corporibus fermentare, verum à toto coelo errant neſcientes penitus alienum eſſe à principiis naturalibus, nam lapis noſter ſe ipſum calcinat, ſe ipſum ſoluit ſe ipſum interficit, ſe ipſum uiuificat, ſe ipſum deſponſat, nutrit, & cibat, ac ſe ipſum fermentat cum re, quæ nata ſit ab eo: quamobrem expedit immittere ſulphur noſtrum in coelo exaltatum, in Vrinali nitido, & terſo, cui ſuper affundas quartam partem ſui de oleo, quod ſupra dixi fermentum, & fiet ſubſtantia vna, quæ hipocauſto ſicco ſita digeratur, & fixetur, cum vero ſicca apparebit, feſtina eam cibare lacte ſuo, pondere ac ordine præſcripto: quod æque proſequaris ad completam fixationem, nempe donec abſque fumigatione fluat, vt cera: his actis compos eris uoti tui, nam huius medicinæ pondus ſi proiiceris ſuper decem pondera Solis fuſi, totum fiet medicina facilis fuſionis, iccirco facile penetrat metalla, ac perficit ea, & morbos humani corporis omnes curat: cuius gratiam habemus Omnipotenti Deo.

Aurigera minera, Natura, & arte constructa in cubilibus artis, quemadmodum in terræ cuniculis ab Archeo. Cap. XLVII.

Rubea eruitur la certa, Naturę ope orta, e Mōte Dondoſoię ſupra Comi vrbem prope larium lacum Italiæ, Atramenti metallici rubei genus eſt, quod aliis in hoc opere præualet: verum, vt exacte perficiatur, expedit in aceto acerrimo ſtillatitio diſſolui, mox ipſum filtri lingula tranſfigere, inde cineribus tepidis concreſcere opus, quod ter reiterare debet, vide licet ter ſoluere, percolare, ac æque coagulare toties, demum ei exiccato, & in pollinē molito adiicitur modica chryſocolle portio, & ita permixta ſeruantur, donec reliqua ingredientia parentur: ſupereſt pręparare oleum è Tartaro vini, calculoue, qui eligatur albus lucidus, & craſſus ex optimo, & generoſo vino ductus: iccirco in vnica libra olei, ex ipſo calculo facti, vt moris eſt, obruitur totidem vſiſur vulgaris ipſum appellant Galli vermilionem, prius tamen comminuatur in fruſtula, ad inſtar fabarum, quæ in matula vitrea recondere ſequitur, cum oleo ad inuicem, & indulgenti vulcano committere, vt vna ferueant, quouſq; olei aquoſitas euaneſcat: Reliquum verò ſubſtantiæ olei concreſcet in ſalem, qui reſidebit imo vaſis: Tunc ſeligatur ab eo vſiſur tantum, eruatur itaque, & cuſtodiatur.

Præterea vrget occaſio formare crucibulum, nempe vas fuſorium ſingulare, quod igni fuſionis, diu perdurare queat, etſi complura huiuſcemodi vaſa ad eliquanda metalla ſint vulgaria, non deſunt enim ex terra equidem igni contumaciſſima forma triangulari, vel rotunda, quæ plebi venditaria ſunt, hæc tamen vix bis terue igni reſiſtunt fuſionis: quare induſtriæ colleximus ſumme commodum eſſe crucibulum ſculptum in lapide molari, quam molli, hoc ſæpius noui diutiſſime, imo per annum repugnare igni: quibus peractis congruum erit, vt properemus ad actum conſtruendi mineram: quamobrem expedit

expedit in crucibulum lapidiſmolaris immittere vnciam ſolis terreſtris, ac totidem Lunę terreſtris, vt ad inuicem ęquali portione conflato igne furno fuſorio liqueſcant, quibus fuſis proijciatur vncia atramenti rubei, chryſocolla parati, & ſtatim tegatur vas fuſorium analogo ſuo tegmine, quod claudat ipſum interuallo temporis quo dici poſſit Pſalmus Miſerere mei Deus, &c. mox rurſus detecto vaſe adijciatur vncia vſiſur præparati, vt antea, & ſtatim operiatur vas incumbendo, vt perſeueret ignis abſq; ulla remiſſione, adeo, vt ſemper fuſum feruensque tueatur metallum, elapſis inde viginti quatuor horis, rurſus opus eſt patefacere vas, & alteram adijcere vnciam ſolis, ac totidem Lunæ, deinde la certæ rubeæ vnciam, ac tandem uſiſur alteram: quod tertia uice peragendum eſt effluxa uigeſima quarta hora, ter enim tantummodo mergitur ſol cum luna, & reliquis in crucibulo. In poſterum ſat erit fundere Lunam cum lacerta rubea, & uſiſur, omiſſo Sole, in reliquis idem reſtricatur ordo ſingula uigeſima quarta hora, ut ſupra expoſitum fuit, aperiatur crucibulum, & immittatur lunæ uncia una. & liqueſcere permittatur mox obruatur atramentum rubeum, demum vſiſur: Hac igitur norma proſequendum eſt opus uſque ad trigeſimum diem: aſſidue uerò expedit perſeuerare ignem, & in uigore fuſionis tueri ad huc per duos dies præter triginta, & omnibus elapſis auferatur ignis, ut omnia frigeſcant, luna enim uerſa erit tota in ſolem obrizum: totaque operis maſſa conſtituit molem pondere: triginta trium unciarum: ubi uerò eſſet optio perennem cōſtituere mineram, oportet ulla intermiſſione perſeuerare ignem, & cum præterierint triginta dies ab incæpto, incipies ſequēti prima die elicere è crucibulo unciā unam metalli fuſi, erit enim obrizum, cuius uice ſuggerenda eſt uncia lunæ in crucibulum ipſum; & operam nauare opus eſt, ut liqueſcat cum cæteris ad inuicem; mox ſuper addatur atramentum rubeum præparatū: ac inde ſubſequenter vſiſur, poſtmodū crucibulum operire opus requirit, ac ſedulo tueri ignem, & præterita ſingula hora vigeſima quarta idem peragere expedit, auferendo prius à crucibulo vnciam vnam illius; quòd erit fuſum, & vice ipſius ſuppeditando lunæ vnicam vnciam, vt fundatur, poſt liquefacta immittatur lacerta rubea, ac ſubſequenter vſiſur præparatum, mox operiatur vas, & ita ſingula vigeſima quarta hora reintegratur ordo ipſe vſque ad infinitum, duo tamen animaduertere ęquū erit, vnum videlicet puta, ne vnum anteponatur alijs: verum exequatur norma ſupra aſſignata; alterum eſt, virgulam ferream immittere in crucibulum, qua frangatur cuticula dura, quę euenit ex metallicis ad inſtar cruſtę, idcirco quater, & ſexies, ſi opus erit inter diem, & noctem ſingula die frangatur cruſta, virgula ferrea, vt liqueſcat, & commiſceatur, nam ita fiet iuxta votum.

Medina

Medicina ſpagirica, & communis tam metallis, quam corporibus humanis. Cap. XLVIII.

Lapillum metallicum, quem nominant aquam congelatam, & aquam ſiccam, more Gebri, ingerunt olla figulina, & vulcano vrgent, flagrātis muticis vultum extra producere, quem intus occultum habebat, præterea Leonem, præ æſtu rubeum, inde molitum lento ingerunt, & rurſus vulcano graduato torquent quouſque ſanguinem, & ſpiritum ad inuicem exſudet corpus in liquorem vnum prætioſum, & maximæ efficaciæ cuſtodiendum deorſum in thalamo vitreo clauſo ne difflet: Reliquum corporis in cinerem rubrum verſi immittitur in lympham communem, & dulcem, quemadmodum docuit Ariſtoteles libro ſecundo Metheororum de ſale terræ, vbi ablutione calcium, & cinerum combuſtione ſeiuncta humiditate ſal exiſtit: veruntamen vt res magis pateat, deſcendemus ad actum exercitationis, quę in ipſa actione conſiſtit: Colcothar itaque, terram damaſcenam æmulans, indatur in matulam vitream amplioris vna cum lympha ſtillatitia, vt igni ad inuicem ferueant, fiet enim lixiuium, quod frigefactum expedit tranſigere colo, vel filtri lingulis, inde ſi rurſus hoc committatur igni vaſe recluſo, quoad euaporatione euaneat, aut deſtillationis organo tranſeat, quod tenuè & aquoſum erit, ſubſidebit craſſum, & in ſalem concreſcet, qui ſæpius ſoluendus eſt vnda ſtillatitia, ac filtro vt ſupra, tranſire, ac demum cogere expoſcit: hoc quater ſaltem, aut quinquies exequatur, nam reſidebit ſal albiſſimus, ac optimè paratus.

Quibus peractis ſupereſt corpori ſpiritum ſuum reddere ſenſim, & ſanguinem, vt rurſus vniantur: in primis verò molire oportet corporis ipſius ſalis partes binas, & in cucurbitulam vitream collocare, mox ei ſuperfundere olei liquoriſve præſcripti partem vnam, ac æque commiſcere licet rudicula vitrea, inde altera cucurbitula tegere primam, ita vt clauſa tueatur, & leui calore cinerum lucerna exſiccetur, tunc rurſus extrahatur è cucurbicula corpus exſiccatum, & in pollinem redigatur; hinc cucurbitula reconditum irroretur altera parte ſui liquoris, vt prius conſtat, ac pepanſi coquatur vſque ad ſiccitatem, verum toties ſuo perfundatur liquore, eademque norma præſcripta toties leuiter exiccetur, quouſque corporis moles aucta ſit ad duplum ponderis prioris, quod trutina indicabit: Demum in mortario vitreo molitum recondatur rurſus in pila vitrea cum æquali portione roris ipſius, vt æquali lance librata, & ſigillo Hermetis claudatur pila, & diplomate collocetur, vbi octiduo digeratur, vel quoad ſoluatur, ac ibidem liqueſcat, poſtmodum vero cineribus tepidis concreſcet tempore quindecim dierum vel parum ſupra, in medicinam efficacem, quæ maxime conducit fixationi amalgamæ, vt infra.

Conſtruatur amalgama, vt moris eſt, ex ſemi vncia apollinis cum triplo ydrogiros cera purgati, indaturque phiala vitrea, & ſuper amalgama ipſum immittatur pulueris præſcriptæ medicinæ doſi quantum ſit ſat tegere idem, mox Hermetis ſigillo occludatur phiola, ac cinerum catillo locetur, cui ſuccendatur

cendatur

Digitized by Google

cendatur lucerna quindecim dierum ſpacio, quibus elapſis, reſidebit amalgama concretum, quod igni liquefieri expedit cum ſaturno terreſtri, ac tandem fulmine repurgentur, abſcedet enim ♄ & relinquetur obrizum cum vberrimo quæſtu: Quatenus ſubueniat corporibus humanis aduerſus quoſcunque morbos, mirum in modum eſt in conſpectu omnium.

Transformatio ſaturni planetæ terreſtris in Apollinem fulgentem. Cap. XLIX.

NOn arroganter præſumam hic recenſere Ouidij Metamorphoſeos, neque alterius poetæ fabuloſa monſtra, quod vaniloquium eſſet, ac ſatis ab inſtituto meo alienum: Quidiam de ſupernaturalibus, nempe Diuinis, & admirandis ſacri numinis operibus dicam, nil aliud equidem præter quod cenſeo magis credenda, atque colenda: Verum naturalia tantum tractare onus ſuſcepi: Etenim quædam fiunt à Natura, quæ omnibus inſerta eſt, & alia quædam à Natura, & arte quemadmodum in hoc propoſito proſpere euenier: Vbi Elixir fiat ex materia apta ad hoc, ac æque parata more Hermetis, ipſe enim docuit in tabula ſmaragdina, quippe quod eſt inferius fiat ſicut quod eſt ſuperius, & ſic è conuerſo, &c.

Cape itaque gummi cupri quippe Leonis viridis ad libitum, ex quo per retortam cura vt fluat aqua competenti Vulcano, vt moris eſt inde in ipſam calidam immergatur antiquorum ſandix, & rudicula commiſceatur mox per diem naturalem quieſcere expedit, poſtmodum depleatur vnda ſupernatans limpida, & cuſtodiatur, mox alia noua vnda eiuſdem generis, & natatæ rurſus affundatur fæcibus ſandicis relictis ab infuſione, ac toties eadem reiteretur operatio, quamdiu imo alueí fere nihil Sandicis remanſerit, tandem omnes matula vitrea excipiantur vnde ſandice imbutæ, & calidis cineribus euaneant, incumbæ aut deſtillatione tranſeant, nam vtroque modo reſidebit Sal ipſius Sandicis, qui cuſtodiatur. Interim Cap. colcotharis partes tres, ſalis petræ partem vnam, hæc molita concludantur vna in veſicam vitream flexam, & loricatam luto artis, vt vulcano reſiſtat, quo validiore vrgeatur emanare aquam corroſiuam: præterea mitte in crucibulum, vt liqueſcat vnica vncia lunæ fulminatæ cum quarta parte vnciæ obrizi inde fuſa ad inuicem effonde in granula, quæ ſubmergantur in vncias quinque præſcriptæ aquæ corroſiuæ tepentis vt moris eſt, ita vt ſoluatur luna in aquam, imo autem phiolæ decident obrizi paleolæ, quas ſegregare oportet, & aqua dulci lauare, mox ſuper teſtam reponere furno reuerberatorio, quoad fiant coloris cinerei, tunc redigantur in puluerem, qui ſedulo cuſtodiatur: præterea Cap. ☿ vncias quatuor, & mitte, vt ſoluatur in præſcriptam aquam erodentem quantum ſufficiat, inde commiſceantur aquæ nempe ſolutiones ambæ tum lunæ, cum etiam mercurij in phiola, & leni cinerum igni committatur commiſtio donec euaneat aqua, nã reſidebit puluis lunæ & ☿ ad inuicem, qui lauari expoſcit aqua dulci tepida, vt penitus exuatur ab omni acredine aquæ corroſiuæ tunc exiccetur, mox

adijciatur

adijciatur ei puluis obrizi iam ſupra ſeruati;demum his omnibus miſtis,adde parem portionem ſalis ſandicis præterea immittatur compoſitio ipſa in paruo aludel vitreo,ſphericoque, ita tamen, vt vix medietatem expleat, hoc autem vas Hermetice clauſum ſepeliatur fimo equino decem dierum ſpatio, aut quouſque medicina liqueſcat, & in oleum vertatur, quod inde rurſus leui Athanoris calore ſiccetur,uiſiſque prius uarijs coloribus concreſcat in puluerem adhærentem lateribus vaſis, & conſeruantem auriferum colorem, ac potius vergat ad rubedinem rubini pretioſi,de hoc autem alexire, ſi partem vnā proieceris ſuper nouem partes ♄ fuſi mox transfundes in canalem teſtaceum vel ferreum,concreſcet metallum inſtar ſquammatum ♂ aduſti; Huius vero metalli ſquammoſi pars cadit ſuper nouem ♄ fuſi, inde effuſum in foueam, aut in canalem eueniet coloris rubini, rurſus hoc metallum proiectum ſuper nouem alterius noui ♄ fiet coloris auri adhuc multiplicabile, nam ipſius pars ſuper nouem ♄ fuſi vertit eum in obrizum verum, & omni examine perfectiſſimum.

De oleo Benedicto ex lapillo minerali educto. Cap. L.

INnixi ſunt Philoſophi perpetrare miracula vnius rei, quæ exiſtit in Androgyno,in eo enim viget vtrunque ſemen, atque ex ipſo procedit ſoboles genealogiæ metallicæ, idcirco appellatur, per metalepſim, teſtudo vtriuſque naturæ,nempe Rubeæ,& Albæ,Maris & fœminæ, nam inter ſe vicibus coeuntes eſt,quam terra producit, & reperitur vbi eſt:diuerſiſque vocibus Philoſophi nominarunt eam, ne deprehendatur ab improbis praue voluntatis,nihilominus vnam, ac eandem rem ſignant,ita vt verbis tantum diſſidere fere videantur, veruntamen conſpicuum eſt re conſiſtere: præter quod omnes aſſerunt vnanimes materiam vnam communem eſſe naturæ, & Arti: Verum enim ipſam nobis prodit natura rudem ob id cogitur ars mundare eam,ac præparare mox coquere pepanſi ad perfectionem vſque,quod celerius agit ars,quam natura,quamobrem ars incubuit huic negocio,præparando ipſam materiam ſedulo veſtigia naturæ ducis ſequendo: Etſi per varios vſus incedere videntur Philoſophi, prout natura inclinat, attamen ad vnum finem referuntur ipſi;totum igitur opus conſiſtit in præparatione materiæ,nam qualis erit præparatio,talis erit generatio,etſi frequenter hucuſque tractaui varijs modis de præparatione,veruntamen alias celebres adijcio,prout in conſpectu ad libitum omnium prodo in exemplum.

Aſſumatur prænominatus hermaphroditus electus, & ſoluatur in vnda communi tepida, mox ſolutus omittatur quieſcere vt ſubſideant fæces, tunc omne clarum ſuperne depleatur, relictis fæcibus abijciendis, reliquum vero congelandum ingeratur in vas vitreum locatum arena, aut cineribus ſuper balneum maris,in hoc autem perſeuerandum eſt,donec pellicula ſuperueniat vnde, ipſaque viſa deponatur vas triduo,hoc interim frigeſcet,& concreſcet

ſubſtantia

Digitized by Google

ſubſtantia in lapillos inſignes chryſtallinos coloris ſmaragdini optimi, eximantur autem prædicti lapilli virides, & ſeruentur in puſillis pateris vitreis: etiamnum humiditas, quæ relicta eſt in teſta, vel alio vaſe vitreo, euaporetur igni ordine ſuperiori, donec rurſus appareat vellus pelliculave dicatur, tunc rurſus frigeſcere triduo omittatur, nam alij producentur lapilli pulchertimi, vt priores ſeruentur, mox vt prius proſequendum, donec omnis ſubſtantia ſoluta verſa ſit in lapillos, quos omnes tam primos, quam poſtremos cum aliis incluſis in pateram ingerere expedit, quæ duplici vaſe locanda, hinc ſupponatur ignis qualis eſt ſolis ingreſſi in Cancrum, nam ſimili calore lapilli vertentur in puluerem album, quem rurſus ſoluere vnda ſtillatitia expoſcit opus, vt defæcetur, clarumque diffundatur in teſtam vitro obductam, & mundam, ac denuo committe ad congelandum donec appareat ſuperficialis cuticula, tunc deponatur vas, vt triduo quieſcat frigido, nam concreſcent lapilli, more conſueto, qui etiamnum mundiores, ac lucidiores prioribus, his equidem viuidior vigebit color viridis, quo pulchrior nunquam viſus fuit in mundo: Idcirco Geber, & Hermes aſſerunt viriditatem tuam ſerua, nam ſi eam amiſeris, operam ludis: nam amiſiſti quintam eius eſſentiam, in qua latet tenuiſſimus ſpiritus: humidum rurſus euaporationi expone, donec pellicula operiatur: ſic in omnibus proſequendo ad vnguem normam, & ordinem iam inſtitutum, ſæpe fiat quippe crebra reiteratio, donec amplius non conſpiciantur fæces, tunc indicium erit materiam medicinę eſſe rite pręparatã, quę multũ temporis exigit: veruntamen ſenſim, ſolerterque procedatur, nã feſtinantia eſt de arte Diaboli; mirum autem quantum pręnominati lapilli fiant ſmaragdini humiditate imbuti, cum etiam èconuerſo ſi in hipocauſto exiccentur in album puluerem uerti conſpicimus, ita enim uiriditas regitur albedine, at ſi rurſus humiditatem reaſſumant, ut euenit in ſolutione, denuo uiriditatem produnt, ac penitus ipſam oſtendunt, idcirco exterius eius intus ac interius foris euoluendum eſt retinere animam ſpiritum vitam, ac quintam eſſentiam, O Maximum arcanum huius medicinę, quæ continet in ſe quatuor elementa perfecta: O maxima clementia omnipotentis Dei, qui nobis largitus eſt tam magnum theſaurum reconditum in hoc corpore metallico, quod euenit rubrum inſigne ex præparatione, quæ perficitur, ac integratur ſi lapillos albificatos in exiccatione hippocauſti, indideris in phiolam oblongi colli, muniaturque ſigillo Hermetis ne ullus ſpiritus, aerue expiret, neque ingredi valeat, hinc teſta cum cineribus cribratis ſituetur ſuper furnulum, cui lampas ſubiiciatur ardens cum paruo ellychnio, ut calorem excitet qualem agit ſol ingreſſus in Arietem: in hoc autem caloris gradu perſeuerare expedit, donec materia flaueſcat, inde ruffa eueniat: tunc augeatur calor maiori ellychnio donec rubeat intenſe ut roſa, atque rubinus, adhuc continua per dies decem, vt rubore ſtabiliatur, nã in æternum fixabitur rubor: eadem ratione metalla cuncta fiunt rubra, & in oleum reduci poſſunt, vbi prius in aqua forti ſoluta ſint, ac præcipitata, inde calx eorum lota ſolutione, & congelatione omittendo fæces: Idipſum cenſeo de mercurio, necnon de ſtibio: Rurſus exime eſſentiam lapillorum rubentem, & in vrceolo vitreo obruas, cui affundatur abunde acetum ſtillatitium, & operiatur, hinc vulcano leni exponatur, ut ferueat quatuor diebus continuis, quater

ter etiam ſingula die commiſceatur rudicula agitando.his actis frigeſcat ſinito, mox effundatur clarum, & cuſtodias, at fæcibus nouum affundas acetum ſtillatitium modis omnibus, ut ſupra,ac ita tertia uicefiat: tunc abiiciantur fæces, Acetaque collecta, & infecta coge alembico deſtillare, donec imo uaſis reſideat materia ſicca, cui rurſus affunde acetum, & deſtilla, nam poſt exitum aceti effluent ſpiritus crocei, tum albi cum oleo rubro, quod ubi refrixerint uaſa, haurire opus, & clauſum cuſtodire hoc eſt uerum oleum benedictum, quo nutritur ſal infra reſidens candidus inſtar niuis, luciduſque, ut cryſtallus, eſt enim magica terra, à fæcibus exuta, & rectificata, quam tenuiſſime molire incumbe, demum ſuo analogo oleo benedicto irrigare, & in phiolam immittere, ipſamque ſuſpende in tripode ad quadragenarium diem calore temperato, eo enim concreſcet in lapidem philoſophicum, qui imperfecta, à poetis ſilentia ſunt dicta, perficit: De his uerò ſatis hactenus eſſe dictum puto, quare conſiſtam hic, & operi ipſi coronidem imponam, ceu abſoluto, quam longo ab aliis tentato tantum. quod haud inutile, & gratum ſtudioſis fore ſpero, præſertim inexpertis, qui ſolent nonnunquam in his etiam, quæ facilia ſunt hæſitare: Quos Deus Omnipotens Trinus, & unus pietate inſpiret ueritatem percipere, ut nomen Dei Sanctiſſimum, & Glorioſum laudent in æternum.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coristhar. 307.

Sulphur fixum. 109.
Atramenti sutorij uirtus. 114. 148.
Vitriolum cum aqua mulsa aut uino sumptum per os drachme pondere soluit aluum. 115.
Aluerratur pesti ꝑ os sumptum. 116.
Vitrioli preparatio ut ꝑ os sumatur. 117.
Aqua inpositam uitrioli ad ulcera. 122.
Unguentum uitrioli ad corrositatem. 123.
Crocus Martis. 137. 306.
Approbatio et reprobatio Atramenti 155.
Tartari preparatio. 179.
Vitrioli spiritus olea et aque cum suis uiribus et preparationib. 303. 305. 308.
Turpetum minerale. 306.
Menstruum dissoluens. 307.
Tinctura mineralium et uegetabilium. 307.
Sal uolatilis uitrioli. 310.
Aqua cauterisans instar ferri candentis et mortificans fistulas cancros et carbunculos citra dolorem. 342.
Nisfur. i. cinaprium. 222.
Aludel. i. uas sublimatorium. 222.
Marchesita stannea quomodo fiat. 75.
Viribus et dosis spiritus uitrioli. 305
Mercurius philosophorum. 360.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Sandaracha Arabum et eius virtus. 245.
olei nucû et sem: lini virtus. 245.

Digitized by Google

c Distabis
c Inferiora
c Ferri
Rectificando
c Inuenies
c Occultum
Lapidem
Creatum
Medicinalem

R le Morene. 244.

Cum cornubus in lixiuio dessolutis et
Cordic: auri. a.c.241.

Sulphuris fixatio 109.
induratio 109.
vitrioli praeparatio et dosis. 117
Lux gallice. 307.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google